Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI
HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS
Opera qvæ extant omnia,

Nempe

ANTIQVITATUM JUDAICARUM LIBRI XX. Sigismundo Gelenio interprete.

DE BELLO JUDAICO LIBRI VII. interprete, Rufino Aqvilejensi.

LIBER DE VITA SUA cum interpretatione Gelenii.


ADVERSUS APIONEM LIBRI II. cum versione antiqva à Gelenio emendata, &

DE MACCABÆIS, seu de Imperio rationis LIBER cum paraphrasi Erasmi Roterodami.

ACCEDIT INDEX LOCUPLETISSIMUS.

Juxta editionem Græco-Latinam Genevensem ad manuscriptos Palatinæ bibliothecæ Codices castigatam, qvæ nunc à pluribus mendis expurgata, & præterea

PROLEGOMENIS
&
APPENDICE
auctior redditur.



David. Konius
Nunc Westph
ΛΠΕ
ex aucl: Kloth
Witius.

COLONIÆ,
Sumptibus MAURITII GEORGII WEIDMANNI.
ANNO M DC XCI.

PA

PUB

ancis,

Confa

PATR

PRINCETON UNIVERSITY LIBRARY
32101 013246341

PATRIBUS REIPUBLICÆ LIPSIENSIS VIRIS

Magnificis, Nobilisſimis, Amplisſimis,
Conſultiſſimis, Prudentiſſimis,

PATRONIS SUMMIS.



EX qvo jure civitatis Veſtræ gaudeo, qvo me octo ab hinc annis donatum memini, poſt Dei cultum nil magis curæ mihi cordiqve fuit VIRI MAGNIFICI ATQVE NOBILISSIMI, PATRONI MAXIMI, qvam

1831

qvam ut libraria mea officina bono publico prodeſſem. Qva in re neqve gravibus impenſis unqvam, neqve indefeſſis laboribus peperci. Teſtari id poterunt Euſebii Cæſarienſis volumina de præparatione & demonſtratione evangelica, Sancti Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, Gregorii Nazianzeni, & Dionyſii Halicarnaſſenſis opera, Abarbanelis Judæi in Prophetas majores commentarius, aliiqve Scriptores, qvos cum raritate ſua ſe commendare, & ab eruditis deſiderari intelligerem, ut novis typis impreſſi publicam lucem denuo adſpicerent, curavi, qvamvis ob triſtiſſima belli tempora, & commerciorum qvæ indies in pejus ruunt decrementum inter tot miſerabiles regionum & urbium ruinas, qvibus & dulciſſimam patriam meam antiqvam Nemetum urbem Spiram oppreſſam & pœne ſepultam expertus ſum, tantorum ſumtuum periculum facere minus oportunum videretur. Nunc in eo ſum, ut Imperatoris Juliani opera a doctiſſimo Jeſuita Dionyſio Petavio qvondam Græce & Latine edita cum novis obſervationibus Viri celeberrimi Ezechielis Spanhemii, qvas Literato Orbi gratiſſimas futuras haud temere confido, e bibliopolio meo propediem emittam. Et impoſterum qvoqve, ſi Divina Gratia permittat, optimis qvibusqve libris evulgandis curas meas & facultates impen-

impendere non desistam, certa spe animatus, fore, ut Vos PATRES REIPUBLICÆ OPTIMI, PATRONI MAXIMI, qvod hactenus feciſtis, hos Civis Vestri conatus, & bonas literas juvandi ſtudium ſumma Vestra benevolentia fovere non ceſſetis. Hanc fiduciam in me excitarunt magna illa, qvæ in me ab eo tempore, qvo domicilium in Urbe Vestra fixi, contuliſtis beneficia, & ſingularis affectus, qvo Magnifici Conſules WAGNERUS, BORNIUS, STEGERUS, Nobiliſſimi Proconſules, alter BORNIUS & FALCKNERUS, Conſultiſſimus Prætor PLAZIUS, nec non CARPZOVIUS, GRÆVIUS, PINCKERUS, BAUDISIUS aliiqve Senatorii Vestri Ordinis Proceres, omnes doctrina & meritis incomparabiles & qvovis elogio majores, tenuitatem meam proſecuti ſunt. Vos, Venerandi Juſtitiæ Sacerdotes, præſidio & patrocinio Vestro rebus meis & fortunis nunqvam defuiſtis, Vos celeberrimi literarum, qvibus ad miraculum excellitis, Fautores officinam meam qvalemcunqve haud raro præſentia Vestra illuſtrem reddere, & libraria mea ſupellectile cum privatas Vestras bibliothecas, tum publicam illam locupletare dignati eſtis, qvæ paucis ab hinc annis a Vobis inſtituta, & inæſtimabili rariſſimorum librorum aliorumqve cimeliorum apparatu ſubinde aucta inter ſplendidiſſima

didisſima Urbis hujus ornamenta jure ſuo numeratur. Et hanc ipſam bibliothecam Veſtram impræſentiarum Joſephus meus ambit, qvem, ut qvalecunq; gratæmentis monumentum exiſtat, Magnificis Veſtris & Nobiliſſimis Dignitatibus humillime offerre audeo. Vix ediderat ſcripta ſua Flavius Joſephus, cum ea Romani publicæ bibliothecæ honore dignati ſunt. Concedite qvæſo Patroni Summi & novæ huic Joſephi editioni hunc honorem, ut in publica Veſtra Bibliotheca reponatur. Non timebit Joſephus armamentarium, cui Bibliotheca Veſtra incumbit, cum armis non minus qvam literis ſtrenuus fuerit. Deus autem Inclytum Veſtrum Collegium, cum ſplendidiſſimis Familiis & tota Republica ſub Umbra SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS noſtri omnibus bonorum incrementis in pace florere jubeat.

Magnificarum, Nobiliſſimarum Ampliſſimarumqve Dignitatum Veſtrarum

Cultor devotiſſimus

MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS.

THOMÆ ITTIGII
S. T. L.
ad novam hanc Josephi editionem
PROLEGOMENA.

CUm a pluribus annis multa excellentia ingenia novam Operum Flavii Josephi editionem parturiverint, nescio qvo fato factum sit, ut fœtum animo conceptum & sæpe jam partui maturum eniti non potuerint. Omnibus enim, qvi utilissimo huic labori manum admoverunt, vel morte, anteqvam absolverent, præventis, vel ob alias causas a cœpto revocatis, literatus orbis diuturna exspectatione suspensus, & novi Josephi desiderio pæne contabescens spes tandem suas & vota per integrum seculum delusa sensit. Annus agebatur superioris seculi octavus & octogesimus, cum BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS lucubrationes suas Franckthalenses a loco, ubi Geneva relicta tum agebat, sic appellatas ederet, in qvibus profitebatur, (1.) se jam pridem in omnes Josephi libros notas meditatum, & aliqvando, si Deus permitteret, editurum esse. Verum doctissimo hoc Viro post Sexennium Lausani, qvo a Bernatum republica evocatus fuerat, mortuo, simul etiam promissæ in Josephum notæ expirarunt. Hanc jacturam JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER abunde resarturus videbatur. Vix enim admirandum illud opus, qvod thesaurum temporum inscripsit, in lucem publicam emiserat,

Multorum curæ in Josephū frustra hactenus promissæ & expectatæ.

Bertrami.

Scaligeri.

(1.) Cap. 3. p. 59.

cum pleriqve eruditorum, Casaubono teste, (2.) non dubitarent, qvin Scriptorem sibi cognominem, a pluribus, qvibus hactenus obscuratus fuerat, mendis expurgaturus, doctisqve suis animadversionibus illustraturus esset. Qvos opinio sua minime fefellit, siqvidem Phœnix ille Criticorum, cum jampridem infinita, qvæ a nemine intelligi possent, loca in vulgata Josephi editione animadvertisset, & subinde nonnullis eruendis & restituendis ingenii sui vires impendisset, de hoc etiam nobilissimo Scriptore, Josepho inqvam, dummodo Amicorum ope varias manuscriptorum Codicum Lectiones nanciscipossetse bene meriturum Carolo Labbeo per literas Nonis Februarii A. C. cIↃ IↃC VII. (3.) scriptas indicabat, & morti jam vicinus (4.) ad exeqvendum hoc propositum ætati suæ triennii spatium a supremo rerum humanarum Arbitro superaddi exoptabat. Et profecto non parum lucis & ornamenti Josephi scriptis conciliari potuisset, si illustri Scaligero, qvod animo gestiebat, perficere licuisset. Qvod obscurum nemini esse potest, qvi ejus notas ad fragmenta selecta veterum Græcorum apud Josephum & Eusebium servata, & ejusdem animadversiones ad Eusebii Chronicon legerit. Verum istam Josephi editionem immatura Viri Divini mors rei literariæ invidit, ut Casaubonus alicubi (5.) qveritur, qvem una cum Carolo Labbeo vetustissima Regiæ, qvæ Parisiis est, Bibliothecæ exemplaria ad vulgatam Josephi editionem conferre non piguerat, ut, qvi Scaligero Josephi a librariorum corruptelis vindicandi consilium dederat, pulcherrimos illos conatus etiam qvalicunqve auxilio juvaret. Post Scaligeri mortem parum aberat, qvin ISAACUS CASAUBONUS modo nominatus & nunqvam sine veneratione nominandus palmam in medio relictam occuparet, a qvo sane non pœnitendam Josephi editionem sperare poterant Musarum sacris operantes, cum incomparabilem ejus doctrinam jamdudum in plurimis aliis, qvos ediderat, Scriptoribus Græcis pariter & Latinis ad miraculum usqve probatam

Casauboni.

(2.) Epistol. 496. edit. Græv. (3.) libr. 4. ep. 353. (4.) Conf. Patin. epist. 67. p. 186. edit. Paris.
(5.) Exercit. I. ad Baron. c. 34. n. 99.

tam cognoviſſent. Verum cum neqve ætas, qvæ jam provectior erat, tantæ molis oneri ferendo ſatis valida, neqve loci, ubi extrema vitæ tempora ducebat, conditio peragendo huic negotio ſatis commoda videretur, ut ipſe (6.) in epiſtola proximo ante mortem ſuam anno Londini ſcripta judicavit, nihil de Joſepho certa fide promittere auſus eſt. Neqve tamen defuerunt alii, qvi Joſephum edendum & illuſtrandum in ſe ſuſciperent. PETRUS enim CUNÆUS in literis ad Franconem Duyckium, ſeu præfatione libri 3. de Republica Hebræorum commentarios in univerſa Flavii Joſephi Opera polliceri minime dubitavit. Qvem cunctantem & moras excuſantem eloqventiſſimus Buchnerus [7.] & alii Familiares ſerio urgebant, ut ſpem de Joſepho factam qvamprimum expleret, morasqve omnes rumperet, & qvicqvid vinculorum pulcherrimis iſtis commentationibus necteretur, prorſus abſcinderet, ne dilata abſolutiſſimi illius operis editione docti multas magnasqve res diutius ignorare cogerentur. Verum ante vivis exceſſit Cunæus, qvam fidem liberaret. Idem SAMUELI PETITO accidit Nemauſenſis eccleſiæ Miniſtro & Theologiæ Profeſſori, Viro neqvaqvam Exiguo, ſed, ut Reineſii judicium noſtrum faciamus, inter Gallorum literatorum maximos numerando, [8.] qvem in nova Joſephi interpretatione, notisqve ad eundem Scriptorem edendis occupatum cum fama paſſim ſpargeret, non mediocriter eo nomine gaudebant, qvotqvot Joſephi ſcriptis bene cupiebant. Nec deerant, qvi laudabile hoc inſtitutum collatis ſuis operis egregie juvarent, in qvorum numero Nicolaus Fabricius Peireſcius, qvi per Lucam Holſtenium variorum locorum collationem cum tribus Codicibus Vaticanis manuſcriptis Petito impetravit [9.] Hugo autem Grotius, qvi hactenus de ea Joſephi parte, qvæ legis præcepta continet, & interpretanda & notis ſuis illuſtranda cogitaverat, cum totius Joſephi editionem a Petito parari intelligeret, ſe qvicqvid poſſet ad eam prompte

Cunæi. Petiti.

(6.) Epiſt. 717. (7.) Part. 1. epiſtol. 176. (8.) Libr. 1. Var. Lect. c. 25. (9.) Conf. Gaſſend. in vit. Peireſc. p. 195.

collaturum datis ad Peireſcium literis ſpopondit. [10.] Qvibus promiſſis an Grotius ſteterit, ignoro. Id tantum ſcio, qvod dum Petiti in Joſephum lucubrationes, qvæ, ut ex Riveti ad Voſſium epiſtola [11.] liqvet, maximo cum ſumtu & labore collectæ ferebantur, multi hiarent, imperfectas nec ad umbilicum perductas moriens reliqverit, & neqve Samuel Sorberius, ad qvem cognationis jure id negotii ſpectare videbatur (erat enim Petiti e ſorore nepos) neqve alius qvisqvam poſthumum illum Petiti fœtum in lucem hactenus produxerit, & omnis de Petiti Joſepho ſpes decollaverit. Poſt Petitum in Joſepho occupatus fuit EMERICUS BIGOTIUS, cui ne idem eveniret, qvod Petito acciderat, Patinus exoptabat. [12.] Nec dubito qvin etiam apud alios & egregia de Bigotio exiſtimatio, & amor boni publici ejusmodi vota expreſſerit. Verum Bigotius telam, quam exorſus fuerat, aliis pertexendam poſtea relinqvere maluit. Dicendum hic etiam foret de JOHANNE HENRICO BOECLERO, inſigni qvondam Argentoratenſis Academiæ ornamento, & Præceptore meo æternum venerando, ſi Godofredi, Spanhemii, Forſtneri, aliorumqve amicorum monitis, qvibus ad Joſephum Autorem ſibi perqvam familiarem illuſtrandum ſolicitabatur, locum aliqvem concedere voluiſſet [13.] ſed multis aliis negotiis diſtractus de toto Joſepho edendo deſperavit, & tantum priora ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας capita peculiari diſſertatione illuſtravit. Progredior ergo ad CHRISTIANUM NOLDIUM, qvi in præfatione hiſtoriæ ſuæ Idumææ non ſolum aliorum, qvi de Joſepho emendando cogitarunt, & in his GERHARDI JOHANNIS VOSSII qvoqve meminit, & præterea poſt Scaligeri, Voſſii & Petiti mortem JOHANNEM COCCEJUM & CHRISTIANUM SCHOTANUM in hunc laborem ſucceſſuros ſperare jubet, ſed ſibimet etiam ipſi ad arduum hoc opus aggrediendum animos non deeſſe ſignificat. At Noldium & ſpes de Coccejo & Schotano fefellit, niſi Schotani bibliothecam hiſtoriæ ſacræ Veteris Teſtamenti ob nonnul-

Bigotii.
Boecleri.
Noldii.
Voſſii.
Cocceji.
Schotani.

la

(10.) Epiſtol. 1564. (11.) Epiſtol. 362. (12.) Epiſt. 67. (13.) Conf. Wagenſeil. epiſtol. ad Arnold.

la Josephi loca illustrata referre huc velimus, & ipse qvoq; orbi Literato ereptus est, anteqvam, quod pridem animo molitus fuerat, effectum dare posset. Omnes autem, quorum insigne de Josepho bene merendi studium hactenus laudavimus, apparatus copia superavit JOHANNES ANDREAS BOSIUS Lipsiensis, Historices in inclyta Jenensi Academia Professor celeberrimus, cui tam felici esse licuit, ut Augustissimo Imperatore Leopoldo clementissime indulgente ex bibliotheca Vindobonensi insignes qvosdam Josephi codices MSS. emendandis Josephi operibus haud parum profuturos impetraret. Qua de re peculiaris Petri Lambecii ad Serenissimum Augustum, Brunsvicensium & Luneburgensium Principem, qvi publici boni causa apud Imperatorem pro Bosio interceserat, epistola Vindobonæ A.C. cIↃ IↃC LXVI. excusa legitur, in qva Codices illi manuscripti ad Principem Augustum indeqve ad Bosium transmissi breviter delineantur. Erant autem codices illi numero septem, & in his qvatuor Græci, tres reliqui Latini. Primus, ut a Græcis ordiamur, continebat Judaicarum antiquitatum libros 20. abbreviatos & passim interpolatos, & a principio mutilos, qvem codicem Augerius Busbeckius Ferdinandi I. ad Solimanum Turcarum Tyrannum Legatus Constantinopoli sibi comparaverat. Secundus qvem itidem Busbeckius Constantinopoli nactus fuerat, exhibebat historiam belli Judaici a verbis: τρεπόμενοι δ' ἅπαντας διώκει, quæ libro 1. cap. 13. leguntur usq; ad verba: τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον ὅτε τοῖς quæ libri 7. cap. 7. extant. Tertius codex complectebatur antiqvitatum Judaicarum libros 10. priores, & præmissos singulis libris capitum indices, etsi in ipso contextu nullum divisionis librorum in capita indicium compareret, ex qvo divisionis hujus in capita autorem non esse Flavium Josephum, sed singulos libros continenti scriptura primum cohæsisse Lambecius colligebat, qvi primi libri indicem ab his verbis incipere docet: Bosii.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἰωσήπου ἱστοριῶν, τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Προοίμιον περὶ τῆς ὅλης πραγματείας.
α' ἡ περὶ κόσμου σύστασις, καὶ ἡ διάταξις τῶν στοιχείων.
β' περὶ γενῶν Ἀδάμ &c.

Pertinuit olim hic codex ad monasterium qvoddam urbis Constantinopolitanæ, qvod dicitur S. Georgii in Manganis, seu loco, ubi μάγγανα h.e. machinæ bellicæ cum materiis mechanicis variisqve instrumentis ad urbium oppugnationes idoneis asservari solebant [14.] Deinde venit in manus Dionysii cujusdam Zazynthii, cujus Pater eum Constantinopoli sibi acqvisiverat. Postea eum emtionis jure sibi vendiçavit Johannes Sambucus Maximiliani II. & Rudolphi II. Consiliarius, a qvo ad Sebastianum Tencknagelium augustissimæ bibliothecæ qvondam Præfectum transiit, post cujus obitum tandem in Cæsaream bibliothecam translatus fuit. Qvartus Codex comprehendebat Josephi de Maccabæis librum sub hoc titulo: Μαρτύριον τῶν ἁγίων μακκαβαίων ἐκ τῆς ἰωσήπου ἱστορίας. Eadem de Græcis istis Josephi Codicibus Lambecius (15.) in suis de bibliotheca Vindobonensi commentariis iteravit. Qvintus Codex, ut ad Latinos progrediamur, continebat Antiqvitatum Judaicarum libros 20. & libros 7. de Bello Judaico ex versione antiqva, qvæ Rufino Aqvilejensis ecclesiæ Presbytero vulgo tribuitur. Sextus exhibebat librum de Maccabæis ex versione antiqva hominis cujusdam Christiani, qvi eam passim interpolavit. Titulus est hujusmodi: Passio S. Machabæorum secundum Flavium Josephum. Ipse autem tractatus sic incipit: Principium meum Philosophico qvidem Sermone, sed Christiano explicabitur sensu. Necesse est enim &c. De Autore versionis nondum sibi liqvere ait Lambecius, etsi certo constet, qvod perantiqva sit, & ad indagandam Græci textus sinceritatem plurimum juvare possit. Septimus deniqve Codex epitomen antiqvitatum Judaicarum Flavii Josephi com-

(14.) Conf. Cang. Constantinop. Christ. libr. 2. p. 155. & libr. 4. p. 124.
(15.) Tom. VIII. p. 2. 4. 43. & 101.

complectebatur ſub hoc titulo: Incipit liber antiqvitatis Flavii Joſephi Hiſtoriographi. Ipſa epitome hujusmodi habet initium: In principio creavit Deus cœlum & terram, ſed dum terra in adſpectum non veniret, & profunditate tenebrarum celaretur, & ſpiritus Dei deſuper ferebatur, Deus fieri lumen juſſit, qvo facto &c. Uſus vero præterea eſt Boſius duobus Codicibus manuſcriptis bibliothecæ noſtræ Academicæ Paulinæ uno Græco & altero Latino, nec non membranis perantiqvis & emendatiſſimis Gymnaſii Portenſis, & manuſcripto Schleuſingenſi, cujus uſum illuſtri Seckendorffio Heroi de re literaria plurimisqve literatis immortaliter merito acceptum retulit. Acceſſerunt Variæ Lectiones ab Emerico Bigotio ex Regio Pariſienſi Codice & duobus Florentinis excerptæ, qvas Voſſii, Heinſii, Gronovii & Grævii maximorum Belgii Luminum ope feliciter impetravit, item variæ Lectiones ex duobus manuſcriptis bibliothecæ Noribergenſis, qvas Vir venerandæ memoriæ Chriſtophorus Arnoldus ipſi procuravit. Qvid igitur de Joſepho ſperari non poterat, cum ad hæc aliaqve ſubſidia ingenium ſuum & immenſam eruditionem & indefeſſas vigilias afferret clariſſimus ille Polyhiſtor? Verum vitæ ſumma brevis ſpes, qvas inchoaverat, longas intervertit, & Joſepho ad vitam revocando dum incubuit Vir doctiſſimus, vitam ipſe perdidit. Qvo mortuo STEPHANUS LE MOYNE ſeu MONACHIUS ſupererat, leMoyne qvi edendi Joſephi curam in ſe ſuſciperet. Pridem id Vir clariſſimus jam animo ſuo agitaverat, Boſioqve per literas ſignificaverat (16.) Incitabant etſi currentem Samuel Bochartus & alii, optimeqve de eventu paſſim ominabantur eruditi. Audiamus nobiliſſimum Wagenſeilium, qvi in præfatione ad ignea Satanæ tela (17.) cum in cauſam inqviſiviſſet, cur Joſephus eximius & utiliſſimus ſcriptor tam-

(16.) Conf. Boſ. in exercit. ad perioch. Joſeph. c. 2. theſ. 10. (17.) p. 69.

tamdiu desertus jacuerit, nec commentatorem invenerit, etsi publica vota id sæpe flagitarent, & interim alii minoris momenti libri annotationibus, observationibus, castigationibus & commentariis onerarentur, ejus rei hanc causam esse dicit, qvod qvi in Josepho exponendo periculum fecerunt, ad ejus scripta explicanda animum Græcorum Latinorumqve Scriptorum lectione subactum non sufficere, sed alia insuper præsidia & imprimis non mediocrem Talmudicarum Pandectarum cognitionem afferri oportere deprehenderint, qvalia præsidia cum Petito non defuerint, ejus in Josephum commentarios, si extarent, se in precio habiturum asserit, & tandem ista subjicit: Nunc spes & exspectationes nostræ in Stephanum le Moyne conversæ sunt, qvem nihil doctrinæ profundioris latet, qviqve iis adminiculis, qvibus ad Josephum emaculandum, illustrandumqve opus est, abundat, proindeqve huic operi pridem feliciter manum admovit. Qvanta autem fuerit in Monachio Josephi edendi cupiditas, ipse in Prolegomenis suis ad varia sacra satis indicat, ubi refert, qvod, cum ex Rotomagensi ecclesia ad Lugdunensem Academiam vocatus fuisset, plenus Josepho in Belgium venerit, & successus non pœnitendos speraverit, nec infaustis ominibus operis ab aliis toties frustra tentati deterritus fuerit, Meliora ipsi augurabantur explorati lacerti, & humeri pondus ferre non recusantes, & codicum Florentinorum, Parisiensium, Londinensium, Oxoniensium & virorum doctorum variis lectionibus & emendationibus munitæ instructæqve vires onerigravissimo non impares videbantur. Recurrebat, ut ipse loqvitur, singulis diebus Josephi memoria, magna semper oculis obversabatur imago, vota, consilia, promissa identidem officium repræsentabant, animus impatiens labo-

res

res peroptabat, & ad carceres ſtans illosqve mordens mapparium ac mappam anhelabat, & admitti, pergere, ſtadium licet longum & difficile decurrere & ſuperare geſtiebat. Verum, dum ſic totus in Ioſephum intentus eſſet, rumor de Ioſepho in Anglia edendo aures ejus perculit, qvem etſi ut falſum contemneret, cum paulo ante in Anglia verſatus nihil plane de Ioſepho typis imprimendo inaudiviſſet, poſtea tamen & freqventibus amicorum literis, & ipſo ſpecimine Anglicanæ editionis oculis oblato certior ea de re factus, amores ſuos, qvos tanto ardore deperibat, e medio ſinu raptos, ut ingenue fatetur, haud levius doluit, qvam ſi coſtam a latere avulſam ſentiret. Qvid faceret? Non invidendum videbatur Ioſepho, qvod e theatro Scheldoniano cum magno ſplendoris augmento emittendus eſſet. Animum igitur ad alia abduxit, Joſepho tantiſper ſepoſito, donec poſt Anglicanam editionem, ſi non uberrimæ meſſi, ſaltem non ignobili ſpicilegio locus relinqveretur. Qvod ſi Monachio adhuc vita ſupereſſet, non dubium eſt, qvin ad priſtina de Joſepho edendo conſilia rediturus eſſet, ſiqvidem Anglicanæ editionis fama, qva perturbatus Joſephi curam abjecit, in nihilum abiit. Nondum mihi prima illius Anglicanæ editionis a Viro celeberrimi nominis EDUARDO BERNARDO procuratæ folia videre contigit. Qvantum vero ex Amicis cognoſcere licuit, id imprimis ejus inſtitutum fuit, ut ex multis manuſcriptis codicibus varias lectiones textus Græci, & antiqvæ verſionis colligeret, & nonnunqvam animadverſiones ſatis prolixas adderet, in qvibus ex manuſcriptis Arabicis non pauca expoſuit. Verum, uti jam dictum, hanc etiam Ioſephi editionem neſcio qvæ impedimenta remorantur, & Anglorum literæ de ea plane deſperare jubent, qvamvis & Petiti manu exarata ad Joſephum commentaria, & qvæ Boſius ad Joſephum collegerat, aliaqve qvæ ad exornandam hanc Bernardi.

editionem facere poſſent, magno pretio undiqve conqviſita & redemta fuerint.

Joſephi τὰ σωζόμενα.

Optandum utiqve, ut ex tot Eruditi Orbis Atlantibus vel uni Joſephum emendatiorem, qvam hactenus prodiit, & illuſtriorem edere licuiſſet. Neqve tamen diutius ferendum, ut Bibliopolarum officinæ Joſephi ſcriptis plane careant, ne ſingulare Divinæ Providentiæ beneficium negligere videamur, qvæ Joſephi opera ad noſtram usqve ætatem ſervari voluit, abs qvibus multa cognitu haud indigna ſcientiam noſtram fugerent, & imprimis res proximis ante Chriſti adventum annis in eccleſia geſtæ denſiſſimis ignorantiæ tenebris ſepultæ jacerent. Sunt autem iſta Joſephi ſcripta, qvæ in eruditorum manibus verſantur, libri 7. de Bello Judaico, Antiqvitatum Judaicarum libri 20. cum appendice de vita ſua, libri duo contra Apionem, & Panegyricus in Maccabæos. Et hiſtoriam qvidem Belli Judaici, qvod & ipſe miſerabile vidit, & cujus pars magna fuit, Hebraice primum ſcripſit, qvæ editio temporum injuria intercidit. Poſtea eandem Græco ſermone complexus eſt. Tanta autem operis hujus fiducia ipſi fuit, ut illud Imperatoribus Veſpaſiano & Tito, qvorum auſpiciis bellum illud conſummatum fuit, offerre non dubitaverit. Nec ingratum Imperatoribus munus illud fuit. Certè Titus Imperator, ut ipſe Joſephus (18.) teſtatur, ὅπως ἐκ μόνων αὐτῶν ἐβουλήθη τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις παραδοῦναι τῶν πραγμάτων, ὥστε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προσέταξεν, qvæ verba Nicephorus in hiſtoria ſua eccleſiaſtica [19.] ita reddit, ut Titum libros iſtos de bello Judaico ſua ipſius manu deſcripſiſſe dicat, idqve Johanni Lango (20.) non improbabile videtur, cum Titus, Svetonio teſte (21.) ſcribendi velocitate vel amanuenſes ſuos ſuperaverit, etſi alias Rufinus in verſione Euſebii hunc Joſephi locum allegantis, & alii verba illa ſic interpretati fuerint, qvaſi Imperator libros illos tantum ſubſcriptione ſua dignatus fuerit, qvam ſententiam Henricus Valeſius [22] in

Hiſtoria Belli Judaici.

(18.) de vita ſua p. 1026. (19.) libr. 2. c. 18. & libr. 3. c. 11. (20.) in not. ad Nicephor. Tom. I. edit. Græco-Lat. p. 247. (21.) in Tito c. 3. (22.) ad Euſeb. libr. 3. hiſt. eccleſ. c. 10.

in ſuis ad Euſebium notis priori poſtponendam cenſet. Utramvis eligamus, æſtimare licet, qvanti illam Joſephi lucubrationem Titus habuerit, qvam propria manu vel deſcriptam vel ſubſcriptam δημοσιεύεσθαι h.e. ut Rufinus in Euſebio ſuo interpretatur, publice legi voluit. Accedit honorificum Regis Agrippæ teſtimonium, qvi datis ad Joſephum literis eum πολὺ φιλοτιμότερον τῶν τοῦτα συγγραψάντων ἡγεῖσθαι judicavit (23.) Qvin etiam hos libros bibliothecæ publicæ traditos, & Autorem ob ingenii gloriam Romæ ſtatua donatum Hieronymus memoriæ prodidit, (24.) Euſebium, ut alias in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum ſolet, hic etiam ſecutus, etſi Euſebius (25.) non ſolum ſeptem illos libros de hiſtoria belli Judaici, ſed generatim τὰς συγγραφὰς αὐτοῦ λόγους publico illo honore mactatos aſſerat. Neqve hic omittendum graviſſimum Iſidori Peluſiotæ judicium, qvi in epiſtola ad Adamantium (26.) hanc Joſephi περὶ ἁλώσεως ἱστορίαν θρήνου appellat, & obſervatu dignum cenſet, qvod homo Hebræus & patriæ ſuæ religionis ſervantiſſimus tragicum gentis Judaicæ excidium literis conſignaverit, ne qvis horrendis illis & omne exemplum ſuperantibus calamitatibus fidem derogaret. Poſt hiſtoriam belli Judaici Joſephus ἀρχαιολογίας i. e. antiqvitatum, ſeu, ut alii loqvi amant, originum Judaicarum libros 20. Romæ compoſuit, Dionyſium forte Halicarnaſſenſem æmulatus, qvi ibidem totidem libros ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς ſeu Antiqvitatum Romanarum Græco ſermone conſcriptos ediderat. In hac archæologia Joſephus Judaicæ gentis hiſtoriam ita perſeqvitur, ut ab ipſa mundi creatione exorſus ad duodecimum usqve Neronis annum progrediatur. Qvo tempore hoc opus elucubraverit, ipſe indicat, cum in fine libri ultimi ſe anno Domitiani decimo tertio, & ætatis ſuæ qvinqvageſimo ſexto ultimam his libris manum impoſuiſſe ſcribit. Memoria autem lapſus videtur Sixtus Senenſis, cum in bibliotheca ſua ſancta (27.)

Antiqvitatum libri.

(23.) Joſeph. de vit. p. 1027. (24.) Catalog. Script. eccl. c. 13. (25.) Lib. 3. hiſtor. eccl. c. 9. (26.) lib. 4. ep. 75. (27.) libr. 4. p. 273.

hos Antiqvitatum libros Hebraica primum lingva a Josepho scriptos asserit, qvod de libris περὶ αλώσεως seu de historia belli Judaici, ut ex præfatione ad illos libros colligi potest, non item de archæologia verum est. Eqvidem Vir qvidam doctissimus in notulis, qvas ad græco-latinam Josephi editionem manu sua adscripsit, cum hunc Sixti Senensis errorem notasset, statim seipsum corrigit: imò, ait, ut nunc qvidem existimo, Josephus etiam libros antiqvitatum Hebraice primum exarasse videtur. Id enim manifeste evincit locus lib. 7. c. 11. p. 249. ubi sortitio familiarum Sacerdotalium in hodiernum usqve diem durare legitur, qvod certe de illo tempore necessario intelligendum est, cum Josephus templo nondum everso adhuc Hierosolymis ageret. Græcam enim editionem, posteaqvam Romam migrasset, demũ meditatus est. Verum cum Josephus Hebraicæ illius editionis nusqvam meminerit, & tum demum se de antiqvitatibus Judaicis scribendis cogitasse dicat, cum jam historiam belli Judaici contexeret, qvod everso templo factum est, credivix potest, Josephum Hierosolymis & templo adhuc stante Antiqvitates suas Judaicas Hebraice scripsisse, neqve locus de sortitione familiarum Sacerdotalium id evincit. Si enim in Hebraica, qvæ fingitur, Antiqvitatum editione Josephus scripsit, sortitionem illam in hodiernum usqve diem durare, idqve necessario de tempore, qvod conflagrationem templi antecessit, intelligendum est, cur Josephus in Græca editione, qvam templo pridem in cineres redacto elaboratam, & anno Domitiani decimo tertio, qvi post templi conflagrationem tertius & vigesimus fuit, absolutam fuisse constat, verba ista non mutavit? Atqvi in ea expresse dicit, divi-

sionem

sionem 24. familiarum Sacerdotalium per singulas hebdomadas in liturgiæ officio sibi succedentium ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας durasse. Nimirum per hodiernum diem non præcise tempus, qvo ista literis tradebat, sed seculum, qvo vivebat, & integrum ætatis suæ curriculum intellexit, vel forte μεταφορὰν illum familiarum Sacerdotalium etiam templo jam everso eatenus adhuc durasse scribit, qvatenus illarum Familiarum numerus & ordo in recenti omnium memoria viguit, & in Sacerdotum reliqviis nomina ista manserunt, etsi eorum functiones, qvarum gratia divisio illa per sortem facta fuerat, jam cessassent. Ex his autem, qvæ de Josephi Archæologia dicta sunt, etiam de tempore, qvo historiam vitæ suæ in literas retulit, judicari potest. Est enim ea narratio appendix & epilogus Antiqvitatum, ut ipse Josephus ad calcem libri 20. testatur, ubi se, anteqvam Antiqvitates finiat, nonnulla de vita sua dicturum Epaphrodito significat, cui etiam in fine opusculi de vita sua totum Ἀρχαιολογίας suæ opus, qvod ipso impellente & stimulos addente pertexuerat, se dedicare scribit. Qvamobrem ipsi errant, qvi Eusebium eo nomine erroris arguunt, qvod, qvæ ex Josephi vita excerpsit, sub ἀρχαιολογίας titulo allegaverit (28.) Et hæc ipsa causa est, cur Labbeus (29.) & alii Josephi librum de vita sua in græco-Latina editione, qvam nova hæc sequitur, a libris Antiqvitatum avulsam & distractam nollent. Cæterum ad hoc Josephi opusculum remittimus, qvi de ejus prosapia & vitæ genere, & rebus usqve ad sextum & qvinqvagesimum ætatis annum gestis plura cognoscere cupiunt. Post historiam belli Judaici, & Judaicarum Antiqvitatum seu Originum libros, qvibus vitæ suæ curriculum Josephus attexuit, novi operis elaborandi occasionem subministravit Apio Grammaticus Alexandrinus, qvem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocare solebat, cum Plinio judice (30.) publicæ famæ tympanum potius videri potuisset. Cum enim illud mundi cymbalum magno doctrinæ strepitu contra

De vita sua.

Libri contra Apionem

(28.) Lib. 3. c. 10. natur. (29.) in addend. ad Tom. I. de Scriptor. eccles. p. 817. (30.) prolog. histor.

Judaicæ gentis antiqvitatem insonuisset, Josephus gentis suæ vindicias ex ipsis Græcorum monumentis adornavit, & duobus libris, qvi passim περὶ ἀρχαιότητος seu de antiqvitate inscribi solent, cum Moloni & aliis, qvi de Judæorum legibus & institutis falsa qvædam commenti fuerant, respondit, tum imprimis Apionis calumnias tanto profanæ doctrinæ apparatu confutavit, ut magna Hieronymum (31.) hæc legentem admiratio subierit, cum ab homine Hebræo omnes Græcorum bibliothecas tam studiose evolutas animadverteret. Supereſt tractatus de imperio rationis, seu panegyricus in Maccabæos, si modo is Josephum Autorem habeat, qvod Eruditorum multos negare Gulielmus Cave (32.) observavit. Eusebius (33.) illud opusculum τὸν αὐγενὲς στέφανον nominat, & vulgò περὶ αὐτοκράτορος λογισμῦ inscribi, & a qvibusdam Μακκαβαικὸν appellari scribit. Hieronymus (34.) valde elegantem libellum vocat. Honorius autem Augustodunensis, (35.) Græcum titulum περὶ αὐτοκράτορος λογισμῦ, qvem apud Hieronymum invenerat, non satis commode exprimit, cum ait hunc Josephi librum, in qvo Maccabæorum martyria digesta sunt, de potentia inscribi. In Manuscripto qvodam codice Vindobonensi, qvi diversus est ab eo, qvem supra recensuimus, nec in eorum numero fuit, qvi ad Bosium transmissi sunt, titulus est hujusmodi: Ἰωσήπου εἰς τὸ αὐτοκράτορα τῶν παθῶν λογισμὸν εἶναι, ut refert Lambecius (36.) qvi etiam indicat codicem illum tantum usqve ad illa procœmii verba pertingere: τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις παραινομεῖν ἰσοδύναμόν ἐστι· δι' ἑκατέρα γὰρ ὡσαύτως ὁ νόμος ὑπερφανεῖται, qvæ verba in editis exemplaribus plane desunt, nec in manuscripto Paulinæ nostræ bibliothecæ codice comparent, etsi ille multas integras periodos habeat, qvæ in vulgata editione desiderantur, ut ex appendice novæ hujus editionis manifestum est. Fratres autem illos Maccabæos, qvorum martyrium Josephus in hoc opusculo exposuit, etiam Johannes Chrysostomus, Gre-

De Maccabæis.

(31.) Epistol. ad Magnum. (32.) Histor. liter. scriptor. eccles. p. 22. (33.) lib. 3. c. 10. (34.) in catalog. Script. eccl. c. 13. (35.) libr. 1. de luminaribus eccl. c. 13. (36.) Tom. V. biblioth. Vindob. p. 104.

Gregorius Nazianzenus, Auguſtinus, Gaudentius, Leo Magnus & alii eccleſiæ Doctores ſermonibus ſuis celebrarunt. Sunt forte & alia qvæ Joſephus ſcripſit. Nam in fine libri 20. promittit, ſe, ſi Fata conceſſerint, hiſtoriam belli Judaici & vitæ ſuæ καινὴ ἀνάδρομὴν denuo recenſiturum, & qvatuor inſuper libros de Judæorum opinionibus circa Deum ejusqve eſſentiam, & legum rationes editurum. Qvæ promiſſa Joſephus non implevit, niſi forte hæc monumenta temporum injuria interciderint. Idem dicendum de volumine ἀπολογιῶν, cujus in limine Antiqvitatum ſuarum meminit. Ejus autem jacturam non admodum dolendam arbitratur Cunæus (37.) & ipſius Joſephi intereſſe putat, qvod perierit, cum ex ſpecimine, qvod libro 1. Antiqvitatum c. 1. legitur, ſatis appareat, Joſephum frigida qvædam myſteria & putidas argutias iſto volumine complexum fuiſſe. Cui conſentiens Bœclerus (38.) opus illud Joſephi ætiologicum nihil aliud fuiſſe præſumit, qvam campum ἀπεργίας, in qvem plura Judaici pulveris nube obſcurata & corrupta φιλοσοφήματα ſepoſuerit. Sunt etiam, qvi ex Hieronymi præfatione ad librum XI. Commentariorum in Eſaiam colligunt, qvod Joſephus Librum de 70. hebdomadibus Danielis compoſuerit. Cum enim ibi Hieronymus Africanum, Origenem, Euſebium, Clementem Apollinarium, Hippolytum, & Tertullianum commemoraſſet, ſubjungit, Joſephum Porphyriumqve plurima de eadem qvæſtione diſputaſſe. Verum cum Hieronymus non indicet, qvis Joſephus ille fuerit, & ubi qvæſtionem illam tractaverit, incertum plane eſt, an Flavius Joſephus peculiarem tractatum de 70. Danielis hebdomadibus unqvam ediderit. Ad Pſeudepigrapha Joſephi opera pertinet liber περὶ παντὸς, cujus fragmentum in editionis hujus appendice exhibetur, & de qvo plura inferius dicemus.

Scripta a Joſepho promiſſa & deperdita.

Pſeudepigrapha.

Etſi vero genuina Ioſephi opera, qvæ ad noſtram usqve ætatem pervenerunt, citius pariter & ſæpius peregri-

Editiones Joſephi Græcæ.

(37.) Libr. 3. de Republ. Hebr. c. 1. (38.) Exercit. in Fl. Joſeph. p. 439.

no, qvam proprio Græci Sermonis habitu ex officinis typographicis, emissa fuerint, de Græcis tamen editionibus prius dicere convenit. Primæ editionis Græcæ Aldinæ mentionem facit Cl. Arnoldus in præfatione ad testimonium Flavianum, ubi Casaubonum manu sua ad hanc editionem ex codicibus Regiis multa annotasse, & se, dum in Anglia versaretur, exemplar illud apud Seldenum vidisse memorat. Verum cum ipsa Casauboni verba statim subjiciat, in qvibus editio illa Græca cum Parisiensibus manuscriptis collata Basileensis dicitur, non dubito, qvin Typographi vitio Aldina vocetur prima Josephi editio Græca, qvæ Arnoldina potius dici debuisset. Primus enim fuit Arnoldus Peraxylus Arlenius, qvi Græcum Josephi textum Basileæ M D XLIV. typis Hieronymi Frobenii & Nicolai Episcopii in lucem publicam eduxit, cum in Diegi Hurtadi Mendozæ Cæsarei tum apud Venetos Legati bibliotheca, qvæ postea in Escurialensem transiit, [39.] insignem hunc thesaurum invenisset. In qva editione ad emendandos & restituendos posteriores Antiqvitatum libros, cum eos multis in locis depravatos deprehendisset, epitomen qvandam Josephi, qvam Romæ nactus fuerat, adhibuit, & adscito in partem laboris Sigismundo Gelenio, ut qvam fieri posset castigatissime prodiret, procuravit. In historia belli Judaici, & cæteris Josephi scriptis minus negotii habuit, cum & sua exemplaria satis accurate scripta essent, & alia insuper Johannes Crotus & Petrus Gillius suppeditarent, qvorum erga se studium & in bonas literas amorem eo nomine collaudat. Græcam hanc editionem post annos 67. excepit græco-latina typis Petri de la Roviere A. C. MDCXI. Coloniæ Allobrogum excusa, qvæ ut emendatior prodiret, manuscripti qvidam Codices bibliothecæ Palatinæ collati sunt, qvos in Typographi gratiam a Bibliothecario Jano Grutero Marqvardus Freherus impetravit, etsi jam longius operæ processissent, cum istæ membranæ ad Rovierium transmitte-

(39.) Conferatur Anton. in biblioth. Hisp. p. 223.

mitterentur, qvi pollicitus qvidem est, se Virorum qvorundam doctorum notas & varias Lectiones ejus, qvi manuscripta illa Palatina excusit, studio collectas propediem peculiari volumine luce publica donaturum, sed, ut eventus docuit, promissis tantum dives fuit. Ipsa autem Roveriana operum Josephi editio græco-latina sine ulla mutatione A. C. M DC XXXIV. apud Johannem Crispinum iterata fuit. Et præter illas modo recensitas nulla alia vel græca vel græco-latina operum Josephi editio hactenus visa est. LIBER tamen DE MACCABÆIS etiam extra Josephi opera in nonnullis Græcis Bibliorum editionibus tertio Maccabæorum libro subjectus reperitur. Factum id in editione Bibliorum A. C. M D XXVI. Argentinæ typis Wolphianis a Lonicero procurata, qvem tribus Maccabæorum libris librum Josephi de martyrio septem fratrum Maccabæorum irreligiose attexuisse Morinus (40.) arguit, qvi & plures Bibliorum Græcorum editiones recenset, in qvibus Josephi de Maccabæis liber apocryphis insertus legitur, nempe duas Basileenses, qvarum una A. C. M D XL. ex Hervagii officina, altera M. D L. typis Nicolai Brylingeri prodiit, & Francofurtensem A. C. M D XCVII. typis Wechelianis editam, qvibus addi potest editio Apocryphorum græco-latina Basileæ A. C. M D LXXXII. in lucem publicam emissa, & forte aliæ. Eundem Josephi librum de Maccabæis JOHANNES LLOYDUS & auctiorem & emendatiorem cum latina interpretatione & notis edidisse perhibetur. (41) Postremo eundem librum FRANCISCUS COMBEFISIUS in novissimo, qvod vocat, Bibliothecæ Patrum auctario græce & latine 1672. Parisiis vulgavit.

Interpretes Josephus varios habuit, qvi ejus scripta ex lingva Græca in Latinam, Germanicam, Hispanicam, Italicam, Gallicam, Anglicam, Belgicam & alias transfuderunt. Ad latinos Interpretes, ut ab his ordiamur, qvodammodo referendus est S. AMBROSIUS Mediolanensis ecclesiæ

Interpretes Latini.

Ambrosius vel qvisqvis

(40.) Exercit. Bibl. lib. 1. exerc. 9. c. 1. (41.) Conferatur Witte in Diario biographico ad A. C. 1603.

Autor est librorum de excidio Hierosolymitano sub Hegesippi nomine editorū.

clesiæ Antistes, siqvidem ille Autor sit librorum 5. de excidio Hierosolymitano, qvi sub HEGESIPPI nomine circumferuntur a Jacobo Fabro per Jodocum Badium Ascensium, Godofredo Hittorpio, Laurentio de la Barre, Cornelio Gvalthero & aliis editi, & Patrum qvoqve bibliothecæ inserti. Est enim hoc opus nihil aliud, qvam liberior translatio librorum Josephi de bello Judaico, cui etiam nonnulla ex libris ἀρχαιολογίας admista sunt. Qvod vero hi libri de excidio Hierosolymitano Ambrosium Autorem habeant, etsi multis incredibile videatur, Ludovicus tamen Vives (42.) libros illos sub Ambrosii nomine allegat. Nec alienus est ab hac sententia doctissimus Gronovius (43.) non repugnaturus, si qvis Ambrosium ætate adolescentiori aut in exordio pontificatus sui opus hoc lusisse contendat. Qvam conjecturam & styli cum Ambrosiano convenientia & fides nonnullorum veterum codicum confirmat, qvalis est ille Mediolanensis, qvem Mabillonius (44.) literis partim Longobardicis partim Romanis majusculis scriptum memorat. In eo enim liber Egesippi secundus hoc titulo signatur: Incipit secundus. Ambrosius Episcopus de Græco transtulit in Latinum. Qvem Ambrosii ut interpretis titulum etiam nonnullæ Hegesippi editiones præferunt, ut ex Ascensiana & Hittorpiana manifestum est. Qvod autem hi libri Hegesippi tanqvam primarii Autoris nomine vulgo gaudeant, inde factum est, qvod Josephi nomen librariorum vitio corruptum fuerit. Pro Josepho enim sæpe scribi solebat Josepus aut Joseppus, vel etiam Josipus aut Josippus. Unde & in Mediolanensi Hegesippi codice, qvem paulo ante memoravimus, multis foliis libri qvinti in capite paginarum hæc verba apposita leguntur: IOSEPPI LIBER QVINTUS. Ex Iosippo autem in nonnullis exemplaribus levi mutatione Igisippus natus est, ut ex pervetustis membranis, qvæ apud Isaacum Vossium fuerunt, Colome-

(42.) ad Augustinum de Civit. Dei lib. 21. c. 5. (43.) observat. ad Scriptor. eccles. c. 1. p. 6. (44.) Mus. Ital. part. 1. tom. I. p. 14.

lomesius (45.) probavit. Tandem vero Egesippi vel Hegesippi nomen huic operi adhæsit. Cum enim proximo post Apostolos seculo Hegesippus qvidam claruerit, qvi qvinqve libros actuum ecclesiasticorum composuit, ab Eusebio & aliis antiqvis Scriptoribus commendatos, facili errore libris qvinqve de excidio Hierosolymitano Hegesippi nomen assignatum fuit, etsi non ex Hegesippo, sed ex Josippo vel Josepho expressi fuerint. Nonnulli tamen existimant, libris illis de excidio Hierosolymitano Hegesippi nomen non librariorum errore inditum, sed ab Autore sponte adscitum, sive qvod hoc nomen qvoad literarum sonum cum Josippi nomine magnam cognationem haberet, sive ut ex Hegesippi fama operi huic antiqvitatis autoritatem adderet. Interim Hegesippi nomen, undecunq; illud libri de excidio Hierosolymitano sortiti fuerint, multis fraudi fuit, ut Hegesippo Apostolorum temporibus vicino historiam excidii Hierosolymitani tribuerent. In qvorum numero miramur fuisse Casparum Barthium, (46.) qvi, cum multa seqvioris ævi indicia in Hegesippo deprehenderet, qvæ veteris Hegesippi ævo convenire minime possent, hunc scrupulum ita sibi eximebat, ut diceret idem Egesippo contigisse, qvod in Eutropio aliisqve Autoribus factum esse constat, cum jam a multis seculis Monachi id in more habuerint, ut longiora scripta in epitomen redigerent, aut breviora assutis variis laciniis extenderent. Et Egesippi qvidem libros immanibus cumulis ex Rufini Josepho petitis distentos atqve effarctos judicat, de cœtero minime dubitans, qvin priscus Egesippus illorum librorum Autor censeri debeat. Discedit ab hac sententia Gerhardus Johannes Vossius (47.) & qvod mireris, ipse Barthius, qvi alibi (48.) non parvam Monachorum impudentiam fuisse qveritur, qvod Egesippum, qvi hodie extat, cum veteri illo confuderint. Vossius autem dum Barthii sententiam refutat, ad alterum extremum labitur, dum Autorem hujus operis sexcen-

(45.) Paralipom. ad cav. Chartophyl. p. 239. edit. ult. (46.) libr. 46. Adv. c. 4. (47.) libr. 3. de Hist. Lat. p. 707. & de Histor. Græc. libr. 2. c. 14. (48.) libr. 34. Adv. c. 11.

centis & amplius annis Ambrosio juniorem facit. Otium hic nobis fecit doctissimus Gronovius (49.) qvi utramqve sententiam confutavit, & Autorem, qvi sub Hegesippi nomine excidii Hierosolymitani historiam conscripsit, neqve ad tempora Apostolicæ ætati proxima evehendum, neqve ad Scriptores infimæ vetustatis detrudendum, sed sub Theodosii imperio collocandum probavit. Sive autem Ambrosius hujus operis autor sit, sive alius Scriptor Ambrosio coævus, certum est eum Josephi vestigiis sic insistere, ut qvodammodo interpretis vice fungatur. Ea tamen libertate interpretem agit, ut multa de suo admisceat, & subinde non tam Josephum, qvam sui ingenii impetum seqvatur. Unde Scaliger (50.) de Hegesippo ait, qvod sincerum Josephi vas incrustare consveverit. Sanctum qvoqve Hieronymum Josephi opera una cum Papiæ & Polycarpi libris in latinam lingvam transtulisse rumor ad Lucinii Bætici aures tulerat. Verum Hieronymus (51.) respondebat, tantum nec otii sibi fuisse, nec virium, ut tantos Autores pari venustate in alias lingvas exprimere potuerit.

Rufinus. Æqvalis tamen Hieronymi RUFINUS Aqvilejensis Presbyter Josephi Antiqvitates & historiam belli Judaici & duos contra Apionem libros latinitate donasse perhibetur. Unde antiqva illa & vulgata istorum librorum versio in Latinis Josephi editionibus Rufino passim tribuitur. Nec refragantur codices manuscripti, & in his antiqvissimus ille, qvi Mediolani in Ambrosiana bibliotheca extat, laudatus a Burneto in suis epistolis de itinere suo Italico (52.) & Mabillonio (53.) qvi hoc volumen ex charta Ægyptiaca constare, & aliqvot libros Josephi de antiqvitatibus Judaicis continere scribit, & Boschæ qvidem non consentit, qvi ab annis mille trecentis hoc volumen scriptum suspicatur, antiqvissimum tamen illud esse, & ante mille & centum annos exaratum judicat. Num vero recte Rufino versio ἀρχαιολογίας ἰουδαϊκῆς & duorum librorum contra Apionem tribuatur, haut immerito dubitari possit. De libris

ἁλώσεως

(49.) observ. in Script. eccles. c. 1. & 21. (50.) animadvers. ad Euseb. chron. num. 1950. (51.) epistol. 28. (52.) epistol. 2. (53.) Mus. Ital. Tom. I. part. I. p. 21.

ἀλώπεως minor dubitandi ratio exiſtit. Etſi enim eorum verſio ut ex Caſſiodori divinis lectionibus ſeu inſtitutione divinarum literarum (54) patet, ab aliis Ambroſio, ab aliis Hieronymo, ab aliis Rufino adſcriberetur, vicit tamen ſententia pro Rufino, neq; ſtylus ab aliis Rufini operibus diſcrepat. At cum idem CASSIODORUS ibidem dicat, qvod Joſephi Antiqvitatum libros 22. [intelligit libros viginti ἀρχαιολογίας & duos ἀρχαιότητος contra Apionem] per Amicos ſuos non ſine magno labore latine reddi curaverit, ex eo haud obſcure colligi poteſt, Caſſiodori ævo, qvem integro & amplius ſeculo Rufinus anteceſſit, nullam adhuc illorum Joſephi librorum verſionem extitiſſe. Qvorſum enim amicis ſuis tantum laborem impoſuiſſet, ſi jam olim a Rufino ſuſceptus fuiſſet. Saltem iſtam Rufini verſionem ſilentio prætermiſſurus non fuiſſet, ſi forte illi meliorem & fideliorem ſubſtituere voluiſſet. Fatendum autem eſt, antiqvam Joſephi verſionem tam in hiſtoria belli Judaici qvam in antiqvitatibus & duobus libris, qvibus famoſum illum πλειονίκην Apionem [55.] ſuperavit, plurimis in locis Græco Joſephi textui parum reſpondere, ſive corruptos codices habuerit Interpres, ſive bonos malo ſenſu corruperit. Κομιζεῖν ἐπικούρους ſeu adducere auxiliares copias Antiqvo illi interpreti idem eſt ac per Coricum tranſire. (56.) Vicum Emmauntem ſeu Ammauntem Joſephus (57.) ab Hieroſolymis ſtadiis ἑξήκοντα diſſitum dicit, qvod cum Luca (58.) convenit, & parum tamen abfuit, qvin Vir qvidam doctiſſimus, cujus Bochartus (59.) meminit, Lucam falſi argueret, cum apud Latinum Joſephi interpretem triginta ſtadia legiſſet. Alibi antiqvus ille Joſephi interpres χιόνα ſeu nivem per æſtus explicat, ut plura alia hujusmodi taceam, in qvibus interpres Joſephi cum ipſo Joſepho non magis convenit, qvam cum ex bubone, qvem ſupra Agrippæ paulo poſt morituri caput adſtitiſſe Joſephus tradidit, Euſebius

Caſſiodori familiares.

(54) c. 17. Tom. II. Operum Caſſ. p. 550. edit. Rotomag. (55.) Ita Apio vocatur a Plinio lib. 37. c. 5. Gell. lib. V. c. 14. Clemente Alex. lib. 1. Strom. p. 235. (56.) libr. 14. Antiqu. c. 16. (57.) lib. 7. de Bell. Jud. c. 27. (58.) Luc. XXIV. 13. (59.) Chan. lib. 2. c. 16.

(60.) Angelum formavit. Non est hic prolixe disserendi locus, qvalem in aliis Scriptoribus vertendis Rufinus se gesserit. Notum est qvod in Eusebio multa omiserit, multa de suo adjecerit, multa deniqve pessime reddiderit, ut cum Zachariam Johannis Baptistæ Patrem, cujus Eusebius vel Lugdunenses in sua epistola apud Eusebium obiter meminerant, in Martyrem Lugduni sub Antonino passum transmutavit. Qvali perfidia Origenis scripta tractaverit, non opus est, ut Erasmi (62.) Dallæi, (63.) & aliorum verbis exponamus. Habemus enim confitentem reum, siqvidem ipse Rufinus in præfationibus ad libros περὶ ἀρχῶν, item in præfatione & epilogo Origeniani in epistolam ad Romanos Commentarii non dissimulat, qvantum sibi in Origene interpretando licere existimaverit. Sed, ut ad Josephum redeamus, nec hoc tacendum est, antiqvam versionem interdum saniorem esse, qvam novam, & ipsi Græco, qvalis nunc est, textui præferendam. Unicum libet adducere exemplum. Refert Josephus, qvod Boozus, cum Ruthem ducturus esset, coacto Senatu & adducto Ruthis cognato, qvi eam ducere recusabat mulierem jusserit accedere cognatum suum, & juxta legem calceum ei detrahere, καὶ πτύσειν εἰς τὸ πρόσωπον (64.) Rectius antiqvus interpres in suo exemplari legit: Καὶ πτύειν εἰς τὸ πρόσωπον. Sic enim vertit: Booz testificans Seniores, jussit mulieri, ut ejus calceamentum solveret juxta legem, & in faciem ejus exspueret. Respexit nimirum Josephus ad legem de fratria ducenda, qvæ extat Deut. XXV, 9. etsi ea ad præsentem causam non spectaret, ut post Drusium Seldenus [65.] observavit. Sed hæc de antiqvioribus Josephi interpretibus dixisse sufficiat. Nunc ad recentiores pergendum, e qvorum numero SIGISMUNDUS GELENIUS libros 20. antiqvitatum nova versione donavit. Cum enim Arnoldus Arlenius in græca sua Josephi editione libros antiqvitatum juxta

Gelenius.

(60.) libr. 2. hist. eccl. c. 10. ubi allegat locum ex Josephi Antiqvit. libr. 19. c. 7. (62.) Prolog. ad Orig. (63.) de script. Ignat. c. 40. & seqv. (64.) Antiqvit. libr. 5. c. 11. (65.) de succession. in bon. defunctor. c. 15.

juxta duos codices ex diversissimis terræ tractibus petitos, qvorum uterqve alterius lacunas explere poterat, edidisset, non deerant, qvi novam hujus operis interpretationem ad Græcos fontes exactam desiderarent. Gelenius autem tanto lubentius id operis in se suscepit, qvod antiqvitatum libros non perinde ac historiam Belli Judaici a Rufino versos animadverteret, siqvidem non referrent hominem utriusqve lingvæ peritum, qvalis Rufinus seculo suo fuit, nec stylo libros de bello Judaico æqvarent. Novo igitur stylo hos libros reddidit, & nonnulla a veteri interprete omissa supplevit. Idem & Josephi librum de vita sua in Latinam lingvam transtulit. In historia autem Belli Judaici & libris contra Apionem veterem versionem ad Græcum textum castigavit, qvod tamen ubivis factum non esse collatio ostendit, qvemadmodum etiam nova, qvam fecit, Antiqvitatum versio, eruditorum censuram effugere non potuit, unde Vorstius (66.) egregiam reipublicæ literariæ navaturum operam judicat, si qvis Flavii Josephi versionem, in pluribus a Græco textu discedentem, ad limam revocaturus esset. Iosephi librum de vita sua Godofridus TILMANNUS Carthusiæ Parisiensis Monachus latinè vertit, & typis Michaëlis Fezandat Parisiis exprimendum dedit, qvod ex Petri Lambecii ad Principem Augustum epistola didici. Prodiit ista Tilmanni versio anno 1548. qvo ipso anno Gelenius in præfatione ad Iosephi opera Basileæ scribebat, vitam Iosephi nunc primum in præsenti operum ejus editione a Latinis hominibus legi posse. Referendus esset ad Latinos Josephi interpretes etiam ERASMUS ROTERODAMUS, si tractatum de Maccabæis ex Græco Josephi textu expressisset. Verum cum Græcum codicem ad manus non habuerit, e latinis tantum Græca conjectavit, & mutatis nonnullis versionem illius tractatus antiqvam elegantiori stylo reddidit. Eundem tractatum de Maccabæis Lloydius & Combefisius in Latinum sermonem traduxerunt, ut alias libelli isti-us translationes, qvæ in nonnullis bibliorum editionibus

Tilmannus.

Erasmus

Lloydius, Combefisius. Alii

(66.) in notis ad chronologiam R. Dav. Ganz. p. 290.

nec non in nonnullis Josephi editionibus leguntur, taceamus. Sunt autem Latinæ Josephi editiones variæ. Antiqvissima forte est, cui neqve annum neqve locum impressionis adscriptum Bosius (67.) indicat, qvi eam ex liberalitate Curatorum bibliothecæ Rhedigerianæ habuit. An præter Antiqvitates Judaicas plura Josephi opera editio illa complexa fuerit, nescio. Nullus etiam impressionis annus & locus adscriptus est libris septem de Bello Judaico per Platinam castigatis, qvos in suis Typographiæ incunabulis Cornelius a Beughem (68.) memorat. Idem Beughemius (69.) Antiqvitates Josephi Judaicas Venetiis per Ludovicum Cendratam impressas tradit. Aliam Josephi Latinam editionem Venetiis 1486. excusam in bibliotheca sua habuit celeberrimus Heinsius (70) Secuta est apud Venetos alia editio A.C.M CCCC XCIX. qvæ Antiqvitatum libros, historiam de Bello Judaico, & duos libros de antiqvitate Iudæorum contra Apionem præmissis singulorum capitum argumentis exhibuit. (71.) Qvam grata hæc Venetorum opera eruditis fuerit, & qvam avidos emtores Josephus invenerit, ex eo colligere licet, qvod vix triennio elapso nempe M D II. iterum nova Josephi editio Venetiis prodierit. Prodiit illa typis Bernardini Vercellensis, sumtibus Andreæ Asulani. Præmissa est tabula rubricarum, qva singulorum capitum in Antiqvitatibus & historia belli Iudaici argumenta continentur. Et illa qvidem, qvæ ad historiam belli Iudaici spectant, Autorem habent Magistrum Franciscum Macæratam, Ordinis minorum, & ita concepta sunt, ut ferme epitomes instar haberi possint. Addita etiam est epistola Hieronymi Sqvarzafici Alexandrini ad Raynaldum de Novimajo, in qva Josephi libros a Rufino translatos indicat, & Josephi vitam e juratissimis, ut ait, Autoribus elicitam breviter subjungit. Aliam Josephi editionem Venetam, qvæ A.C.MDX lucem adspexit, Reinesius in qvadam ad Adolphum Vorstium epistola, (72.) Mediolanensem, qvæ per Alexandrum Minutianum MDXIII. prodiit, Bosius in sua ad Josephi

Editiones operum Josephi latinæ.

(67.) Exercit. ad perioch. Joseph. (68.) p. 178. (69.) p. 79. (70.) Conf. Catal. Bibl. Heinsianæ fol. 20. (71.) Conf. bibliothecam Fris. p. 233. (72.) epistol. 22.

phi periocham exercitatione,(73.) Parisiensem a Roberto Goullet typis Johannis Barbieri A. C. M D XIV. procuratam Lambecius in sua ad Augustum Principem epistola,(74.) aliam Parisiensem A. C. M D XIX. ex officina Johannis Parvi emissam Possevinus (75.) commemorat. Postea A. C. M D XXIV. Coloniæ in ædibus Eucharii Cervicorni Josephi opera impressa sunt, addito, qvi in prioribus editionibus desideratur, libello de Machabæis per Erasmum recognito. Præmissa est Jacobi Sobii ad Lectorem præfatio, in qva Josephi versionem a Godofredo Hittorpio ad vetustissima Latina exemplaria diligenter recognitam asserit. Græcum enim textum Sobius temporum injuria plane deperditum suspicabatur, nisi forte in Romana Bibliotheca latitaret. Additus etiam est index, qvem Cornelii Lynnichensis industriæ debemus. Eodem anno M D XXIV. eadem Josephi opera Basileæ Johannes Frobenius excudit, qvi agnoscit, in Coloniensi editione, qvæ suam aliqvot mensibus antevertit, loca qvædam non infeliciter restituta, multa tamen in mendis suis adhuc relicta asserit, cum adeo depravatus Josephus fuerit, ut expurgando huic Augiæ stabulo unus Hercules non sufficerit. Qvibus præmissis speciminis gratia loca qvædam indicat, qvæ veterum exemplarium collatione in Basileensi hac editione emendata sunt. Bene sibi cessisse suam Josephi editionem cum animadverteret Eucharius Cervicornus, distractis primæ editionis exemplaribus A. C. M D XXXIV. Josephum majori labore & industria recognitum iterum Coloniæ prælo subjecit, additis etiam monumentis, qvæ sub Berosi, Manethonis & Metasthenis nomine Johannes Annius Viterbiensis orbi literato venditavit. Sed hic iterum cum Colonia de Josepho Basilea certavit. Eodem enim anno M D XXXIV. Basileæ ex officina Frobeniana Josephus exiit, Sigismundi Gelenii studio recognitus, qvi Antiqvitatum qvidem interpretationem veterem ob Græcorum Codicum penuriam tantum

(73) p. 8. (74) p. 11. (75) tom. I. apparat. p. 967.

ad vetuſta qvædam exemplaria Latina contulit, hiſtoriam autem Belli Judaici ex duobus Græcis codicibus, qvorum unum Georgius Arminiacus Rutenorum Epiſcopus, alterum Johannes Crotus obtulit, emendavit, & tantundem laboris aut aliqvanto plus in libris contra Apionem adhibuit, ut a legentibus intelligi poſſent. Et hæc editio Baſileæ A. M D XL. repetita fuit, in qva Typographus (76.) monet, librorum de Bello Judaico & contra Apionem exemplaria Græca ex Gallia, Germania & Polonia corrogata fuiſſe, & cum Latinis collata, & in libris contra Apionem circa finem primi, & initium ſecundi libri plus qvam centenos verſus additos fuiſſe, qvi hactenus omiſſi fuerant. Paulo poſt nempe A. M D XLVI. Sebaſtianus Gryphius Joſephi opera tribus voluminibus diſtincta minori forma nempe plagulis in octo folia complicandis publicavit. Et iſtæ qvidem, qvas hactenus recenſui, editiones antiqvam Joſephi verſionem exhibent, de cujus Autoribus ſupra dictum eſt. Anno autem M D XLVIII. Baſileæ nova Antiqvitatum Judaicarum verſio a Sigismundo Gelenio concinnata lucem publicam adſpexit, cui & cœtera Joſephi opera juxta antiqvam verſionem & liber de Maccabæis ex Eraſmi paraphraſi adjuncta fuerunt, & qvi hactenus in Latinis editionibus nondum viſus fuerat, Joſephi liber de vita ſua ab eodem Gelenio in Latinam lingvam translatus, qvæ editio Baſileæ A. M D LIV. repetita fuit. Has editiones ſecutæ ſunt duæ Lugdunenſes, qvarum una A. M D LV. altera M D LVII. utraqve apud Gryphium impreſſa, & duæ Baſileenſes, qvarum una A. M D LIX. altera M D LXVII. utraqve ex officina Frobeniana prodiit. Et in priore qvidem Baſileenſi liber de Maccabæis ex Eraſmi Roterodami paraphraſi legitur, qvæ hactenus etiam in aliis Ioſephi editionibus retenta fuerat, in poſteriore autem alia verſio occurrit, cujus hoc eſt initium: diſputaturus de re ad philoſophiæ rationem maxime pertinente num affectibus

(76.) p. 545.

ctibus imperet pia ratio, recte fecero, si vobis, ut Philosophiæ sedulo incumbatis, consuluero. Qvæ Francofurti ad Mœnum A. C. M D LXXX. impensis Sigismundi Feyerabend procurata est editio, figuris exornatur, & singulis foliis chronologiam adscriptam habet, ipsumqve textum doctorum hominum laboribus & vigiliis a pluribus mendis expurgatum pollicetur. Anno M D LXXXII. iterum Basileæ ex Frobeniana officina vulgatus est Iosephus, itidem chronologia & aliis scholiis marginalibus illustratus. Anno M D LXXXVIII. Sigismundus Feyerabend Francofurti Iosephi opera denuo typis imprimi curavit, sed minori forma, & ad commodiorem usum adornata. Anno M D XCIII. Coloniæ apud Iohannem Gymnicum sub monocerote Flavii Iosephi opera iterum latine prodierunt, ut Genevensem anno M D XCV. a Iacobo Stoerio excusam, Francofurtensem anno M DC XVII. vulgatam & alias taceamus. Qvorsum etiam spectant Nicolai Asclepii Barbati periochæ & argumenta librorum 20. de Antiqvitatibus Judaicis & librorum septem de Bello Iudaico, singulorum capitum summam singulis tetrastichis complectentia, qvæ una cum Ducum, Iudicum, & Regum populi Israelitici historia per Bartholomæum Stenum conscripta Coloniæ typis hæredum Arnoldi Birckmanni anno M D LXIV. in lucem prodierunt, item compendiosissima Belli Iudaici descriptio, qvam ex Iosepho collegit, & Coloniæ M D LII. edidit Georgius Vicelius, ut alia ejus generis taceamus. Dignus autem omnino Iosephus fuit, qvi non ab eruditis modo Græce & Latine, sed etiam a vulgo in vernaculis variarum gentium linguis legeretur. Et de Germanis qvidem suis hac in causa bene meritus est D. CASPAR HEDIO, qvi anno M D XXXI. Flavii Josephi opera in Germanicam lingvam convertit, & Argentinæ typis Michaelis Meyeri & Balthasaris Bockii primum edidit, anno MD XXXV. & forte sæpius novis typis impressa. Præmissa est explicatio vocabu- Versiones Germanicæ.

lorum lingvæ Hebraicæ, Chaldáicæ, Græcæ & Latinæ, qvæ in Josephi scriptis passim occurrunt. Cui nominum explicationi subjunguntur, qvæ Gulielmus Budæus in libris de Asse & ejus partibus ad loca qvædam in libris Josephi contra Apionem animadvertit. Fatetur autem elegantiori habitu Germanicum suum Josephum legentium oculis se oblaturum fuisse, nisi defectu Græcorum exemplarium, qvæ tum adhuc in bibliothecis latebant, tantum ad Latinos codices conformatus fuisset, qvos adeo corruptos fuisse qveritur, ut non sine magno labore multisqve vigiliis loca qvædam restituere, eorumqve sensum assequi potuerit, qva in re etiam Melchiorem Ambachium, & Wolfgangum Musculum auxilio sibi fuisse non dissimulat. Minime tamen dubitat, qvin improbo suo labore tantum effecerit, ut ex Germanica sua versione Latina exemplaria, si prælo iterum subjicerentur, plurimis in locis emendari possent, ne amplius

mala culmos
Esset rubigo, segnisqve horreret in arvis
Carduus, - - - - -
Lappæqve tribuliqve interqve nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominentur avenæ.

Postea, cum Arnoldi Peraxyli Arlenii studio Græcus Josephus in lucem editus fuisset, Bibliopolæ qvidam Francofurtenses per M. JOHANNEM SPRENGENIUM & ZACHARIAM MUNZERUM ex Græco textu Josephi opera in Germanicam lingvam transferri curarunt, qvorum versionem Johannes Feyerabend Francofurti anno M D LXXXI. prælo iterum commisit, cum primæ editionis, qvæ Georgii Rabi & Cognati cujusdam sui impensis ante aliqvot annos facta fuerat, exemplaria nulla amplius supersse intelligeret. Neqve hic silentio prætermittendus CONRADUS LAUTERBACHIUS, qvi itidem Flavii Josephi opera, qvæ extant, omnia Germanice reddidit, nihilqve eorum omisit, qvæ Josepho vel ornatum vel lucem afferre poterant.

Ejus

Ejus interpretatio primum Argentorati anno MDLXXIV. iterumqve MDXCV & MDCXI & noviſſime Francofurti MDCLXXXVI. lucem publicam adſpexit. Libri ſeptem de Bello Iudaico Francofurti anno MDLII. ſeorſim typis Chriſtophori Egenolfi Germanice prodierunt, qvo interprete, cum editio illa ad manus non ſit, dicere non poſſum. In Hiſpania IOHANNES MARTINUS CORDERO Valentinus, qvi multa veterum & recentiorum Scriptorum monumenta in ſermonem Caſtellæ vernaculum traduxit, Ioſephi qvoqve libros ſeptem de Bello Iudaico poſt veterem, qvæ ei diſplicuit, Catholicorum Regum Chronographi interpretationem Hiſpanice edidit, impreſſos Antverpiæ anno MDLVII. & Madriti anno MDCXVI. Antiqvitates autem Iudaicæ, in eandem lingvam traductæ, una cum vita Ioſephi ab ipſomet conſcripta, & tractatus de imperio rationis ſeu de Maccabæis incerto interprete Antverpiæ anno MDLIV. typis Martini Nucii prodierunt. Hiſpanicæ.

In Italia PETRUS LAURUS Mutinenſis Ioſephi Antiqvitates Iudaicas Italice reddidit, qvas Balthaſar Conſtantini Venetiis anno MDXLIX. ex officina ſua prodire juſſit. FRANCISCUS autem BALDELLUS non Antiqvitates modo, ſed etiam libros de Bello Iudaico, libros duos contra Apionem, & tractatum de imperio rationis in Italicam lingvam convertit, qvæ Baldelli verſio in duos tomos diſtributa itidem Venetiis anno MDLXXXI. lucem publicam adſpexit. Italicæ.

Gallia Flavium Ioſephum in ſua lingva prodeuntem ſæpiſſime conſpexit. Prodiiſſe Ioſephum Gallice anno MCCCCXCII. Cornelius a Beughem in Typographiæ incunabulis tradit, interpretem non addit, & forte ipſe interpres nomen ſuum latere voluit. Inter eos, qvos Gallice Joſephum interpretatos fuiſſe novi, fuit NICOLAUS DE HERBERAY DOMINUS DES ESSARS, qvi præter alia etiam Joſephi libros ſeptem de Bello Judaico Gallico ſermone expreſſit anno MDLVII. Pariſiis excuſos. Agit de eo Autor, qvi de Eruditis & præcipuis eorundem ſcriptis judicia pluribus tomis hactenus vulgavit, eumqve in Joſepho Gallicæ.

pho vertendo bonas horas melius, qvam in transferendis Amadisi libris collocasse censet (77.) Omnia Josephi opera Gallice interpretatus est FRANCISCUS BURGUNDUS, cujus versio Lugduni apud Johannem Temporalem & postea apud hæredes Jacobi Junti, nec non Parisiis anno M D LXXIII. apud Claudium Micræum prodiit. Hanc Francisci Burgundi versionem postea correxit JOHANNES LE FRERE DE LA VAL, & hæc Burgundi versio a Frerio Lavallensi ad Græcum textum emendata Parisiis MDLXX. apud Nicolaum Chesneau una cum Latina versione, ita ut una alteri qvoad singulas periodos respondeat, lucem publicam adspexit. Additum est in eadem editione historiæ de bello & excidio Judaico compendium, qvod studio Davidis Kyberi ex Hebraico Josepho Latine concinnatum Franciscus Belleforestus in Gallicam lingvam transtulit (78.) Neqve hic omittendus Antonius Fayus, qvem a Bosio inter Gallicos Josephi interpretes referri video (79.) Nec mirum, qvod qvi Livium Gallici sermonis habitu donavit, Josephum qvoqve, qvem Græcum Livium Hieronymus appellat (80.) eodem honore dignatus fuerit. Verum plerasqve ex his Josephi versionibus etsi a popularibus suis factas Galli parum æstimarunt. Alias enim ob styli barbariem aspernati sunt, alias minus fideliter translatas arguerunt, nonnullas etiam de hæresi suspectas habuerunt, cum in illis phrases qvasdam & loqvendi formulas observare sibi viderentur, qvibus ferendis non essent aures Romanis placitis assvetæ, ut Johannes Gallœsius (81.) in ephemeridibus Eruditorum annotavit, qvi etiam addit GILBERTO GENEBRARDO Josephi versionem felicius cessisse. Cum enim ante ipsum intra qvinqvaginta annorum spatium qvinqve aut sex versiones Josephi Gallicæ prodiissent, postea vel centum anni elapsi sunt, anteqvam qvisqvam de nova versione Josephi cogitaret. Cum igitur tot Interpretibus in unius libri versione defatigatis omnes jam

(77.) Jugemens de Scavans tom. 3. Sect. 930. (78.) Conf. la Bibliotheque d' Antoine du Verdier p. 368. (79.) exercit. ad Josephi periocham c. 1. p. 11. edit. secund. (80.) epistol. ad Eustoch. de custod. Virginit. c. 15. (81.) Anno 1667. d. 16. Januar.

jam in Genebrardi verſione acqvieſcerent, haud mirum cuiqvam videri poteſt, qvod illi excudendo præla toties deſudaverint. Prodiit enim Pariſiis apud Michaëlem Sonnium anno M D LXXVIII. apud Claudium Rogerium MDLXXXVIII. apud Lucam Bruneau M DC IV. ut alias editiones taceamus. Neq; tamen erroribus ſuis & nævis hæc Genebrardi verſio deſtituitur, qvos paſſim a doctis notari videas. Sane Caſaubonus [82] Gelenii & Rufini errores leves eſſe cenſet præ iis, qvos Genebrardus commiſit, qvi tantum ſibi in Joſepho licere exiſtimavit, ut pro voce Cleopatra poſuerit: ceſte chiene, pro vocibus; δίδωσιν αὐτῇ: il donne a ceſte putain, ex qvo magnam illius Theologi παῤῥησίαν arguit, qvam etiam Thuanus [83.] in ejus elogio notavit. Poſtremo ARNOLDUS D' ANDILLY qvatuor & viginti abhinc annis Judaicas Ioſephi Antiqvitates Gallice edidit, qvibus poſt biennium etiam hiſtoriam Belli Iudaici, vitam Ioſephi ab ipſomet conſcriptam, libros contra Apionem, tractatum de Maccabæis, & Philonis legationem ad Cajum Caligulam adjecit. Cum enim per integrum ſeculi ſpatium lingvæ Gallicæ cultus tantum increviſſet, ut Genebrardi verſio nemini amplius jucunda eſſe poſſet, ſi vel maxime Ioſephi ſenſus accurate expreſſiſſet, operæ ſe pretium facturum exiſtimavit, ſi nobiliſſimum ſcriptorem, qvem barbaræ verſiones pæne exoſum reddiderant, novo ornatu genti ſuæ iterum conciliaret. In hac verſione Andillius, ſi Gallœſio in ephemeridibus eruditorum hoc opus commendanti credimus, Ioſephum fideliter reddidit, idqve præſtare ut poſſet, varia manuſcripta conſuluit, nec fideliter modo, ſed comte etiam & nitide Ioſephum expreſſit, dum Gallicæ lingvæ elegantias ad Græci ſermonis emphaſes tam feliciter applicavit, ut facundia cum Ioſepho certare videatur. Imprimis autem iſtos eloqventiæ flores deprehendere licebit in hiſtoria de Bello Iudaico, & maxime in oratione Anani, qvæ libro 4. c. 13.

(82.) Exercit. 1. contra Baron. Sect. 9. n. 8. (83.) libr. 19. hiſt. p. 771.

4. c. 13. extat, nec non in descriptione horrendæ famis, qvæ libri 5. cap. 28. legitur. In versione Antiqvitatum fatetur se a Græco textu nonnihil dissentire circa descriptionem tabernaculi & mensæ, in qva sacri panes repositi fuerunt, cum hæc & alia qvædam loca in Græco textu adeo corrupta fuerint, ut ea corrigendi necessitas sibi imposita fuerit. Hæc Andillii versio etiam extra Galliam typis commissa fuit. Anno enim MDC LXXVI. Bruxellis qvinqve voluminibus distincta prodiit. Tria priora volumina complectuntur libros 20. Antiqvitatum; duo posteriora exhibent Josephi librum de vita sua, libros 7. de Bello Judaico, libros duos contra Apionem, tractatum de Maccabæis, in qvo vertendo Andillius non Erasmi paraphrasin, ut Genebrardus, sed Græcum textum secutus est, & deniqve Philonis legationem ad Cajum. Uno volumine, qvod elegantissimis figuris æri incisis exornatum est, Andilliana illa Josephi versio Amstelodami anno MDC LXXXI. prodiit. Nondum viderat Andillianam Josephi versionem, ut unicum hoc addam, Bosius cum exercitationem suam ad periocham Flavii Josephi prima vice ederet. In altera autem illius exercitationis editione concedit qvidem Andillii versionem sermonis elegantia cœteris præstare, neqve negat Græciæ lepores haud raro in ista versione feliciter exprimi, vix tamen credendum censet, qvod Andillius manuscripta Græca consuluerit, aut qvod hæc versio majestati textus originalis perfecte respondeat, etsi Sorbonenses in approbatione operi præfixa ejus rei fidem facere voluerint. Qvin potius existimat, Andillium Gelenianæ magis versioni qvam Græco textui inhæsisse, ideoqve nonnulla, qvæ Gelenius obscure interpretatus fuerat, plane omisisse. Qvod judicium aliorum, qvi penitiorem Gallicæ lingvæ cognitionem habent, examini relinqvo. In Anglia THOMAS LODGE Josephi historiam Judaicam in patriam suam lingvam transtulit, & Oxonii vulgavit, ubi etiam MDC LXXVI. Josephi opera recognita & emendata juxta elegantissimam

Anglicæ.

versio-

verſionem Andillii in Anglicam lingvam tradu&ta cum locis ſcripturæ parallelis, tabula Geographica Palæſtinæ, aliisqve imaginibus æri inciſis ad illuſtrandam Ioſephi hiſtoriam facientibus prodierunt. In Belgicam lingvam Amſtelodami anno MDCLXXVIII. Flavii Joſephi opera omnia ex Græco Latinoqve recens convertit LAMBERTUS VAN DER Bos, cui editioni annexus eſt Hegeſippus, qvem ex Germanico tranſtulit Simon de Vries. Præfixa ſunt ſingulis libris & capitibus ſummaria, accedunt ducentæ & qvinqvaginta icones æneæ elegantiſſimæ, tabula chronologica indicesqve chronologici & biblici, nondum antea impreſſi. Fortaſſe etiam in aliarum gentium lingvas Joſephi opera tranſierunt. Si Baronio fides adhibenda, (84.) Joſephus etiam in Hebraicam lingvam converſus extat. Refert enim in bibliotheca Vaticana haberi manuſcriptum verſionis illius Hebraicæ codicem, in qvo Judæi Ioſephi de Chriſto teſtimonium abraſerint, cujus ſceleris veſtigia tam manifeſta eſſe ſcribit, ut nulla excuſatio aut defenſio locum habeat. Et qvamvis hanc narrationem Caſaubonus a veritate alienam eſſe ſuſpicetur, (85.) Huetius tamen [86.] adhuc Romæ in Vaticana bibliotheca membranas iſtas videri, & Baronium a mendacio abſolvere aſſerit. Et hanc ipſam Hebraicam Joſephi verſionem etiam illuſtri cuidam Perſonæ Romæ in Vaticana Bibliotheca oſtenſam Wagenſeilius in epiſtola quadam ad Arnoldum memorat. E Judæis R. Schabtai ben Joſeph in libro, qvem Siphte Jeſchenim ſeu labia dormientium inſcripſit, itidem affirmat, Flavii Joſephi antiqvitates cum bello Judaico e Græco in Hebraicum ſermonem converſas fuiſſe, ut ex Actis Eruditorum didici. (87.) Interim nulla verſio Joſephi Hebraica in lucem hactenus producta fuit, niſi qvis Ioſephi Gorionidæ hiſtoriam pro Hebraica Ioſephi verſione habere velit, cum plurimis in locis Ioſephum noſtrum κ' πόδα ſecutus fuerit. Edita eſt illa

Belgicæ.

Hebraicæ

Joſeph Ben Gorion.

d Ioſe-

(84.) tom. 1. annal. A. C. 34. p. 210. edit. Rom. (85.) exercit. 16. in Baron. Sect. 154. (86.) demonſtrat. evangel. prop. 3. p. 27. (87.) A. C. 1690. p. 302.

Ioſephi, qvi ſe filium Gorionis appellat, hiſtoria Conſtantinopoli A. M. 5250. ſeu anno Chriſti M CCCCXC. iterumqve ibidem A. M. 5270. Chriſti M DX regnante Bajazetho. Qvæ autem anno M DXXIX. Wormatiæ Sebaſtiani Munſteri ſtudio prodiit, breviſſimum tantum eſt Conſtantinopolitanæ editionis compendium, a Iudæo qvodam concinnatum, & a Munſtero Latine redditum. Obſervat autem Morinus, qvi Wormatienſem editionem cum ſecunda Conſtantinopolitana contulit, (88.) Autorem illius compendii nonnulla ex aliis Autoribus addidiſſe, nempe traditionem Talmudicam de tredecim mutationibus, a LXX. Interpretibus in Bibliorum translationem illatis, qvarum nulla mentio extet in editione Conſtantinopolitana, a qua compendium hoc etiam in eo diſcrepat, qvod ſolam Legem a LXX. Interpretibus translatam aſſerat, cum in Conſtantinopolitana editione viginti qvatuor libri translati aſſerantur. Poſt Wormatienſem editionem Munſterus iterum aliam Baſileæ anno M DXLI. vulgavit, qvæ, ut Morinus indicat, a Conſtantinopolitana nihil differt, niſi qvod plus media parte mutilata eſt. Deſunt enim in Munſteriana editione priora duo capita cum tertii capitis non mediocri parte, & cum Conſtantinopolitana editio 97. capitibus conſtet, Munſteriana in capite 63. finitur, adeoqve totam hiſtoriam rebellionis Iudæorum adverſus Romanos, natumqve inde urbis & templi excidium omittit, ut cœteras mediorum capitum mutilationes taceam, in qvibus ut membra divulſa melius cohærerent, Munſterus nonnulla verba ſeu periodos textui aſſuit. Et poſtremam qvidem partem, qvæ de bello Iudaico agit, in Munſteri manuſcripto plane defuiſſe ſuſpicatur Morinus, cum nobilem iſtam Ioſippi partem omiſſurus non fuiſſet, niſi lacerum & extrema ſui parte mancum exemplar habuiſſet. Verum ſi Morinus Munſterianæ editionis titulum inſpexiſſet, legere ibi potuiſſet, Munſterum

(88.) Exercit. bibl. lib. 2. Exerc. 1, c. 3.

sterum etiam historiam belli Judaici & excidii Hierosolymitani Hebraice a Josippo scriptam habuisse, quippe quam se alio tempore adjecturum lectoribus promittit. Wormatiensi editioni respondet ea, quam Basileæ anno MDLIX. Sebastianus Lepusculus procuravit. Nam & illa compendium tantum continet à Judæo qvodam ex variis Autoribus, sed maxime e Josepho Gorionide conflatum & a Munstero latine redditum. Constantinopolitanæ autem editioni conformis est Veneta, quam cum mutilata Munsteri editione comparans Scaliger observat Munsterianam a folio Venetæ septimo incipere, & in folio nonagesimo secundo desinere, postremis sexaginta tribus foliis plane omissis (89.) Integram Constantinopolitanam sequuntur etiam Cracovienses, & qvæ superiore anno prodiit Francofurdiensis, quibus etiam Germanicam typis Hebraicis Tiguri anno MDXLVI. impressam, quæ postea Amstelodami anno MDC LXI. cum commentario ejusdem lingvæ prodiit, addere licebit. Qvamvis autem Munsterus Josephum Gorionis filium cum Flavio nostro Josepho eundem fuisse contendat, & ipse quoque Gorionides Josephi nostri personam subinde mentiatur, & se bello Judaico interfuisse simulet, & se a Vespasiano captum, & postea libertate donatum & honorifice habitum referat, aliaqve, qvæ vero Josepho contigerunt, sibi tribuat, Critici tamen nares aliter leones aliter catulos olere pridem senserunt. Noster certe Josephus, quoties Parentis sui meminit, ubiqve Matathiæ nusqvam Gorionis Filium se nominat, nec probabile est Munsteri inventum, qvod hic Josephus & Gorionis & Matathiæ Filius dici potuerit, cum Gorionem Patrem agnoverit, Matathiam autem inter majores habuerit. Qvin imo Josephus noster in historia belli Iudaici (90) a Josepho Gorionis Filio aperte se distinguit. Hebraicus autem ille Josephus seu Josippus neque pro Flavio nostro Josepho, cujus larvam in scripto suo sæpius induit, neqve pro Josepho Gorionis Filio Jose-

(b.) elench. trihæres. c. 4. (90.) libr. 2. c. 42. in lat. 25.

phi noſtri coætaneo, a qvo & proprium & paternum nomen mutuatus eſt, haberi poteſt, cum ſe multis ſeculis utroqve juniorem abunde prodiderit, dum Hiſpanos ab Hannibale domitos, Gothorum, & Gallos a Cæſare ſubactos Francorum nomine deſignat, multaqve alia urbium, fluminum & gentium nomina uſurpat, qvæ ævum a Ioſephi ætate remotiſſimum indicant. Præterea etiam Joſephi gravitate plane indignæ ſunt ineptiſſimæ & ridiculæ, qvas paſſim nectit, fabulæ, qvalis eſt illa de fundo Tiberis, qvem a Romanis, cum Hieroſolymam a Nabuchodonoſore obſeſſam cognoviſſent, ære ſtratum narrat, ut cæteras mittamus, qvas non ab alio ad Gorionidæ textum aſſutas fuiſſe, omnimoda elegantis ſtyli cum Gorionidæ textu æqvalitas evincit. Similes igitur habent labra lactucas, cum Judæi qvidam hunc Joſephum Gorionis Filium ejusqve Hebraicam hiſtoriam magnis elogiis commendant. Virum ſapientia & prudentia inſignem, juſtumqve & rectum hunc Gorionis Filium Joſephum vocat R. David Ganz, (91.) eumqve ut fidelem Hiſtoricum deprædicat, cum ea, qvæ narrat, ipſe viderit, qvod teſtimonium ab Hebraico Joſippo, qvi Gorionis Filius audire voluit, tam alienum eſt, ut Joſephus de Voiſin in notis ad pugionem fidei (92.) ipſum Flavium noſtrum Joſephum a Ganzio hac laude condecoratum exiſtimaverit, & hoc Ganzii teſtimonium Abarbanelis contra Ioſephum noſtrum calumniis oppoſuerit. Majora ſunt, qvæ de Ioſepho Gorionis Filio & Hebraico ejus opere plenis buccis celebrat R. Abraham Conat (93.) Medicus Conſtantinopolitanus. Dicit enim Virum hunc divinum in libris edendis poſt Regem Salomonem felicis memoriæ omnes antecelluiſſe. Qvin etiam R. Tam in animadverſione, qvam Conſtantinopolitanæ Ioſippi editioni adjecit, affirmare non dubitat, omnia iſtius libri verba juſtitiam eſſe, & nullam perverſitatem in eo reperiri, & revera

(91.) in Zemach. David q. 95. (92.) part. 2. c. 3. p. 202. edit. Carpzovianæ. (93.) Conf. Munſteri præfat. ad Joſipp. Bahl. 1541.

vera manum Dei ſuper hunc Virum fuiſſe, dum hunc librum componeret, & paululum abeſſe, qvin verba ipſius ſint verba Viri Dei & Prophetæ. (94.) Forte adhuc majoribus elogiis Gorionidem hunc ſuum Judæi exornarent, niſi in hiſtoria Titi a Talmudicis traditionibus diſſenſiſſet. Cum enim Judæi Titum impium vocare ſoleant, & fabulentur, poſt excidium Hieroſolymitanum bibentis nares muſcam introiviſſe, & ipſum cerebrum penetraſſe, ibiqve in pulli columbæ magnitudinem excreviſſe, & pondere duas libras exæqvaſſe, ſeptemqve annis cerebrum ejus corroſiſſe & perfodiſſe, eaqve tandem educta & avolante etiam animam Titi avolaſſe, tantum abeſt, ut tribulibus ſuis Gorionides aſſentiatur, ut potius Titi ſapientiam & juſtitiam commendet, eumqvé a culpa vaſtatæ & perditæ Hieroſolymæ abſolvat, cum totum illud malum Hieroſolymæ ob prædones, qvi tum in populo Iſraëlitico fuerunt & propter eorum iniqvitatem contigerit, Titus autem qvicqvid in vaſtatione urbis fecit, preſſus & coactus fecerit.

Recte autem Serarius (95.) Gorionidem cum Flavio noſtro Joſepho comparans notavit, qvod Gorionides obſcurus, incognitus, illaudatusqve e tenebricoſis Judæorum antris non ita pridem proſerpſerit, cum contra Flavii noſtri Joſephi memoria tam illuſtris per plurima ſecula fuerit, ut neminem vel mediocri literarum cognitione tinctum ea fugere potuerit. Qvamvis enim ejus ſcripta apud Judæos in nullo pretio fuerint, qvos ignaviæ in excolendo lingvarum ſtudio & colligendo doctrinæ apparatu ipſe Joſephus (96.) arguit, Gentiles tamen pariter & Chriſtiani Joſephum, licet Judæum, ejusqve opera magni æſtimarunt. Certe Joſephi teſtimoniis paſſim utuntur, & hoc ipſo ſe in Joſephi lectione probe verſatos indicant celeberrimi Scriptores, Juſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Porphyrius, Euſebius, Hieronymus, Theodoretus, Stephanus Byzantius, & alii, qvos omnes nominare Fragmenta Joſephi

(94) Conf. Morinus l. 6. (95.) triharef. libr. 1. c. 9. (96.) libr. 20. Antiqvit. cap. ult.

nimis longum foret. Fatendum tamen in his esse qvædam, qvæ in hodiernis Josephi editionibus non comparent. Eusebius enim de Jacobo Justo agens (97.) refert Josephum causam excidii Hierosolymitani & calamitatum, qvæ Judæis acciderunt, Jacobi hujus supplicio his verbis imputasse: Ταῦτα δ' συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν δ' Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν, qvæ verba Rufinus ita interpretatur: qvæ omnia acciderunt Judæis pro vindicta Jacobi Justi, qvi erat frater Jesu, qvi dicitur Justus, qvem justissimum & piissimum omnium confessione Virum Judæi interfecerunt. Et hæc Josephum tradidisse asserunt etiam Origenes (98.) Hieronymus (99.) & alii, cum tamen id apud Josephum hodie non legatur. Etsi enim Josephus referat, (100.) qvod Ananus Pontifex Secta Sadducæus, homo audax & ingenio ferox post mortem Festi Præsidis, & cum Albinus Festi Successor adhuc in itinere ageret, oportuno hoc, qvod ipsi videbatur, tempore concilium convocaverit, & Iacobum Fratrem Jesu, qvi Christus dicebatur, tanqvam impietatis reum una cum qvibusdam aliis lapidandum tradiderit, idqve factum omnibus bonis, qvotqvot in civitate agerent, vehementer displicuerit, nusqvam tamen expresse dicit, qvod Deus Iacobi hujus supplicium Hierosolymitanæ urbis eversione vindicaverit, ideoqve hunc locum Spencerus (1.) librariorum incuria periisse suspicatur. Fieri tamen etiam potuit, ut eum, qvi primus hac in causa Josephum testem appellavit, memoria falleret, cujus oscitantia postea & alios oscitantes fecit. Non legitur etiam hodie in Josepho, qvod Iohannes Baptista vere Propheta fuerit, qvanqvam Hieronymus (2.) id a Josepho traditum affirmet. Id tantum Josephus asserit, (3.) apud Iudæos constantem opinionem fuisse, qvod justa Numinis

(97.) lib. 2. histor. eccles. c. 23. (98.) libr. 1. contr. Cels. p. 35. & libr. 2. p. 69. item in comment. ad Matth. c. 13. p. 223. edit. Huet. (99.) in Catal. Scriptor. c. 2. & 13. (100.) libr. 20. Antiqv. c. 8. p. 698. (1.) not. ad Orig. contr. Cels. p. 31. (2.) Catalog. c. 13. (3.) Antiqv. libr. 18. c. 7. p. 626.

nis ultione propter Iohannem Baptiſtam Herodis exercitus deletus fuerit. Cum enim, ut Ioſephus addit, vir optimus Iudæos ad pietatis & juſtitiæ ſtudium incitaret, ſimulqve ad baptiſmi lavacrum invitaret, qvod ita demum Deo fore gratum ajebat, ſi animis per juſtitiam prius mundatis & puritatem corporis adderent, veritus Herodes, ne tanta hominis autoritas defectionem aliqvam pararet, ſiquidem plebe doctrinæ hujus avida magni concurſus ad Iohannem fiebant, & populus ejus conſiliis nihil non facturus videbatur, apprehendi illum vinctumque Macheruntem mitti, atque illic occidi imperabat. Porro apud Suidam [4.] longa fabula de Ieſu in locum Sacerdotis cujusdam Iudaici defuncti ſurrogato recenſetur, in qva refertur, Ioſephum in ſuis de Hieroſolymitano excidio commentariis dicere, ὅτι Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ μετὰ τῶν ἱερέων ἠγιάζε, ſeu qvod Ieſus in templo cum Sacerdotibus ſacra fecerit. Et hæc verba a Iudæis ex Ioſepho expuncta putat Huetius, [5.] ego vero hæc verba Iolepho potius afficta exiſtimaverim, qvod eadem facilitate me probaturum confido, qvam qvod hic locus a Iudæis eraſus fuerit. Aliud fragmentum Ioſephi ab Euſtathio Antiocheno ſervatum cenſet Iſaacus Voſſius [6.] qvod ita ſe habet: ἀπέθανε δ' [ſermo eſt de Harane Abrahami fratre] ἐν τῷ ἐμπυρισμῷ, ᾧ ἐνεπύρισεν Ἀβραὰμ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἐν τῷ εἰσελθεῖν ἐξελέσθαι αὐτά [7.] Leo Allatius, qvi Euſtathii Antiocheni commentarium in Hexaemeron, ex qvo hæc verba deprompta ſunt, publici juris fecit, Latine ita reddidit: decesſit [Haran] in incendio, qvo Abraham idola Patris ſui conflagravit, [rectius incendit, vel conflagrare fecit] dum illis ut ſubveniret domum eſt ingreſſus. Eqvidem Euſtathius in iſto loco Ioſephi mentionem non facit. Non dubitat tamen Voſſius, qvin hæc verba Euſtathius ex Ioſepho deprompſerit, cum Georgius Syncellus eandem hiſtoriam

(4.) Tom. I. voce Ἰησοῦς p. 1231. (5.) demonſtrat. evangel. p. 27. (6.) de 70. Interpret. c. 12.
(7.) Euſtath. in comment. ad Hexaemeron. p. 57.

referens Ioſephum teſtem appellaverit. Et prius qvidem verum eſt. Syncellus enim in chronographia ſua [8.] itidem refert, Haranum, cum Abraham° idolis ignem injeciſſet, ea flammis eripere conatum, incendio extinctum. Verum an Ioſephum ejus rei teſtem citaverit, haud immerito dubitari poteſt. Id enim tantum Syncellus ex Ioſepho ſe mutuari ſcribit, qvod Abrahamus omni ſtudio anniſus fuerit, ut Patrem ſuum a fingendis & colendis idolis averteret. Nihilominus tamen Voſſii ſententia ex eo probabilis videtur, qvod verba qvæ apud Euſtathium de ſepulchro Harani ejusqve liberis proxime præcedunt, eadem ferme ſint, qvæ apud Joſephum in Antiqvitatibus leguntur, (9.) ex qvo colligere licet, Euſtathium ea qvoqve, qvæ de Harani combuſtione narrat, e Joſepho hauſiſſe, qvamvis nec Euſtathius Joſephum nominet, neqve verba illa apud Joſephum hodie legantur. Idem Voſſius (10.) aliud Joſephi fragmentum, qvod in ejus operibus hodie deſideratur, ex Græcorum Patrum catenis adducit, nempe tale: ἄτοπον εἶναι λογισάμενον μεθύοντα λαὸν καὶ θρησκεύοντα νομοθεσίαν Θεοῦ δέχεσθαι. Et forte plura hujusmodi inveniet, cui Græcorum Patrum catenas pervolvere vacabit.

Joſephi de Chriſto teſtimonium.

Mirabitur vero forte qvispiam, qvis Joſepho inter Græcos Patres locus, & ipſe Joſephus mirari poſſit, qvod Se qvoqve Principibus permiſtum agnoſcat Achivis. Sunt enim variæ Græcorum Patrum catenæ, in qvibus Joſephi nomen Græcis Patribus intermiſtum legitur, qvales ſunt catenæ in Geneſin & Lucam, qvas Lambecius in ſuis de Vindobonenſi Bibliotheca commentariis recenſet, (11.) ut alias ſive manuſcriptas ſive editas omittam. Sed qvid mirum, in catenis Patrum legi, qvem in Catalogo ſuo inter eccleſiaſticos ſcriptores retulit Hieronymus, & cujus aliqvam partem Sebaſtianus Caſtalion ipſis Bibliis adjunxit? Enimvero argumentum, qvod Joſephus in ſuis antiqvitatibus tractavit, hanc gratiam apud Chriſtianos facile conciliare ipſi potuit. Acceſſit honorificum de Chriſto teſtimonium,

(8.) pag. 75. & iterum p. 98. (9.) libr. 1. c. 7. (10.) de 70. Interpret. p. 46. (11.) tom. 3. cod. 4. & 42.

monium, qvod in ejus Antiqvitatibus legitur (12.) qvam qvam adhuc ſub judice lis eſt, ſitne illud Ioſephi de Chriſto teſtimonium genuinum, an Ioſepho pia fraude ſuppoſitum, vel ſaltem interpolatum. Ruperti, Snellii, Reineſii, Majoris, Menaſſis, Gronovii, Blondelli, Wheloci, Lanſii, Urſini, Wagenſeilii, Bœcleri, Bangii, Fabri, & ſuas ipſius de hoc argumento epiſtolas collegit, & ſimul varia Veterum & Recentiorum de hoc teſtimonio judicia ex eorum ſcriptis excerpſit & Norimbergæ anno MDCLXI. ſub titulo teſtimonii Flaviani vulgavit Chriſtophorus Arnoldus. Præterea peculiaribus diſſertationibus hoc argumentum ventilarunt Boſius, Spanhemius, & Franciſcus de Roye. De eodem ſatis prolixe agunt Huetius (13.) Lambecius (14.) Natalis Alexander, (15.) Iſaacus Voſſius (16.) & alii. Et fatendum qvidem eſt hoc Ioſephi teſtimonium non ſolum in editis & ſcriptis Ioſephi codicibus conſtanter legi, verum etiam ab Euſebio tam in hiſtoria eccleſiaſtica qvam in demonſtratione evangelica Ioſepho tribui. [17.] Poſt Euſebium ejusdem teſtimonii, fidem confirmant e Græcis Iſidorus Peluſiota [18.] Sozomenus [19.] Sophronius, qvi Hieronymi catalogum Græco ſtylo reddidit, [20.] Cedrenus, [21.] Suidas, [22.] Zonaras, [23.] Glycas, [24.] Nicephorus, [25.] e Latinis Hegeſippus, [26.] Hieronymus, [27.] ut Rufinum Euſebii interpretem, & plures ſeqventium ſeculorum ſcriptores, qvorum ſuffragia ad rerum ſummam parum conferunt, ſilentio prætermittam. At, ſi vere iſta Ioſephus ſcripſit, mirari ſatis neqveo, qvod antiqvi eccleſiæ Doctores, qvi ex inſtituto Iudæos impugnarunt, telo hoc contra Iudæos uſi non fuerint. Non incognita erant Ioſephi ſcripta Iuſtino Martyri, qvippe qvi in paræneſi ad Græcos Ioſephi Antiqvitates egregie commendat. [28.] Qvid ergo

(12.) libr. 18. antiqvit. c. 4. p. 628. (13.) demonſtrat. Evangel. p. 27. (14.) tom. VIII. bibliothec. Vindobon. p. 5. & ſeqv. (15.) hiſtor. eccl. Vet. Teſtam. tom. 6. diſſert. 10. (16.) de 70. Interpr. p. 161. (17.) H. E. lib. 1. c. 11. demonſtrat. lib. 3. c. 5. (18.) libr. 4. epiſt. 225. (19.) libr. 1. c. 1. (20.) tom. 1. Hieronym. edit. Baſil. fol. 123. & 124. (21.) Compend. hiſtor. tom. 1. p. 196. (22.) lexic. tom. 1. p. 1265. (23.) libr. 3. annal. c. 4. tom. 1. edit. ultim. p. 267. (24.) annal. part. 3. p. 234. (25.) libr. 4. c. 39. (26.) libr. 2. de excid. Hieroſol. c. 12. (27.) Catalog. c. 13. (28.) p. 10.

go oportunius fuiſſet, qvam Tryphoni Iudæo Ioſephum opponere, ſi Juſtini ævo illud de Chriſto teſtimonium in Joſephi Antiqvitatibus lectum fuiſſet? Tertullianus qvoqve, qvi Joſephum Antiqvitatum Judaicarum vernaculum vindicem appellat, (29.) etſi peculiari opere contra Judæos diſputet, Joſephi tamen de Chriſto teſtimonium omittit, qvod ſane fieri vix potuiſſet, ſi Tertulliani ætate cognitum fuiſſet. Chryſoſtomus in orationibus adverſus Judæos (30.) Joſephum μάρτυρα μάλιστα ἀξιόπιστον appellat, & quid de Daniele ſcripſerit, allegat. Qvi fieri potuit, ut non etiam, qvæ de Chriſto Joſephus ſcripſit, allegaret? Mitto jam alios, qui contra Judæos ſcripſerunt, & ad Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum venio. Is duabus vicibus in ſua bibliotheca de Joſephi antiqvitatibus agit, ſemel codice ſeptuageſimo ſexto, & iterum codice ducenteſimo trigeſimo octavo. Sed neutrobi ἀξιομνημόνευτον illud de Chriſto teſtimonium excerpit. Equidem Aubertus Miræus in notis ad Hieronymi catalogum Scriptorum eccleſiaſticorum (31.) periocham illam de Chriſto, qvæ apud Joſephum extat, a Photio memorari ſcribit. Verum memoria hic eum fefellit. Seductus tamen, ut puto, a Miræo Lambecius in epiſtola ad Principem Auguſtum inter eos, qui Joſephi de Chriſto teſtimonium pro genuino agnoverunt, etiam Photium numerat. (32.) De qvo errore forte monitus, tantum abeſt, ut eum retractaverit, ut potius in commentariis ad bibliothecam Vindobonenſem (33.) probare conetur, Photium ſaltem obſcuram hujus teſtimonii mentionem feciſſe. Sic enim procedit: Photius in recenſione operis alicujus, qvod περὶ παντὸς ſeu de univerſo inſcriptum fuit, monet, (34.) opus illud a nonnullis Joſepho attributum, ſed rectius Cajo ſeu Gajo Romanæ eccleſiæ Presbytero tribuendum eſſe, cum in eo opere Salvator noſter Chriſtus appelletur, & inenarrabilis ejus e Patre generatio accurate deſcribatur. Cum autem poſtea in recenſendis Joſephi antiquitatibus, Jeſum a Joſepho Chriſtum appel-

(29.) in apologet. c. 19. (30.) orat. 3. adv. Judæos p. 114. edit. Hæſchel. (31.) cap. 13. p. 7. (32.) pag. 4. (33.) tom. 8. pag. 14. (34.) codix. 48.

appellari animadverteret, ne ſibi contradicere cogeretur, totam Ioſephi periocham excerpere noluit, ſed tantum paſſionis Chriſti mentionem fecit his verbis: κατὰ τοῦτον καὶ τὸ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ἐγεγόνει ΠΑΘΟΣ, ſub hoc [nempe Herode, Tetrarcha Galilææ & Perææ] etiam Salvatoris contigit paſſio. Qvibus verbis ad Ioſephi periocham de Chriſto alludiſtatuit, cum Ioſephus paſſionis Dominicæ nullibi niſi in decantatiſſimo illo teſtimonio meminerit. Verum Lambecius magno conatu magnas nugas agit. Verba enim illa de Domini paſſione Photii ſunt, non Ioſephi, ſiqvidem Photius ea, qvæ ex Ioſepho excerpit, ſuis diſcurſibus illuſtrat, & occaſione Herodis Tetrarchæ obiter addit, qvod Chriſtus ſub iſto Herode paſſus fuerit, quorſum etiam ſpectant, qvæ occaſione Herodis Magni de Chriſti Nativitate, & infanticidio Bethlehemitico, & occaſione Agrippæ de Iacobi majoris ſupplicio & Petri captivitate diſſerit, qvæ ſane Photius ex Ioſepho non excerpſit. Certum igitur eſt, altum eſſe de Periocha Ioſephi, quæ Chriſti vitam breviter exponit, in Photii bibliotheca ſilentium, ſive in Photiano exemplari plane defuerit, ſive eam pro adulterina habuerit. Sane librum περὶ παντὸς etiam hanc ob cauſam Ioſepho abjudicat, qvod Ieſus in eo Chriſtus appelletur. Atqvi in teſtimonio, qvo Joſephus Chriſtum prædicaſſe perhibetur, expreſſe legitur: ὁ χειστὸς οὗτος ἦν. Accedit quod Photius in codice 33. ubi de Juſto Tiberienſi agit, hoc commune Judæorum vitium eſſe ſcribit, qvod de Chriſti adventu & miraculis ſileant: Si igitur Photius in Joſepho tam illuſtre Chriſti elogium, qvale hodie legitur, inveniſſet, & pro genuino habuiſſet, dubio procul illud tanqvam aliquid ſingulare, & a communi Judæorum more prorſus alienum obſervaſſet. Ne qvis autem Euſebium ut antiqviorem Photio præferendum exiſtimet, ſuppetiari Photio poteſt Origenes Euſebio antiquior. Is enim clare teſtatur, qvod Joſephus Jeſum pro Chriſto non habuerit. (35.) Si Jeſum pro Chriſto non habuit Joſephus, qvomodo in Antiqvitatibus dicere de Jeſu potuit: χειστὸς ὅ-

τος

(35.) libr. 1. contr. Celſ. & in Matth. p. 223.

τος ἦν. Excipit Vossius, (36.) Origenis verba ita explicari posse, qvod Josephus qvidem crediderit, Jesum fuisse Christum seu Messiam, sed hominem tamen, aut excellentioris naturæ, qvam sit humana, non divinæ. Et hanc sententiam Apostolorum ævo apud Ebionitas & Nazaræos viguisse, qvin etiam Christo etiamnum in terris versante apud multos obtinuisse tradit. Verum Origenes expresse negat, qvod Josephus Jesum pro Messia agnoverit, & ex ipso Josepho constat, qvod Prophetarum de Messia oracula in Vespasiano impleta professus fuerit. Porro si qvis objiciat, Josephum de Præcursore Christi Johanne Baptista, & de discipulo Christi Jacobo nonnulla protulisse, ideoqve boni Historici partes implere non potuisse, si de Christo ipso plane siluerit: libenter concedam, Josephum de Christo non plane siluisse, qvin & hoc concedam, qvod Josephus de Iesu verba faciens a laudibus ejus non abstinuerit. Neqve enim ex inveterato Iudæorum, qvi hodie vivunt, erga Christum odio de illorum moribus judicandum est, qvibus miracula per Apostolos in Christi nomine qvotidie facta sacrum qvendam horrorem incusserunt. Et qvamvis probari non possit, Josephum in aula Vespasiani ex conversatione cum T. Flavio Clemente, qvi postea sub Domitiano ob fidem Christianam interfectus est, & cum Flavia Domitilla ob eandem causam in exilium missa, bonam de Cristo opinionem imbibisse, qvæ Ruperti (37.) conjectura fuit, aut qvod Banus Josephi Præceptor Essenorum sectæ addictus Iohannis Baptistæ sectator fuerit, adeoque de Christo inique sentire non potuerit, ut Vossius arbitratur, qui & ipsum Iohannem Baptistam Essenum fuisse ex cibi & vestitus simplicitate, baptismo, & reliquarum sectarum Iudaicarum odio colligit: (38.) ex iis tamen, quæ de Iohanne Baptista & Iacobo Josephus retulit, satis, ut opinor, probari potest, falsam esse illorum sententiam, qui Josephum de Christo contumeliose in suis Antiqvitatibus locutum, & istarum blasphemiarum vice a Christiano qvo-

(36.) de 70. Interpret. p. 164. (37.) epistol. ad Snell. (38.) de 70. Interpret. c. 17. p. 168.

qvopiam insigne hoc Christi elogium substitutum statuunt. Certum qvidem est Pharisæos, quorum placitis se addictum Josephus in vita sua profitetur, plerosqve magno Christi odio flagrasse, at fuerunt etiam inter Pharisæos ab immani illo adversus Christum odio alieni, neqve sic Pharisæis addictus fuit Josephus, ut non subinde eorum mores & facta perstrinxerit. Qvocirca nihil obstat, qvo minus Josephum honorifico aliqvo præconio Christi nomen condecorasse dicamus. Tale tamen illud fuisse minime dubito, qvale decebat hominem Judæum, & qvi τὸ χρηστιανὸν κήρυγμα Theodoreto (39.) teste non amplecteretur. At qvæ hodie apud Josephum de Christo leguntur, ita comparata sunt, ut Christiano magis homini qvam Judæo conveniant, unde & Sozomenus (40.) ex illis concludebat, Josephum isto scribentem propemodum clamare, Christum Deum esse. Videns hanc difficultatem Lambecius (41.) in defendenda hac Josephi periocha longe alia via incedit, qvam cæteri qvi hoc Josephi testimonium ut genuinum tuentur. Omnia enim Josephi verba in siniſtram partem interpretatur, qvasi non ad Christi elogium, sed potius ad ejusdem vituperium & contemtum spectarent, etsi a Josepho, ut neqve Judæos neqve Christianos neqve Gentiles offenderet, ambiguis phrasibus concepta fuerint. Imprimis autem ea via Josephum solerter usum dicit, ut nihil suis verbis de Christo scribat, sed tantum propriam Christianorum traditionem ex trium Evangelistarum scriptis (Johannes enim Evangelium suum nondum ediderat) & Actis Apostolicis hausta m referat, sed ita tamen, ut phrases, qvas adhibet, ad irrisionem Christianæ fidei torqveri possint. Cum ergo Josephus Jesum Virum sapientem dicit, respicere putat Lambecius Josephum ad loca Math. XIII. 54. & Marc. VI, 2. & tamen ambiguo sensu Christum σοφὸν ἄνδρα appellare, cum vox sapientiæ nonnunqvam etiam in malam partem usurpetur. Deinde cum Io-

e sephus

(39.) Commentar. in Danielem Tom. II. Opp. p. 697. (40.) libr. 1. c. 1. (41.) tom. 8. Bibl. Vindob. p. 22.

ſephus titulum Viri ſapientis ita reſtringit, aut corrigit, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, ſi modo Virum eum appellare oportet, Lambecius non eam Joſephi mentem fuiſſe putat, qvaſi Chriſtus Deus potius qvam Vir vel Homo dicendus fuerit, qva ratione Apollo Pythius apud Herodotum per oraculi vocem Lycurgum compellavit: (42.)

Δίζω ἦ σε Θεὸν μαντεύομαι, ἠὲ καὶ ἄνδρα
Ἀλλ' ἔπι καὶ μᾶλλον Θεὸν ἔλπομαι ὦ Λυκόεργε:

qvem ſenſum a Joſephi mente alienum fuiſſe putat, cum Chriſtum ne Prophetam qvidem nedum Deum aut Dei Filium eſſe exiſtimaverit. Qvamobrem ſenſum Joſephi hunc potius fuiſſe exiſtimat: fuit hoc eodem tempore Jeſus ſapiens Vir, ſi modo Virum eum appellare oportet, & non potius phantaſma ſive ſpectrum, ſiqvidem ab ipſis diſcipulis ſuis propter φάσεις naturalem humanæ potentiæ modum excedentes pro tali fuit habitus. Cujus interpretationis rationem confirmat ex Matth. XIV, 26. Marc. VI, 49. Luc. XXIV, 37. Seqventia apud Joſephum verba: ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, erat enim mirabilium operum patrator, alludere putat ad verba populi apud Lucam c. V. v. 26. dicentis: εἴδομεν παράδοξα σήμερον. Veretur autem Lambecius, ne hic etiam angvis in herba lateat, & Joſephus forte per ἔργα παράδοξα ἔργα ἄπιστα ſeu incredibilia intellexerit. Porro cum Joſephus Chriſtum fuiſſe dicit διδάσκαλον ἀνθρώπων τῶν σὺν ἡδονῇ τ' ἀληθῆ δεχομένων ſeu Doctorem hominum cum voluptate vera ſuſcipientium, his verbis Chriſtum a Joſepho perſtringi cenſet ut Magiſtrum piſcatorum, publicanorum, muliercularum aliorumqve rudium hominum qvævis paradoxa dogmata ſimplici credulitate ſuſcipientium, & cum voluptate tanqvam vera amplectentium. Pro qva interpretatione illuſtranda Ciceronem adducit (43.) qvi aſſerit, fictas qvoqve fabulas, e qvibus utilitas nulla dari poteſt, cum voluptate legi. Seqvitur apud Joſephum:

(42.) libr. 1. c. 66. (43.) libr. 5. de finib.

phum: Καὶ πολλὺς Ἰουδαίους πολλοὺς δ' καὶ ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο, qvæ verba Lambecius ſic interpretatur: & multos qvidem Judæos multos autem & gentiles ſeqvaces nactus eſt, nempe Judæos, ut τῇ διαφορᾷ τοῦ κηρύγματος adjungit, per prædicationem Evangelii, Gentiles autem, qvorum nomine hic etiam Samaritani comprehenduntur, partim ſola curioſitate propter famam miraculorum, partim & neceſſitate propter indigentiam auxilii ultro ſe offerentes. Qvod autem Joſephus addit: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν CHRISTUS HIC ERAT, a Lambecio ſic explicatur, qvaſi ſenſus Joſephi fuerit, hunc Jeſum ad aliorum, qvi nomen Jeſu tanqvam apud Judæos admodum vulgare eodem tempore obtinebant, differentiam Chriſtum vulgo cognominatum fuiſſe, qvoniam a diſcipulis & ſectatoribus ſuis promiſſus Judæis Meſſias falſo credebatur. Proxima Joſephi verba ita ſe habent: καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτιμήσαντος Πιλάτου οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, eumqve accuſatum a primariis Viris noſtris, cum cruci addixiſſet Pilatus, non tamen ceſſerunt, qvi ab initio eum audiverunt. Hic Lambecius Joſephum reſpicere putat partim ad qverelam duorum diſcipulorum Chriſti, qvi in itinere verſus Emmauntem Chriſtum a ſummis Sacerdotibus & Principibus populi ad ſupplicium crucis damnatum triſtes referebant, partim ad Apoſtolos & reliqvos diſcipulos in monte oliveti Chriſtum a mortuis excitatum interrogantes, an hoc tempore regnum Iſraëlis reparaturus, & ſolium Davidis recuperaturus eſſet? Cum autem Joſephus ait: οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, idem exprimi putat, qvod in Actis Apoſtolorum legitur c. V, 40. πᾶσαν ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Etſi autem verba Joſephi bene ſe habeant, peſſimos tamen ſenſus in illis latere ſuſpicatur. Putat enim Joſephum ſalutiferæ Chriſti crucifixioni inſultare

voluisse, qvasi ea Personæ ac titulo Messiæ, qvi collapsum Israëlis regnum restituere debuisset, minime convenerit, simul & discipulos Christi deridere voluisse, qvod, licet Christum a Pilato crucifixum viderint, nihilominus tamen post mortem tam ignominiosam eum ut Messiam venerari non cessaverint. Observat etiam Josephum aperte hic Judæum se profiteri, cum eos, qvi Christum apud Pilatum accusarunt τὰς πρώτας παρ' ἡμῖν appellat, & simul callide anniti, ut præcipuam crucifixionis invidiam a Judæis amovens in Pilatum & Romanos transferat. Pergit Josephus: ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μύρια περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων, apparuit enim iis tertia die iterum vivus, prout divini Prophetæ & hæc & alia multa de ipso miranda prædixerant. Hæc verba Lambecius deprompta a Josepho esse putat ex Marc. XVI, 9. Luc. XXIV, 25. 26. 27. & aliis dictis Evangelicis & Apostolicis, in qvibus Christi resurrectio, & resurgentis apparitiones referuntur, ejusqve gesta Prophetarum oraculorum collatione confirmantur. Minime tamen Josephi verba ita accipienda esse notat, qvasi ipse vel Christi resurrectionem veram esse vel oracula Prophetarum ad eundem pertinuisse crediderit, cum potius hæc tantum ex Christianorum sententia retulerit, iisqve traditionis suæ probandæ onus reliqverit, lectoribus autem suis in utramqve partem judicandi libertatem concesserit. Idqve ex eo confirmat, qvod Josephus non simpliciter dicat: ἐφάνη πάλιν ζῶν sed ἐφάνη αὐτοῖς, qvasi dixerit: illi vivum apparuisse dicunt, fides sit penes Autores. Tandem Josephus & hoc addit: εἰς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον & nunc etiam Christianorum ab hoc denominatorū non defecit genus. His verbis Lambecius Josephum non modo se Christianorum numero eximere ait, sed etiam mirari, qvod eo tempore, qvo hæc scripsit,

ſcripſit, ullus adhuc Chriſtianorum ſuperfuerit, cum præſertim perſecutio, qvam ſub Nerone Chriſtiani paſſi ſunt, tam gravis fuerit, ut totum Chriſtianorum genus ea extingvi poſſe videretur. Hæc paulo prolixius ex Lambecio excerpere haud gravatus ſum, cum iſti de bibliotheca Vindobonenſi commentarii in paucorum manibus verſentur, & ab aliis, qvi de hac Joſephi periocha ſcripſerunt, hactenus nondum, qvod ſciam, ad examen revocata fuerint. Videntur autem mihi Lambecii interpretationes nimis longe petitæ, & tam coactæ, ut longe ſatius videatur, locum hunc Joſephi ut ſpurium plane rejicere, vel ſaltem interpolatum agnoſcere, qvam hoc modo ut genuinum defendere. Qvis enim temere præſumat, Joſephum, cum Jeſum ſapientem Virum appellat, hoc titulo in ſiniſtram partem uti? Chriſtum ſemel iterumqve a diſcipulis pro ſpectro habitum fuiſſe verum eſt, ſed qvod Joſepho hæc in mentem venerint, cum ſcriberet, ἄγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, perſuadere mihi non poſſum. Et qvalis foret hæc conſeqventia, Chriſtus non tam homo qvam φάντασμα potius ſeu ſpectrum fuit. Multa enim miracula patravit? Rectius hæc Joſephi verba Huetius interpretatur, cum illa παρὰ χρῆμα & oratorio more a Joſepho dicta aſſerit, ut prodigiorum a Jeſu patratorum & beneficiorum in homines collatorum magnitudinem extolleret, ac ſi dixiſſet: tanta Chriſtus geſſit, ut Deo qvam hominibus propior videretur. Cujus explicationis illuſtrandæ gratia Matthiæ Corvini Pannoniæ Regis epitaphium adducit:

Corvini brevis hæc urna eſt, qvem magna fatentur
Facta fuiſſe Deum, fata fuiſſe hominem.

Notamus vero & hoc, in manuſcriptis exemplaribus antiqvæ verſionis, qvæ Rufino tribuitur, verba hæc: ἄγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή plane non reddi, unde non injuria aliqvis ſuſpicari poſſit, verba illa ab aliena manu acceſſiſſe. Sane in codice ante 8. ſecula exarato, qvi penes Voſſium fuit, verba hæc latine expreſſa non erant, ut ipſe atteſtatur. Porro longe aliud eſt libenter vera ſuſcipere, qvod Chriſti diſcipulis

Josephus tribuit, aliud fabulas & qvævis absurda cum voluptate amplecti, qvæ Lambecii explicatio est. Cum autem Josephus ait: ὁ χριστὸς ἔστιν ἦν, certum est, qvod Christi nomine Jesum Nazarenum non solum a Jesu Damnei Filio, vel a Jesu Gamalielis Filio & aliis qvi isto tempore hoc nomine gaudebant distinguere voluerit, sed Christi etiam nomine Messiam intelligat. Et cum Josephus quippe Judæus Jesum pro Messia agnoscere non potuerit, non possunt ejus verba aliter interpretari, qvi hoc de Christo testimonium revera a Josepho scriptum contendunt, qvam qvod hæc verba ellipsi vocis λεγόμενον laborent. At Josephus tali ellipsi uti non solebat. Nam Jacobum vocat fratrem Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ (44.) qvemadmodum & Pilatus ad Iudæos dicebat: τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; (45.) Malim igitur cum Montacutio (46.) statuere, verba ista ὁ Χριστὸς ἔστιν ἦν glossema qvoddam esse & marginalem Christiani cujuspiam lectoris annotationem, Josephi textui postea a librariis insertam. Unde & a Cedreno hoc Josephi testimonium allegante omissa videas. Aut si Christi mentionem Josephus fecit, fortasse his verbis usus est: ὁ Χριστὸς ἔστιν εἶναι ἐπιστεύετο. Sic enim Hieronymus videtur legisse, qvi Josephi verba ita exprimit: credebatur esse Christus. Præterea qvoqve non probabile videtur, qvod Josephus crucifixioni Christi insultare, aut Apostolorum fidem in crucifixum irridere voluerit. Qvomodo enim crucifixioni Christi insultare potuit, qvi statim addit eum a mortuis tertia die resurrexisse, qvemadmodum hæc & plura alia Prophetæ prædixerant. Qvæ verba ita sane a Josepho concepta sunt, ut non ex aliena, sed ex sua sententia loqvi videatur. Qvamobrem hæc etiam verba vel Josepho afficta, vel interpolata arbitramur. Postremo & hoc addit Lambecius, qvod Josephus historiam de Paulina qvam Decius Mundus Anubidis personam simulans in templo Isidis stupravit, testimonio suo de Christo non ali-

am

(44.) lib. 20. c. 8. (45.) Matth. XXVII, 17. (46.) in var. lect. ad Euseb. demonstrat. evangel. pag. 2.

am ob causam subjungat, qvam ut Christianorum fidem de Christi conceptione & nativitate tacite suggillaret. Et tamen hoc testimonium Iosephi de Christo summo jure in Iosephi operibus pro pretiosissima & vix æstimabili gemma haberi cupit, cum per illud Sacrorum Bibliorum Novi Testamenti veritas etiam hostili attestatione confirmetur. Si igitur Lambecius hoc Iosephi testimonium tanti æstimat, qvi tamen ex maligno animo & cum maximo Christianæ religionis ludibrio hæc a Iosepho dicta statuit, qvanti hoc testimonium æstimabunt, qvi insigne elogium his Iosephi verbis contineri, & Iosephum vel in confinio Christianæ lucis positum, vel ad confessionem veritatis singulari Dei virtute compulsum asserunt? Sane Abrahamus Whelocus in epistola ad Arnoldum [47.] totum potius Iosephum e medio & penitus emundo tollendum existimat, qvam ut illam nobilissimam de Christo periocham a Christiana ecclesia tolli patiamur.

Scriptorum Josephi utilitas & autovilas.

Verum cum illam Iosephi periocham adulterinam vel saltem interpolatam esse non levia prodant indicia, & neqve Christiani, qvorum fides certioribus fundamentis innititur, magnopere illo egeant, neqve Iudæi ejus autoritate moveantur, leve damnum erit, si gemma illa adulterina careamus. At Iosepho non æqve carere possumus. Nam non solum libros Veteris Testamenti, historicos egregie illustrat, sed etiam historiam ecclesiasticam Veteris testamenti, qvæ in Sacro Codice integra non extat, continuat, qvo nomine qvantum Josepho debeamus res ipsa clamat, cum e solo pæne Josepho historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti qvoad ultimus ejus periodos haurire liceat. Et vel hoc unum pro Josephi commendatione sufficit, etsi longe plura, qvæ nobilissimo huic Scriptori insigne precium conciliant, afferre possem, nisi soli lumen inferre intempestivum foret. Pessime qvidem Historicum optime de posteritate meritum excepit Jacobus Salianus in annalibus ecclesiasticis Veteris

(47.) Conferatur testim. Flavian. p. 422.

Teſtamenti, cum per omnes iſtorum annalium tomos Ioſephi reprehenſio utramqve paginam faciat. Præiverat Saliano Baronius in annalibus eccleſiaſticis novi Teſtamenti, qvippe qvi nullam Joſephi carpendi occaſionem prætermittit. Neqve benignior erga Joſephum eſt Leonis Allatii affectus. Cum enim Scaliger in prolegomenis librorum de emendatione temporum Joſephum diligentiſſimum & φιλαληθέστατον Scriptorem nominaſſet, & poſtea ſubjunxiſſet: audacter dicimus, non ſolum in rebus Judaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, qvam omnib9 Græcis & Latinis, veriſſime qvidem id a Scaligero dictum cenſet Allatius, (48.) ſed eo tantum reſpectu, qvatenus id audacter ſe dicere pronunciat, cum extremæ audaciæ ſit, hominem denſiſſimis errorum tenebris involutum omnibus Græcis & Latinis Scriptoribus anteferre. Nolo alios recenſere, qvi Joſephum tanqvam Scriptorem futilem & nullius precii traducunt. At nec defuerunt, qvi Sanctorum Patrum veſtigiis inſiſtentes Joſephum fide dignum judicarunt, & maximum veritatis ſtudium in ejus operibus commendarunt. E qvibus Caſaubonus (49.) arbitratur, omnes Joſephi hallucinationes & ἀβλεψίας, ſi in unam ſummam contrahantur, vix centeſimam partem culparum ab Euſebio in chronicis aliisqve ſcriptis commiſſarum æqvaturas eſſe. Et, ut alios Joſephi vindices nunc omittam, nuperrime etiam Antonius Pagi Ord. Min. Convent. S. Franciſci paſſim (50.) Joſephum ab erroribus, qvorum a Baronio poſtulatus fuerat, abſolvit. Inter alia dicit, Joſephum cujus magna fides & eruditio in iis, qvæ narrat, eluceſcit, juſto inclementius a Baronio tractari, ejusqve diligentiam in notatione temporum ſpectatiſſimam in iis qvæ ſine ipſo Euſebius ignoraſſet, ex Euſebio corrigi non poſſe. Fatemur tamen, Joſephum ut hominem, & Judæum inſuper, multis erroribus obnoxium fuiſſe. Unum atqve alterum tantum notabimus. Libro 12. anti-

Joſephi errores & nævi.

(48.) not. ad Euſtath. p. 11. (49.) exercit. 12. ad Baron. p. 170. (50.) Conf. ejus Criticam ad annal. Baron. in apparat. n. 134. & 135. it. ad A. C. 14. n. 3.

antiqvitatum c. 13. Polybium reprehendit, qvod Antiochium Epiphanem ob ſacrilegii conatum periiſſe dicat, cum ſacrilegium voluiſſe non videatur res digna ſupplicio, niſi voluntas iſta perficiatur. Qvam ſententiam ne qvidem in ſoli foro ſimpliciter tolerari poſſe Rainoldus (51.) animadvertit. Qvamvis enim ob peccata cogitationis neminem pœnam pati Ulpianus pronuntiet, conatus tamen alicujus ſceleris etiam humano judicio vindicatur. Qvanto minus ergo conatus ſacrilegii coram divino tribunali impunis erit? unde hac in parte etiam gentiles qvosdam plus vidiſſe qvam Joſephum, & alios Judæos Chriſto coævos, Ludovicus Ferrandus (52.) obſervavit. Nimirum Joſephus, ut Cunæi judicium repetamus (53.) Autor omni laude dignus, & cui poſt ſacrorum voluminum Scriptores prima eſſe debet fides, etſi gravitate ſuper cunctos Judæos eminet, tamen haud ubiqve a deliramentis abhorret popularium ſuorum. Adducit Cunæus ejus rei ſpecimen ex hiſtoria Caini, in qvo Joſephus agriculturæ ſtudium, tanqvam ex lucri odore profectum & cum magna terræ injuria conjunctum damnat, unde etiam ejus muneribus per ſacrificium oblatis Deum delectari non potuiſſe ſcribit, cum non ſponte nata ſed labore hominis avari veluti pervim producta fuerint. In qva ſententia Joſephum rationem fugiſſe etiam Bœclerus notavit, (54.) qvi præterea Joſephum in hiſtoria creationis & lapſus ſæpius impegiſſe & Moſis verba ob πάλυμα ἰουδαϊκὸν oculis incumbens minus intellecta ad ſeqviores interpretationes deflexiſſe demonſtravit. Porro ad errores Joſephi referenda ſunt, qvæ de arte Dæmones virtute radicis annulo incluſæ per nares extrahendi, & ab obſeſſis profligandi tanqvam ſingulari ſapientiſſimi Regis Salomonis in vento libr. 8. Antiqvit. c. 2. retulit. Radicem autem illam dum alibi deſcribit, (55.) aliam etiam errorem addit, cum ait, Dæmonia eſſe hominum impiorum ſpiritus, qvos vivis immergi, & eos, qvibus ſubventum non fuerit, necare tradit. Qvam opinionem ex Magorum diſciplina hauſtam eſſe

(51.) de apocryph. tom. 2. p. 618. (52.) in Pſalm libr. p. 334. (53.) libr. 3. de Rep. Hebr. p. 373. 374. (54.) exercit. in Fl. Joſeph. (55.) lib. 7. de bell. Judaic. c. 23. vel 25. p. 981.

esse Tertullianus (56.) indicat. Qvamobrem hic Iosepho non magis credendum est, qvam illi Dæmoni puerum sedecim annorum vexanti, qvi Philostrato referente (57.) interrogatus qvis esset, respondebat se esse εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, seu idolum viri jamdudum in bello interfecti, qvi uxorem suam vehementer amaverit, sed qvia uxor conjugii jure violato triduo post ejus mortem alteri nupserit, summum erga mulieres odium conceperit, & amorem suum ad hunc puerum translulerit. Non probandum qvoqve in Iosepho, qvod, cum historiam transitus Israelitarum per mare Erythræum describit, miraculum divinæ potentiæ haud parum extenuet, dum ait, [58.] se hæc recensuisse, ut in sacris codicibus invenerit, & cuilibet liberam sentiendi facultatem permittere, num Dei Voluntate via per mare Israëlitis patuerit, an naturæ sponte, qvemadmodum & Alexandri M. ductu Macedonibus mare Pamphylium cesserit, & aliam viam non habentibus iter illac aperuerit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti vellet. At qvid cum Mose commune habuit Alexander, qvem Strabo libro 14. Pamphyliæ littus observato æstu, & militibus umbilico tenus immissis obliqve legisse & superasse tradit? Qvemadmodum igitur Plutarchus (59.) Gentiles Historicos perstringit, qvod Alexandri iter per mare Pamphyliæ referentes miraculum excitent, qvasi divina aliqva sorte Alexandro mare cessisset, cum tamen ipse Alexander in epistolis suis nullum ejusmodi portentum jactaverit: ita & Iosephum reprehendere licebit, qvod admirandum Israelitarum per mare transitum cum Alexandri per mare Pamphyliæ itinere comparans, tanto plus vero miraculo detraxerit, qvanto magis fictum amplificavit. Observarunt, qvi in Iosephi lectione diligenter versati sunt, qvod etiam de aliis divinis miraculis subdubitanter & frigidius loqvatur, qvam Sacræ Scripturæ autoritas postulet. Historiam enim Ionæ a ceto devorati & post triduum redditi his verbis concludit,

διεξῆλ-

(56.) c. 57. de anima. (57.) libr. 3. de vit. Apollon. c. 12. (58.) l. 2. antiqvit. c. 7. (59.) in Alexand. p. 673.

ἐξῆλθον ὅ τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν, ὡς εἶχον ἀναγεγραμμένην, hæc de eo ſic retulimus ut invenimus in commentariis. (60.) Qvali epiphonemate etiam decimum Antiqvitatum librum concludit, dum ait, ſe hæc, ut invenerit, in literas retuliſſe, & cuilibet integrum relinqvere, ut diverſam, ſi velit, opinionem ſeqvatur. Enimvero nonnunqvam veritatis amorem in Joſepho nimium Gentilibus placendi ſtudium corrupit. Qvorſum & illud referendum, qvod libro 2. contra Apionem ſcribit, [61.] ſupremum Legislatorem aperte Iudæis interdixiſſe, ne Deos ab aliis cultos riderent aut blaſphemarent. Ubi autem Deus hanc legem ſanxit, ne qvisqvam illis malediceret, qvos aliarum gentium opinio Deos confinxit? Reſpexit forte ad legem, qvæ Deos execrari vetat. [62.] Verum iſtud edictum non ad Gentilium idola, ſed ad Magiſtratus Dei in terrâ Vicarios pertinet, ut jamolim Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum Apoſtatam oſtendit. [63.] Si vero Ioſephus ad legem de Diis Gentilium ore non memorandis aut nominandis, qvæ Exod. cap. 23. v. 13. legitur, reſpexit, ne ſic qvidem probare poterit, convicia in Deos Gentilium Divina lege prohibita fuiſſe, ut fuſe Seldenus (64.) demonſtravit. Neqve hic diſſimulanda eſt pudenda illa Joſephi adulatio, qva oracula de regno Meſſiæ ad Veſpaſianum applicuit. Cum enim in ſacris literis prædictum fuiſſet, iſtis circiter temporibus qvendam ex Judæorum finibus profectum orbem terrarum imperio potiturum, id in Veſpaſiano implendum dicere Joſephus non dubitavit. (65.) Et toto qvidem oriente vetus illa & conſtans fama percrebuerat, eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur, qvam de Imperatore Romano & imprimis de Veſpaſiano & Tito qvod interpretati fuerint Svetonius, (66.) & Tacitus, (67.) minus mirandum eſt, cum & ipſe Joſephus ſacro illo oraculo Veſpaſianum, qvi apud Judæam Imperator creatus eſt, deſignatum ſcripſerit, (68.) a reliqvis Judæis hic diſſentiens, qvi

(60.) lib. 9. Antiqvit. c. 11. (61.) p. 1077. (62.) Exod. XXII, 28. (63.) libr. 7. contr. Julian. (64.) de jur. nat. & gent. libr. 2. c. 13. (65.) Euſeb. libr. 3. c. 8. Zonar. libr. XI. annal. c. 16. (66.) in Veſpaſ. c. 4. (67.) libr. 5 hiſtor. (68.) libr. 7. de bell. Judaic. c. 12. vel 21. p. 961.

esse Tertullianus (56.) indicat. Qvamobrem hic Iosepho non magis credendum est, qvam illi Dæmoni puerum sedecim annorum vexanti, qvi Philostrato referente (57.) interrogatus qvis esset, respondebat se esse εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, seu idolum viri jamdudum in bello interfecti, qvi uxorem suam vehementer amaverit, sed qvia uxor conjugii jure violato triduo post ejus mortem alteri nupserit, summum erga mulieres odium conceperit, & amorem suum ad hunc puerum translulerit. Non probandum qvoqve in Iosepho, qvod, cum historiam transitus Israelitarum per mare Erythræum describit, miraculum divinæ potentiæ haud parum extenuet, dum ait, [58.] se hæc recensuisse, ut in sacris codicibus invenerit, & cuilibet liberam sentiendi facultatem permittere, num Dei Voluntate via per mare Israëlitis patuerit, an naturæ sponte, qvemadmodum & Alexandri M. ductu Macedonibus mare Pamphylium cesserit, & aliam viam non habentibus iter illac aperuerit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti vellet. At qvid cum Mose commune habuit Alexander, qvem Strabo libro 14. Pamphyliæ littus observato æstu, & militibus umbilico tenus immissis obliqve legisse & superasse tradit? Qvemadmodum igitur Plutarchus (59.) Gentiles Historicos perstringit, qvod Alexandri iter per mare Pamphyliæ referentes miraculum excitent, qvasi divina aliqva sorte Alexandro mare cessisset, cum tamen ipse Alexander in epistolis suis nullum ejus modi portentum jactaverit: ita & Iosephum reprehendere licebit, qvod admirandum Israelitarum per r transitum cum Alexandri per mare Pamphyliæ it comparans, tanto plus vero miraculo detraxerit, magis fictum amplificavit. Observarunt, qvi in Ic ctione diligenter versati sunt, qvod etiam de miraculis subdubitanter & frigidius loqvatur Scripturæ autoritas postulet. Historiam eni devorati & post triduum redditi his v

(56.) c. 57. de anima. (57.) libr. 3. de vit. Apollon. c. 12. (58.) l. 2. ar

διεξῆλθον ὅ τὴν αὐτὸς διήγησιν, ὡς ἔχω [illegible]

sic retulimus ut invenimus in [illegible]

(60.) Qvali epiphonemate etiam [illegible] librum concludit, dum ait, se haec, [illegible] retuliſſe, & cuilibet integrum [illegible] velit, opinionem ſeqvatur. [illegible] tatis amorem in Joſepho nimium [illegible] dium corrupit. Qvorſum & [illegible] 2. contra Apionem ſcribit, [illegible] aperte Judæis interdixiſſe, ne Deum [illegible] aut blaſphemarent. Ubi autem Deum [illegible] ne qvisqvam illis maledicere[illegible] nio Deos confinxit? Reſpe[illegible] execrari vetat. [62.] Verum [illegible] um idola, ſed ad Magiſtratus De[illegible] ut jamolim Cyrillus Alexan[illegible] ſtatam oſtendit. [63.] Si vero Jo[illegible] Gentilium ore non memora[illegible] od. cap. 23. v. 13. legitur, reſpe[illegible] terit, convicia in Deos Gen[illegible] iſſe, ut fuſe Seldenus (64.) de[illegible] mulanda eſt pudenda illa Joſephi[illegible] regno Meſſiæ ad Veſpaſianum app[illegible] criſ literis prædictum fuiſſet, iſ[illegible] dam ex Judæorum finibus profe[illegible] perio potiturum, id in Veſpaſian[illegible] ſephus non dubitavit. (65.) Et [illegible] illa & conſtans fama percrebuer[illegible] pore Judæa profecti rerum po[illegible] tore Romano & imprimis de Ve[illegible] terpretati fuerint Svetonius, [illegible] mirandum eſt, cum & ipſe Jo[illegible] ſpaſianum, qvia apud Judæa[illegible] rium ſcripſerit, (68.) a[illegible]

(64.) lib. 2. Antiqvit. [illegible] mat. & edit. [illegible]

[illegible] ſic retulimus ut invenimus in [illegible] librum concludit, dum ait, ſe haec, [illegible] retuliſſe, & cuilibet integrum [illegible] velit, opinionem ſeqvatur. [illegible] tatis amorem in Joſepho nimium [illegible] dium corrupit. Qvorſum & [illegible] 2. contra Apionem ſcribit, [illegible] aperte Judæis interdixiſſe, ne Deum [illegible] aut blaſphemarent. Ubi autem Deum [illegible] ne qvisqvam illis maledicere[illegible] nio Deos confinxit? Reſpe[illegible] execrari vetat. [62.] Verum [illegible] um idola, ſed ad Magiſtratus De[illegible] ut jamolim Cyrillus Alexan[illegible] ſtatam oſtendit. [63.] Si vero Jo[illegible] Gentilium ore non memora[illegible] od. cap. 23. v. 13. legitur, reſpe[illegible] terit, convicia in Deos Gen[illegible] iſſe, ut fuſe Seldenus (64.) de[illegible] mulanda eſt pudenda illa Joſephi[illegible] regno Meſſiæ ad Veſpaſianum app[illegible] criſ literis prædictum fuiſſet, iſ[illegible] dam ex Judæorum finibus profe[illegible] perio potiturum, id in Veſpaſian[illegible] ſephus non dubitavit. (65.) Et [illegible] illa & conſtans fama percrebuer[illegible] pore Judæa profecti rerum po[illegible] tore Romano & imprimis de Ve[illegible] terpretati fuerint Svetonius, [illegible] mirandum eſt, cum & ipſe Jo[illegible] ſpaſianum, qvia apud Judæa[illegible] rium ſcripſerit, (68.) a[illegible]

(64.) lib. 2. Antiqvit. [illegible] mat. & edit. [illegible]

f volve-

[illegible] or. Idum. p. 204. & ſeq.

qvi oraculum illud ad se spectare rati se tanto fortius Romanis oppoſuerunt. Non satis ergo erat Iosepho, cum in castro Jotapata captus esset, imperium Romanum Vespasiano prædicere, nisi ipsum etiam terræ marisque & totius humani generis Dominum futurum prædixisset. (69.) Rectius autem vulgatum illud toto oriente oraculum de Iesu nostro explicari debuisse Hegesippus (70.) & alii notarunt. Sed nolo jam recensendis Iosephi erroribus diutius immorari, qvos multos esse non diffiteor. Fatendum tamen & illud, multos Iosepho errores tribui, qvi potius librariis vel interpretibus tribui debuissent. Sane numeros in Iosephi operibus scriptorum vitio sæpe vitiatos deprehendit Constantinus L' Empereur [71.] Et nonnunqvam Iosephus ex ipso Iosepho corrigi potest. Nonnulla enim in libris contra Apionem rectius scripta sunt, qvam in libris Originum scripta fuerant, ut Scaliger in notis ad selecta fragementa veterum Græcorum uno alteroque exemplo probatum dedit. (72.) Nec defuerunt, qui Iosephum agraviorum qvorundam errorum culpa liberarent. Qvid frequentius qvam Iosepho objicere, qvod a Matthæo dissentiat, dicente, Tetrarcham Herodem Fratris sui. Philippi Conjugem Herodiadem rapuisse? Iosephus enim Herodiadem non Philippi sed alterius Herodis uxorem fuisse dicit. Atqve hinc, ut Sanctis Evangelistis veritas sua constet, qvamplurimi Iosephum ignorantiæ & oblivionis arguunt, & in hac de raptu Herodiadis historia vel Gorionidem ab Herodum ætate longe remotissimum Flavio nostro Iosepho in cognoscenda veritate perspicaciorem fuisse contendunt. Qvamvis autem Iosephus in hac causa etiam a Casaubono, qvem in aliis gravissimum sui vindicem expertus est, desertus fuerit, fuerunt tamen qvi insanabili huic qvod videbatur, vulneri medicam manum adhiberent. Cum enim Iosephum in Herodum historia accuratissime versatum constet, non permittendum censuerunt, ut in hac Herodiadis historia mendacii argueretur. Et parum qvidem

(69.) libr. 3. de B. J. c. 27. p. 854. (70.) libr. 5. de excid. Hierosolym. c. 45. (71.) in notis ad Middoth. c. 4. sect. 3. p. 145. (72.) p. 9. & 18.

qvidem abfuit, qvin nonnulli ex Josepho Evangelistas corrigere auderent. Legitur enim in Scaligerianis, qvæ Jacobus & Petrus Fratres Puteani ex Scaligeri ore excerpserunt, veteres Christianos multa in Novo Testamento addidisse, & forte hic etiam aliqvid mutasse. (73.) Verum desperato isto remedio non opus est, cum non desit commoda ratio Josephum cum Evangelistis conciliandi, qvæ apud Grotium, (74.) Noldium (75.) & alios videri poterit. Qvantum ad historiam infanticidii Bethlehemitici attinet a Josepho omissam, Scaliger in prædictis excerptis Christianos potius alicujus additionis ad historiam Evangelicam, qvam Josephum alicujus omissionis arguere videtur. Vossius autem in chronologia sacra, qvam ad mentem veterum Hebræorum & præcipue Josephi exposuit, non se mirari dicit, qvod Josephus infanticidii illius historiam prætermiserit, cum post tot crudelitatis exempla Hierosolymis & per totam Palæstinam edita, post sublatos diversis supplicüs tot filios, uxores, proximos, & amicos non magna res fuisse videatur, qvod Herodes unius vici & adhærentis territorii infantes sustulerit, qvorum stragem non adeo magnam fuisse putat, cum non omnes, sed mares tantum, & qvi intra bimatum essent, cæsi fuerint. Qvod autem Macrobius libr. 2. Saturnal. c. 4. retulit, Imperatorem Augustum cum inter pueros, qvos in Syria Herodes Rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium qvoq; ejus occisum audivisset, dixisse: melius est Herodis porcum esse qvam filium, id Vossius merum figmentum esse censet, cum Herodis filii, qvi a Patre interempti sunt, omnes adolescentiam jam exuerint, ideoqve illud Augusti scomma ad infanticidium Bethlehemiticum non pertineat. Sed esto, ad fabulas referri debere, qvod inter infantes ab Herode occisos aliqvis ex Herodis filiis fuerit, omnino tamen mirandum videtur, Macrobium Gentilem de infantibus intra bimatum ab Herode occisis aliqvid memorasse, & Josephum Judæum, qvi illorum temporum historiam magna diligentia persecutus est, stragem illam Bethlehemiticam silentio involve-

f

(73) p. 177. (74) annot. ad Matth. (75.) in histor. Idum. p. 204. & seq.

volvere, qvæ non unicum tantum vicum, sed etiam totum circumjacens territorium pervasit.

Nova editio Josephi.

Qvamvis autem nonnulla in Josepho sint, qvæ omnem excusationem aut defensionem respuant, cœtera tamen ita comparata sunt, ut avidissimos lectores merito suo semper invenerit. Qvamobrem cum Græco-Latina Josephi exemplaria, qvibus Bibliopolarum officinæ jampridem caruerunt, a plurimis eruditis desiderari animadverteret Vir integerrimus & sumtibus in novas Sanctorum qvorundam Patrum aliorumqve bonorum Autorum editiones hactenus erogatis spectatissimus MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS, cœteris in bonos libros meritis & hoc addidit, ut Josephi opera Græco-Latine impensis suis denuo imprimi & novam insuper appendicem adjici curaret. In ista appendice primum exhibetur ARISTEÆ liber de 70. Interpretibus. Cum enim Josephus in suis antiqvitatibus illam Aristeæ narrationem velut in compendio referat, & ipse Aristeas in paucorum manibus versetur, visum fuit operæ pretium, Josephi operibus Aristeam adjungere. Fuit autem Aristeas e Ministris Ptolemæi Philadelphi Regis Ægyptii, quem Hieronymus (76.) Ptolemæi ὑπερασπιστὴν appellat, quam vocem non fideliter interpretatur Hugo Cardinalis, cum ait hoc vocabulo fidelem interpretem notari ab hyper i.e. valde & pistis i.e. fides. Nec minus lepida est altera interpretatio, qva hyperaspistes est Notarius, ab hyper i.e. super & pistan assistens. Utramqve deridet Erasmus, (77.) cum ὑπερασπιστὴς satellitem seu protectorem significet, qvia satellites ἀσπίδων seu clypei objectu Regum corpora tegebant. Neqve tamen e vulgari satellitio Aristeas fuit. Andreas enim, qvi una cum Aristea Ptolemæi Regis nomine ad Judæos ablegatus fuit, in literis Regis ad Eleazarum Pontificem Judæorum Ἀρχισωματοφύλακα titulo ornatur. Si igitur etiam Aristeas Regis corporis custodiam habuit, qvod Josephus asserit, [78.] ipse qvoqve inter præcipuos Regii corporis custodes numerandus erit. Sane Ptolemæus &

Appendix Aristeas.

(76.) præfat. in Pentateuchum seu epistol. 104. (77.) Tom. IV. Oper. Hieron. p. 6. (78.) libr. 2. contr. Apion. p. 1064.

us & Andream & Aristeam in magno apud se honore constitutos asserit. Hujus autem Aristeæ & historiæ, qvam composuit de LXX. Interpretibus, præter Josephum & Hieronymum etiam Tertullianus, [79.] Eusebius, [80.] Epiphanius, [81.] Syncellus [82.] & alii meminerunt. Prodiit ille Aristeæ liber a Matthia Palmerio latine redditus Basileæ anno 1536. apud Iohannem Bebelium una cum Olympiodori in Ecclesiasten commentario, & Gregorii Neocæsarienſis in eundem Ecclesiasten metaphrasi. Et hæc Palmerii versio etiam micropresbytico seu syntagmati veterum qvorundam Theologorum, qvod Basileæ anno 1550. Henricus Petri in lucem publicam emisit, nec non Bibliothecæ Patrum (83.) inserta legitur. Sichardus autem cum Palmerii versionem minus accuratam deprehenderet, de nova adornanda cogitabat, qvod consilium postea mutavit, cum hunc laborem a Matthia Garbitio præoccupatum intelligeret, cujus versionem Basileæ anno 1561. una cum græco Aristeæ textu Oporinus excudit. Postea etiam Iacobus Middendorpius Aristeam ex græcis manuscriptis & latinis codicibus restituit, & commentario suo illustravit, qvæ editio Coloniæ anno 1578. in lucem prodiit. Atqve ut de Germanicis, Italicis & Gallicis versionibus taceam, etiam in Hebraicum sermonem hanc Aristeæ historiam transtulit R. Azarias de Rubeis, qvi hunc Aristeæ tractatum Hadrath Zekenim seu decorem senum inscripsit, & libro Meor Enajim inclusit. (84.) Num vero ista narratio de 70. Interpretibus vere a Ministro qvodam Ptolemæi Philadelphi, qvi Aristeæ nomen gessit, scripta, an ab impostore qvodam sub Aristeæ nomine conficta fuerit, de eo non inter omnes æqve convenit. Alii enim cum Isaaco Vossio (85.) priorem, alii cum Josepho Scaligero (86.) posteriorem sententiam defendunt. Peculiari tractatu paucis abhinc annis hoc argumentum discussit Humfredus Hody, qvi qvidem librum Aristeæ, qvalis

(79.) Apolog. c. 18. (80.) libr. 3. de præparat. evangel. c. 1. & seqv. (81.) de ponder. & mensur. c. 9. & seqv. (82.) chronogr. p. 273. (83.) edit. Paris. tom. 7. Colon. tom. 1. & Lugdun. tom. 2. (84.) Bartolocc. Bibliothec. Rabbin. tom. 1. p. 437. seqv. (85.) de 70. Interpret. c. 4. (86.) ad Chronic. Euseb. p. 133.

hodie ſupereſt, non diverſum eſſe ab eo, ex qvo Joſephus & Euſebius hiſtoriam de 70. Interpretibus retulerunt, ipſam autem hiſtoriam jam ante Joſephi ætatem ſub Ariſteæ nomine a Judæo qvodam confictam eſſe pluribus argumentis demonſtrare contendit. Noſtrum jam non eſt tantas componere lites. Qvæ in appendice Ioſephi noſtri ſeqvuntur notæ ad epitomen Ariſteæ vel Ariſtæi a Joſepho excerptam debentur Juveni non vulgaris induſtriæ & eruditionis JOHANNI ALBERTO FABRICIO, a qvo etiam novam Apocryphorum editionem propediem expectamus. Notas illas, cum & breves ſint, & eruditæ, perlegere nec moleſtum, nec inutile fuerit. Varias lectiones librorum de bello Judaico & libelli de Maccabæis ex manuſcripto bibliothecæ noſtræ Academicæ Paulinæ collegit Excellentiſſimi Bibliothecarii heu nuper defuncti, ſed tamen in Academia noſtra & Orbe toto literato eruditionis fama immortaliter victuri Filius non degener JOACHIMUS FRIDERICUS FELLERUS, qvas Joſephi lectoribus non ingratas fore arbitramur cum illarum collatio locis nonnullis obſcurioribus lucem afferre poſſit. Imprimis autem in libro de imperio rationis manuſcriptus ille codex integris periodis auctior ab editis multum differre deprehenditur, qvod jam ſupra monuimus & ipſa collatio oſtendit. Ejusdem libelli de Maccabæis verſionem novam a Combefiſio elaboratam propterea addere voluimus, qvia Eraſmi paraphraſis ſupra exhibita a Græco textu nimium diſcrepat. Nusqvam enim in græco textu leguntur nomina fratrum Maccabæorum, qvæ Eraſmus in ſua paraphraſi expreſſit neſcio unde hauſta. Neqve in græco textu Ioſephus hæc de Maccabæis ex ſacris Literis ſe accepiſſe dicit, qvod in latinæ paraphraſeos epilogo legitur, ut plura alia taceamus. Unde & in Eraſmum invehitur Combefiſius, qvod nova ſua pro Ioſephi antiqvis venditaverit, & ſub paraphraſeos ſpecie multa infarſerit a Joſephi verbis aliena, diuqve ſibi in votis fuiſſe dicit, ut eruditus qvispiam &

græcæ

Notæ ad epitomen Ariſteæ.

Variæ Lectiones ex MSC. Lipſ.

Liber de Maccabæis cum verſione & notis Combefiſii.

græce doctus egregiam hanc Josephi lucubrationem Latine redderet, cum Erasmus in sua paraphrasi sui potius ingenii speculationes, qvam Josephi verba expresserit. Dum autem Combefisius ita se gerit, qvasi nemo hunc tractatum ante se ita interpretatus fuerit, ut latina græcis respondeant, ignorasse videtur, qvod in nonnullis Josephi editionibus nempe in editione Basileensi anni 1567. Coloniensi anni 1593. & qvibusdam aliis non Erasmi paraphrasis, sed alia nescio cujus interpretis versio legatur, qvæ ad græcum textum propius accedit. Initium illius versionis jam supra, ubi de Latinis Josephi editionibus actum est, indicavimus. Præterea in editione apocryphorum Basileensi, qvæ ex Officina Brylingeriana anno 1582. prodiit, adhuc alia versio legitur, quæ sic incipit: Studiosissimum sapientiæ sermonē declaraturus. Non est igitur qvod Combefisius, & Andillius Gallicus Josephi interpres qverantur, libelli de Maccabæis nullam aliam interpretationem hactenus extitisse, qvam illam Erasmi paraphrasin. Deprompsimus autem novam, qvam in hac Josephi appendice damus, Combefisii versionem cum ejusdem notis & animadversionibus ad hunc tractatum ex novissimo, qvod vocat, bibliothecæ Patrum Græco-Latinorum auctario, qvod anno 1672. Parisiis vulgatum est. In postremam appendicis partem rejecimus fragmentum ex Josephi paræneſi ad Græcos, qvæ inscribitur de causa universi contra Platonem. Tractatum illum περὶ παντὸς integrum habuit & legit Photius, ut in bibliotheca sua testatur, (87.) ubi refert hunc librum in qvibusdam exemplaribus sic inscriptum: περὶ τῆς πρὸς παντὸς αἰτίας, in aliis περὶ τῆς πρὸς παντὸς οὐσίας. Duos vero libellos fuisse docet, qvibus Autor Platonem secum pugnare docuerit, Alcinoum qvoqve de anima, materia & resurrectione ut absurda & falsa differentem reprehenderit, & Judæorum nationem qvam Græcorum antiqviorem fuisse tradiderit. Dicit autem hunc tractatum ab aliis Josepho, ab aliis Justino Martyri, ab aliis Irenæo adscriptum fu-

Fragmentum ex libro περὶ παντὸς.

(87.) cod. 48.

isse. Ipse autem in eam sententiam inclinat, qvod hic liber a Cajo Presbytero Romano script⁹ fuerit, cum & in ϖϱοϒϱαφαῖς marginalibus Codicis sui Caji nomen adscriptum invenerit, & Cajus in Labyrintho suo se libri de universi natura autorem professus fuerit. Josepho qvo minus hunc tractatum tribuere velit, duas imprimis rationes obstare sibi profitetur, unam qvidem, qvod Autor de homine & anima ita differat, ut ejus discursus Hebræorum de natura hominis doctrinæ minus convenire videantur; altera vero, qvod de Christo ὡς ἔγϛα, hoc est juxta Schottum aptissime, seu ut Tanaqvillus Faber (88.) maluit, ad nostrum ferme modum seu proxime ad Christianorum fidem dissenserit, πλῆϑον τε ἀνϑϱώπων ἀναφϑεγξόμενος, ϰτίϛην ὲϰ πατρὸς ἄφϱαϛον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγϱάφων, & ipsam Christi appellationem explicans, & ineenarrabilem ejus ex Patre generationem describens, qvod a Josepho Judæo alienum esse res ipsa demonstrat. Non defuerunt tamen, qui adhuc Josepho tractatum illum vindicarent. In his Iohannes Zonaras, (89.) cum Iosephi de Christo testimonium adduxisset, subjungit, eundem Iosephum ἐν τῷ ϖϱὸς ἕλληνας λόγῳ, ὃς ϰϱὸς Πλάτωνα ἐπιγέγϱαπται ϖεϱὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, seu in oratione ad Græcos, qvæ contra Platonem inscribitur de universi causa Christum ut mundi Iudicem inducere, ejusq; tractatus, ex qvo verba qvædam adducit, etiam Damascenum in suis parallelis meminisse. Et Arnold⁹ Peraxylus Arleni⁹, qvi Iosephi opera Græce primus edidit, non sufficientes rationes a Photio adductas existimat, ob qvas Josepho hoc opus abjudicari debeat, cum Josephus etiam in libris Originum ita de Christo ejusqve operibus & miraculis differat, ut eundem virum vel hominem vix appellare audeat, & tacito suffragio ejus divinitatem veneretur. Qva de re qvid sentiendum sit, superius ostensum fuit. Promittebat autem idem Arlenius, (90.) se propediem istum tractatum cum Studiosis communicaturum. Sed promissa non servavit. David autem Hœschelius cum Photii bibliothecam Græce ederet & notis illustraret, fragmentum hujus tractatus ex Italia a Maximo Margunio ad se missum notis inseruit, cui etsi Josephi titulum præfixerit,

(88.) part. 1. epistol. pag. 141. (89.) libr. 6. annal. c. 4. (90.) præfat. ad oper. Joseph.

rit, non injuria tamen dubitari posse statuit, an Josephum Autorem habeat, cum a Christiano potius homine scriptum videatur (91.) Post Hœschelium, Stephanus le Moyne in variis suis sacris (92.) fragmentum illud iterum vulgavit, non amplius Josephi, sed Hippolyti nomine signatum. Cum enim anno 1551. non procul ab æde Laurentiana extra muros marmorea Hippolyti statua effoderetur, qvæ postea in Vaticanam bibliothecam translata fuit, præter Hippolyti canonem Paschalem in hac statua repertus fuit librorum ab Hippolyto scriptorum catalogus, in qvo & hoc opus observare licet:

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ
Η ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ,

Qvamobrem non amplius dubitandum censet Monachius, qvin hoc opus, cujus insigne fragmentum supereſt, Hippolyto tribui debeat: Cur autem hoc opus olim a nonnullis Josepho tributum fuerit, duas affert causas. Prima est, qvod Josephus (93.) promiserit, se peculiari opere περὶ ἰδίας Θεοῦ acturum; Altera, qvod qvæ in hoc fragmento de statu & loco animarum separatarum referuntur, cum iis conveniant, qvæ Josephus περὶ τοῦ Ἅδου tradidit. Possit & tertia addi ex styli æqvalitate, qvam Photius observavit. Addimus & qvartam ex Dodwello (94.) qvi hunc περὶ παντὸς tractatum a Cajo (hunc enim Autorem esse putat, non Hippolytum) ex multis Autoribus & qvidem propriis Autorum verbis collectum fuisse putat, qvemadmodum & Macrobius ipsa Gelliii aliorumqve Autorum verba suppressis nominibus describat. Videtur autem ipsi verisimile, Cajum etiam nonnulla ex Josepho in librum istum transcripsisse. Certe Photius indicat autorem illius libri inter alia Judæos Græcis antiquiores demonstrasse. Ea autem quæ de Judaicæ gentis antiqvitate disseruit, commode ex Josephi libris contra Apionem transcribere potuit. Forte etiam ex Josepho hausit, qvæ de mundi opificio breviter disseruit. Nam de hoc etiam argumento Autorem hujus operis tractasse ex Photio discimus. Cum autem ex variis Autoribus hoc opus collectum fuerit, qvorum nomina forte vel ipse Autor, vel librarius qvispiam nonnunqvam in margine notavit, hinc illud opus modo Josepho, modo Justino, modo Irenæo, modo aliis adscriptum fuit. Qvamvis autem Josephus ad calcem suarum antiqvitatum promiserit, se in qvadripartito volumine de sectis Judæorum etiam de Deo ejusqve substantia acturum, opus tamen illud a Josepho non absolutum fuisse Dodwellus suspicatur. Cum enim Epaphroditus anno post editam Josephi ἀρχαιολογίαν proximo, nempe anno Domitiani penultimo, Christi 95. perierit, & Josephus infensissimos e gente sua hostes habuerit, conjicit istos Patroni casum in ipsius qvoqve Josephi perniciem convertisse, adeoqve Josephum Epaphrodito haud diu superstitem fuisse. Cæterum cum fragmentum libri περὶ παντὸς sub Josephi nomine editum olim fuerit, ei in hac appendice operum Josephi locum aliqvem concedere voluimus. Qvod supereſt, benevolum Lectorem rogamus, ut qvalemcunqve hanc Josephi editionem boni consulat, donec vel novi Bertrami, Scaligeri, Cunæi, Petiti, Bigotii, Bosii, Monachii excitentur, vel Clarissimus Bernardus cum Josepho suo in gratiam redeat.

Scripsi Lipsiæ A. C. 1691. ante nundinas vernales.

(91.) not. ad Phot. bibl. p. 923. (92.) pag. 53. tom. 1. (93.) libr. 20. antiqu. c. ul. (94.) diss. 6. ad Irenæum.

ILLUSTRISSIMO

PRINCIPI FRIDERICO V.

COMITI PALATINO AD RHENUM,

ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS

hæredi, Bavariæ Duci, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



FLAVII Josephi Hellenistarum Judæorum cum eruditione, tum eloqventia facile principis historica monumenta prælo meo excusa, Princeps Illustrissime, ad T. C. humiliter adfero. Sicut enim scriptorum est quæ honesta sunt & seculis profutura literis prodere: ita & in immenso aliorum super alios acervatorum librorũ cumulo typographorum interest laudabiles & bonæ frugis scriptores in lucem mittere redivivos, & adversus Zoilos potentium patrocinorum tutelæ committere. multiplex vero mihi causa fuit cur ad T. C. noster confugeret Josephus: namqve primum tota operis πραγματεία de rebus est quæ a Principe cognoscantur dignissimis; ipsa nempe mundani Systematis divina constitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Mosaica Legislatione, politia Hebraica, monarchiarum, qvæ olim orbem rexerunt, imperio & aliis, qvæ qvatuor millium annorum historiam implent autoris & eo nomine apud Principes gratiosi, qvod non ex infimis literatorum subselliis ad hæc scribenda prodierit terræ filius; sed ex regio Hasmonæorum sangvine oriundus, & primaria sacerdotum inter Judæos familia, cum in adolescentia ad miraculum usqve in literarum studio profecisset, juventutem rebus gerendis & bello, qvod cum Romanis gessere Judæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, consilio & manu æqve promptus, ætate vero provectiori otium Romæ nactus ea literis mandavit, qvæ literarum cognitione & usu didicerat, vir cæteroqvin Imperatoribus Vespasiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptissimus. Verum accessit & alia causa cur Josephum coram T. C. sisterem, beneficium qvod tuæ C. debeo, ob manuscriptorum tuæ electoralis Bibliothecæ codicum Josephi liberalem usum, quem annuente primario nostræ ætatis Philologo Jano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetravit singulari sua humanitate nobilissimus & eruditissimus JCtus Marquardus Freherus Tuæ C. Consiliarius. Sed qvia in hoc autore excudendo longius processeram cum membranas consecutus sum, & multi assidua interpellatione ut qvam primum Josephum Græce, publici juris iterum facerem efflagitabant, qvod editionis Basiliensis qvæ ante LXVII. annos unica prodiit, nullum exemplar supereset; hortantibus cessi, qvorundam virorum doctorum notas, & varias lectiones ejus qvi manuscripta excussit studio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cum itaque T. C. tuorumqve beneficio sim adjutus C. T. patrocinio Josephum historicum Principe non indignum jure meritoqve dedico, demisse rogans ut qvemadmodum Titus Imperat. autorem libros suos μεγαλώνυμος offerentem benigne admisit, probavit, & Bibliothecæ suæ inseri jussit; ita Josephum nostrum clementi vultu T. C. accipiat; & in sua perinsigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria suppeditavit, ut emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipse interim Deum Opt. Max. a qvo est omnis antistatus in terris, supplex orabo ut det T. C. vitam prolixam, Principatum securum, & qvæcunqve boni Principis vota sunt.

Tuæ Celsitudinis servus addictissimus

PETRUS ROVERIANUS
Typographus.

DE IO-

DE JOSEPHO, ET EJUS SCRIPTIS VETERUM TESTIMONIA.

EUSEBIUS PAMPHILI ECCLESIASTICÆ historiæ lib. 3. cap. 9.

Ἰώσηπος ματθίου παῖς, ἐξ ἱεροσολύμων ἱερεύς. αὐτὸς ῾ρωμαίοις πολεμήσας τὰ πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον ῾ρωμαϊκῶν ἐξ ἀνάγκης, μᾶλλον δ', τῶν κατ' ἐκεῖνο καιρὸν ἱερέων ἰουδαίων. ὁ δὲ οὐ μόνοις τοῖς ὁμοεθνέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ῾ρωμαίοις γέγονεν οὐκ ἀδόξοτατος, ὡς αὐτὸν μὲν καὶ ἑστῶτα ἀνδριάντος ὑπὲρ τῶν ῾ρωμαίων τιμηθῆναι πόλεως, τοὺς δ' ἀναδεδεγμένους αὐτοῦ λόγους βιβλιοθήκης ἀξιωθῆναι, ὅτῳ δὴ πᾶσαν τὴν ἰουδαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐν ὅλοις εἴκοσι κατατίθεσθαι συγγράμμασι. τελεῖ δὲ ἱστορίαν καὶ κατ' αὐτὸν ῾ρωμαϊκοῦ πολέμου, ἐν ἑπτὰ λόγοις. ἀκριβῶς μὲν τὴν Ἑλλήνων, ἀλλὰ δὲ τῇ πατρίῳ φωνῇ ἐξενεγκάμενος αὐτὸς ἑαυτοῦ μαρτυρεῖ· ἄξιος γε ὢν ἀληθῆ τὰ λοιπὰ πεπιστεῦσθαι. ἕτερα δὲ αὐτοῦ φέρεται ἀναδεδεγμένου ἄκρα, δύο, περὶ τῆς ἰουδαίων ἀρχαιότητος, ἐν οἷς ἀναπροσκρούει τὸν ἀπίωνα τὴν γραμματικὴν καὶ ἰουδαίων τοὺς ἀρχαίους λέγων πεπιστεῦσθαι καὶ παρ' ἄλλοις, εἰ μὴ βούλεται δ' αὐτοῖς τὰ πάτρια καὶ ἰουδαίων ἔθνους ἐπιτρέπειν. Πεποίηται δὲ καὶ ἄλλο σὺν τούτοις ἀναδεδεγμένου τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ προ῾ρηθέντος λογισμοῦ, ὃν τινες μακκαβαϊκὸν ἐπιγράφουσι, διὰ τὸ τοὺς ἀγῶνας τοὺς ἐν τοῖς ἔτεσι καλουμένοις μακκαβαϊκοῖς συγγράμμασιν, ὑπὲρ οὗ καὶ εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας ἀνδρειομένων ἕνεκα εἰκὸς ἦν ἔχειν. καὶ πρὸς τοῖς πάλαι δὲ εἰκοσὶ ἀρχαιολογίας ὑπομιμνήσκει ὁ αὐτὸς, ὡς ἂν προειρημένου ἐν τούτοις συγγράμμασι βιβλίους καὶ τὰς πατρίους δόξας τῶν ἰουδαίων, περὶ θεοῦ τε οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων, ἀφ' οἷς τὰ κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν, ἔξεστι πρᾶξαι, τὰ δὲ κεκώλυται. καὶ ἄλλα δὲ αὖ αὐτοῦ ἀναδεδεγμένου ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ μνημονεύει λόγοις.



OSEPHUS Mattathiæ filius, Sacerdos Hierosolymitanus, non solùm ipse Romanos in initio belli Judaici oppugnavit, sed cæteris prælijs postea commissis necessitate coactus interfuit. Hic Josephus non solum apud gentem suam, verùm etiam apud Romanos, Judæorum illius temporis facilè præstantissimus habitus fuit, ita ut tùm statuæ honore in urbe Roma decoraretur, tum libri ab eo industria elaborati confectiqve in bibliothecam, tanqvam monumenta, merito reponerentur. hic verò rerum Judaicarum antiqvitatem in viginti integros libros redegit. historiam item de bello Judaico sua ipsius ætate administrato, septem libris conscripsit. Qvas res non Græco solum sermone, sed patrio etiam se tradidisse, suo ipsius confirmat testimonio. Cui quidem propter reliqvas res verissimè ab eo conscriptas, etiam in hac causa fides jure debet adhiberi. Dicuntur etiam alii duo libri de Judæorum vetustate ab eo accuratius elucubrati: in qvibus non solum contra Apionem grammaticum, qui id temporis in Judæos vehementius suis scriptis invehebatur, verum etiam contra alios qui patria & avita Judaicæ gentis instituta conviciis & ignominia afficere conabantur, strenue disserit. Est præterea aliud opus, non obscurum sanè, aut contemnendum, De ratione sola mentis rectrice, ab eo elaboratum, qvod qvidam Maccabæorum propterea inscribunt, qvod gravia Hebræorum qvorundam certamina, qui virili & magno animo pro vera in Deum religione & pietate mortem oppetierunt (de qvibus in libris qvi vocantur Maccabaici sermo instituitur) in se contineant. Porrò in extremo vigesimo libro de Antiquitate, ille ipse apertè indicat qvo pacto patrias Judæorum sententias & opiniones de Deo, de ejus essentia, & de legibus etiam, qvamobrem essent qvædam ex earum præscripto libera & soluta ad agendum, alia autem vetita & interdicta, quatuor libris complecti instituisset. Itemqve in suis ipsius scriptis alia opera à se studio & industria elaborata memorat.

HIERONYMUS IN LIBRO DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

IOSEPHUS Mattathiæ filius, ex Hierosolymis sacerdos, à Vespasiano captus, cum Tiberio filio ejus relictus est. hic Romam veniens, septem libros Judaicæ captivitatis imperatoribus patri filioqve obtulit, qvi & bibliothecæ publicæ traditi sunt, & ob ingenii gloriam statuam qvoqve meruit Romæ. Scripsit autem & alios viginti antiqvitatum libros, ab exordio mundi usqve ad decimum quartum annum Domitiani Cæsaris, & duos ἀρχαιότητος adversus Apionem grammaticum Alexandrinum, qvi sub Caligula legatus missus ex parte

gentiſium, contra Philonem etiam librum, vituperationem gentis Judaicæ continentem, ſcripſerat. Alius qvoq; liber ejus qvi inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in qvo & Maccabæorum ſunt digeſta martyria. Hic in decimooctavo Antiquitatum libro, manifeſtiſſimè confitetur, propter magnitudinem ſignorum, Chriſtum a Phariſæis interfectum, & Joannem Baptiſtam verè prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Jacobi Apoſtoli, dirutam Hieroſolymam. Scripſit autem de Domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Jeſus vir ſapiens, ſi tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qvi libenter vera ſuſcipiunt: plurimos qvoqve tam de Judæis qvam de Gentibus ſui habuit ſectatores, & credebatur eſſe Chriſtus. Cumqve invidia noſtrorum principum, crucifixum Pilatus addixiſſet, nihilominus qvi eum primum dilexerant, perſeverarunt. Apparuit enim eis tertia die vivens. multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo vaticinantibus, & uſqve hodie Chriſtianorum gens ab hoc ſortita vocabulum non defecit.

IDEM IN EPISTOLA AD MAGNUM ORATOREM ROMANUM.

JOſephus antiqvitatem approbans Judaici populi, duos libros ſcripſit contra Apionem Alexandrinum Grammaticum, & tanta ſecularia profert teſtimonia, ut mihi miraculum ſubeat, qvomodo vir Hebræus, & ab infantia ſacris literis eruditus, cunctam Græcorum bibliothecam evolverit.

HERMIAS SOZOMENUS SALAMINIUS HISTORIÆ Eccleſiaſticæ libro primo, cap. 1.

JOſephus Mattathiæ filius, vir cum apud Judæos, tum apud Romanos maxima nominis celebritate florens, teſtis eſt de vero Dei verbo locupletiſſimus.

Ἰώσηπος ὁ ματταθίου ὁ ἱερεύς, ἀνὴρ ὢν λόγου τε ἰουδαίοις, καὶ ξωμαίοις διαδοξότατος ἡνύμφω, ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τ θεοῦ περὶ ἀληθείας.

EVAGRIUS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ libro qvinto, cap. 24.

LOngam Joſephus ſcripſit hiſtoriam, eamqve refertam utilitate cujusqve generis &c.

Πολλὰ Ἰώσηπος ἔγραψεν ἱστορίαν χρειώδη εἰς ἅπαντα τυγχάνουσαν.

PHOTIUS IN BIBLIOTHECA.

LEGI Joſephum Judæum, De Judaicæ gentis calamitate atq; interitu. Qvo in libro extremo Hieroſolymorum excidium narrat, & Maſadæ oppidi: & ante hæc Jotapatorum, in qvo & ipſe Joſephus captus: Præterea Giſchalorum everſionem, & aliorum Judaicorum munimentorum deſolationem. Sunt autem hujus operis libri ſeptem. Candidus illi ſermo, quſi rationum pondus atqve momentum cum puritate ac jucunditate exprimere poſſit. In concionibus perſuadendi vi præditus eſt, ac gratioſus, tum etiam qvum ſuadet opportunitas orationem in contrariam partem flectere. Dextre qvoqve & copioſe enthymematis in utramqve partem utitur, ſententiasqve, ſi qvis alius, adhibet. Orationi inſuper affectum imprimendi, & concitandi motus, eosdemqve mox leniendi, eſt peritiſſimus.

ΑΝΕΓΝΩΣΤΗ Ἰωσήπου ἰουδαίου περὶ τῆς ἰουδαίων παθῆς, ἐν οἷς ἦπε τῆς Ἱεροσολύμων ἁλώσεως, ἐν ᾗ καὶ μασάδας πόλεως. περὶ ὧν τούτων, ἢ τῶν Ἰωσηπίων, ἐν ᾗ ἐξ αὐτὸς Ἰώσηπος ἥλω, ἔτι δὲ γιχάλων ἅλωσις· καὶ ἄλλων ἰουδαϊκῶν φρουρίων ἐρημία. ἔστι δὲ αὐτῷ τὸ σύνταγμα, ἐν λόγοις ἑπτά. καθαρὸς τ φρασιν, καὶ ἀξίωμα λόγου μετ' εὐκινησίας καὶ ἡδονῆς ὀνοὺς ἐκφέρων. πιθανός τε τοῖς δημηγορικοῖς, καὶ θαρσαλέος, κἂν ἀλλ παντάπασι ὁ καιρὸς καλῶς χρήσασθαι τῷ λόγῳ δεξιὸς καὶ γνώμης ἐνθυμημάτων ἐφ' ἑκάτερα. καὶ γνωμολογικὸς δ, ὡς εἴ τις ἄλλος, ἐν παθῆ τῷ λόγῳ θεραπεῦσαι ἱκανώτατος, καὶ ἐλεεῖν παθῆ, καὶ πεῶναι δοκιμώτατος.

HIS ACCEDIT JOSEPHUS SCALIGER IN PROLEGOMENIS IN LIBROS DE EMENDATIONE TEMPORUM.

DIligentiſſimus ἐ φιλαληθέστατος omnium ſcriptorum Joſephus: de qvo nos hoc audacter dicimus, non ſolum in rebus Judaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, qvam omnibus Græcis & Latinis: Itaqve deſinat mirari doctus vir, cur tot eruditi, & nos qvoqve, qvi non in illis eruditis, ſed hujus ſcriptoris lectione peregrini non ſumus, tantum illi deferamus, cujus fides & eruditio in omnibus elucet.

AUTO-

AUTORES QVORUM POTISSIMUM TESTIMONIO PARTIM COMPRObato, partim confutato Joſephus hiſtoriæ ſuæ fidem facit.

Acuſilaus Argivus
Agatharchides Gnidius
Alexander Polyhiſtor
Andreas
Apion grammaticus
Apollonius Molo
Apollodorus
Ariphanes
Ariſtæus
Ariſtoteles
Beroſus Chaldæus
Cadmus Mileſius
Caſtor Chronographus
Chæremon
Chœrilus poëta
Conon hiſtor.
Demetrius Phalereus
Dius hiſtor.
Ephorus
Eſtius
Euhemerus
Eupolemus
Hecatæus Abderita
Hellanicus
Hermippus
Hermogenes
Herodotus
Heſiodus
Hieronymus Ægyptius
Homerus
Iſidorus
T. Livius
Lyſimachus
Manethon
Menander Epheſius
Mnaſeas Damaſcenus
Mochus
Nicolaus Damaſcenus
Pherecydes Syrius
Philon ſenior
Philoſtratus
Polybius Megalopolitanus
Polycrates
Poſidonius
Pythagoras
Strabo
Thales
Theodotus
Theophilus
Theopompus
Theophraſtus
Thucydides
Timæus
Zopyrion.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΛΟΓΩ, ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ἰσορ̣ιῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Προοίμιον τὴν αἰτίαν τῆς συγγραφῆς, & τὸν σκοπὸν αὐτῆς περιέχον. ΚεΦ. α
Τις ἡ τοῦ κόσμου σύστασις, & ἡ διαιρεσις τῶν στοιχείων. ΚεΦ. β
Περὶ ἡλικίας Ἀδάμου & τῶν αὐτοῦ δέκα γενεῶν τῶν μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ. ΚεΦ. γ
Ως ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, & ὅτι τρεῖς νῶχου σωθεῖσαι λάρναξι μετὰ τῶν συγγενῶν κατῴκησαν ἐν τῷ στενωπῷ πεδίῳ. ΚεΦ. δ
Περὶ τοῦ πύργου Βαβυλῶνος, & ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων. ΚεΦ. ε
Ως οἱ νῶχου ἔκγονοι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπῴκησαν. ΚεΦ. ς
Ὅτι τῶν ἐθνῶν ἕκαστον ἀπὸ τῶν οἰκησάντων προσηγορεύθη. ΚεΦ. ζ
Ως Ἄβραμος ὁ πάππος ἡμῶν, ἐξελθὼν ἐκ τῆς Χαλδαίων γῆς, κατῴκησεν τὴν τότε μὲν Χαναναίαν, νῦν δὲ Ἰουδαίαν λεγομένην. ΚεΦ. η
Ὅτι λιμοῦ τὴν Χαναναίαν καταλαβόντος, εἰς Αἴγυπτον ἀπῆρεν, καὶ διατρίψας ἐν αὐτῇ τινα χρόνον ὑπέστρεψεν ὀπίσω. ΚεΦ. θ
Ἡ τῶν σοδομιτῶν διαφθορὰ, ἀσεβείων αὐτοῖς ὑπερεχόντων. ΚεΦ. ι
Ως Ἄβραμος ὑπὲρ τῶν ἀσεβείας ὑπερεχόντων ἐσώσατο, καὶ τὴν λείαν ἣν ἔλαβον ἀφῆκεν. ΚεΦ. ια
Πῶς τὸ σοδομιτῶν ἔθνος ὁ θεὸς κατέστρεψεν χολωθεὶς αὐτοῖς, ἐφ' οἷς ἡμάρτανον. ΚεΦ. ιϛ
Περὶ ἰσμαήλου τοῦ Ἀβράμου παιδὸς, & τῶν ἐκγόνων αὐτοῦ Ἀράβων. ΚεΦ. ιγ
Περὶ ἰσαάκου, ὃς ἦν γνήσιος Ἀβράμου παῖς. ΚεΦ. ιδ
Περὶ σάρρας τῆς Ἀβράμου γυναικὸς, & πῶς τὸν βίον κατέστρεψεν. ΚεΦ. ιε
Ως ἐκ χαιτέρας Ἀβράμου γαμηθείσης τετραγλοδυτῶν γένος ἐγένετο. ΚεΦ. ις
Περὶ τῆς Ἀβράμου πλούτου. ΚεΦ. ιζ
Περὶ τῶν ἰσαάκου υἱῶν, ἡσαύου & ἰακώβου & γενέσεως αὐτῶν & ἀνατροφῆς. ΚεΦ. ιη
Ἰακὼβ φυγὴ εἰς τὴν μεσοποταμίαν διὰ τὸν ἀδελφὸν φόβον. ΚεΦ. ιθ
Ως ἰσαὰκ πλούτησας, ἐτάφη ἐν Ἕβρωνι. ΚεΦ. κ

HÆC IN PRIMO JOSEPHI ANTIQVITATUM Judaicarum libro continentur,

Procemium cauſam ſcriptionis & ſcopum ejus complectens. CAP. I.
Mundi creatio & Elementorum diſpoſitio. CAP. II.
De poſteritate Adami & decem ætatibus uſque ad diluvium. CAP. III.
De diluvio, & quomodo Noë in arca cum familia ſervatus habitarit in campo Sennaar. CAP. IV.
De turri Babylonica, deque linguarum mutatione. CAP. V.
Qvomodo Noe poſteri per totum terrarum orbem ſedes ſibi occupaverint. CAP. VI.
Qvod gentes ſingulæ à ſuis autoribus nomina traxerint. CAP. VII.
Qvomodo Abrahamus generis noſtri autor è Chaldæorum terra profectus habitavit regionem Chananæam, quæ nunc Judæa dicitur. CAP. VIII.
Quod, fame Chananæam premente, in Ægyptum eſt profectus: & ibi aliquantiſper commoratus, retro, unde venerat, eſt reverſus. CAP. IX.
Sodomitarum clades ab Aſſyriis accepta. CAP. X.
Qvomodo Abrahamus Aſſyrios aggreſſus tam captivos quam reliquam prædam victor reduxit. CAP. XI.
Qvomodo Deus Sodomitarum gentem excidit, flagitiis eorum offenſus. CAP. XII.
De Iſmaële Abrahami filio, ejusque poſteris Arabibus. CAP. XIII.
De Iſaco legitimo Abrahami filio. CAP. XIV.
Saræ Abrahami uxoris obitus. CAP. XV.
Quomodo è Chætura Abrahamo nupta Troglodytarum gens provenit. CAP. XVI.
De obitu Abrahami. CAP. XVII.
De Iſaci filiis Eſao & Jacobo, & nativitate eorum. CAP. XVIII.
De Jacobo metu fratris in Meſopotamiam profugo. CAP. XIX.
Mors Iſaci & ſepultura in Hebrone. CAP. XX.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

FLAVII JOSEPHI ANTIQVITATUM JUDAICARUM

LIBER PRIMUS.

Προοίμιον τῶν αἰτίων τῆς συγγραφῆς καὶ τὸν σκοπὸν αὐτῆς περιέχον.
Κεφάλαιον ά.

PROOEMIUM CAUSAM SCRIptionis & ſcopum ejus complectens.
CAPUT. I.

ΤΟΙΣ τὰς ἱστορίας συγγράφειν βουλομένοις, ὦ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁρῶ τὴν αἰτίαν οὐκ οὖσαν γινομένην αὐτοῖς, ἀλλὰ πολλὰς, καὶ πολλῶν ἀλλήλων διαφερούσας. τινὲς μὲν γὰρ ἐπιδεικνύμενοι τῶν λόγων δεινότητα, καὶ τὴν αἴρεσιν ἐκ αὐτῆς ποιούμενοι δόξαν, ὅτι τοῦτο τῆς παιδείας τὸ μέρος ἐστὶν ἀρίστων. ἄλλοι δὲ, χάριν κτώμενοι ἐκείνοις φέροντες, ὧν ἐπὶ τὴν ἀναγραφὴν ἦσαν συμβεβηκότες, τὸν εἰς αὐτὴν πόνον καὶ τὴν δύναμιν ὑπέσχοντο. εἶτα δ' αὐτῶν ἐνίοις μὲν καὶ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀναγκαίας, οἷς πρότερον ἐτύγχανον, παύσασθαι φροντίδος ἔδοξεν, πολλοὺς δὲ ἐκ χρησίμων μεγέθος πράγματα εἰς ἀχρεῖα κειμένων, ἐξήνεγκεν τὴν ἐκείνων ἱστορίαν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐξενεγκεῖν. τούτων δὴ τῶν προειρημένων αἰτιῶν, αἱ τελευταῖαι δύο καὶ ἐμὲ συμβεβήκασιν. τὸν μὲν γὰρ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πόλεμον ἡμῖν τοῖς Ἰουδαίοις γενόμενον, καὶ τὰς ἐκ παντὸς τάξεις, καὶ τὸ τέλος οἷον ἀπέβη, πείρᾳ παθὼν ἐγὼ διηγήσασθαι, διὰ τοὺς ἐν τῇ γραφῇ λυμηναμένους τὴν ἀλήθειαν. ταύτην δὴ τὴν ἐκείνων ἐκφορὰν πάθει πραγμάτων, νομίζων ἄπασι φανῆναι τοῖς Ἕλλησιν ἀξίαν ἀκροάσεως. μέλλω δὲ δεῖξειν ἅπασαν τὴν παρ' ἡμῖν ἐξαγόρευσιν καὶ τὴν διάταξιν τῆς πολιτείας, ἐκ τῶν ἑβραϊκῶν μεθερμηνευομένων γραμμάτων. ἤδη μὲν οὖν καὶ πρότερον διεκόμισθην ὅτι τὸν πόλεμον συνέγραφον δηλῶσαι, πάντες ὅσοι ἐξ ἀρχῆς οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τίσι χρησάμενοι τύχαις, ὑφ' οἵῳ τε παιδεύσαντες νομοθέτῃ τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ τὴν ἄλλην ἀσκησιν ἀρετῆς, πόσους τε πολέμους ἐν μακρῷ

QVi ad ſcribendas hiſtorias ſe conferunt, non unam neque eandem ſui propoſiti cauſam habere mihi videntur, ſed plures, easque multum inter ſe differentes. quidam enim oſtentandæ eloquentiæ cauſa, gloriæque ex ea captandæ, ad hoc ſtudiorum genus ſe applicant. alii, quo gratiam illis referrent, quorum res geſtas ſcribendas ſibi ſumpſerunt, nulli labori, quantum in ſe fuit, pepercerunt. Sunt, quos res ipſa compulit, ut, quibus gerendis interfuerant, ea ſcripto complexa in vulgum proderent. nec defuerunt, qui res inſignes cognituque dignas in obſcuro latere non ferrent, atque ideo narrationem earum in communem utilitatem proferrent. Ex jam dictis cauſis poſtremæ duæ me quoque adidem permoverunt. Bellum enim, quod cum Romanis habuimus, & res utrinque geſtas, ac demum eventum, quæ omnia præſens ipſe meo periculo didici, narrare coactus ſum propter quosdam, qui ſcriptis ſuis veritatem depravarunt. Præſens verò opus aggreſſus ſum, ratus Græcis omnibus cognitu non injucundum fore. Complectetur enim univerſam noſtræ gentis antiquitatem, formamque reipublicæ, ex Hebraicis literis translatam. Cogitaveram equidem & antea, jam tum, cùm hiſtoriam de bello ſcriberem, docere, unde primum oriundi Judæi, quàm varia fortuna uſi, ſub quali legislatore ad pietatem cæteraſque virtutes inſtituti, quibus bellis per tot

secula gestis, inviti ad postremum contra Ro-
manos bellum sint pertracti; sed quoniam
prolixius erat hoc argumentum, seorsim illud
propriè dicato opere exorsus usque ad finem
suum perduxi. Procedente dein tempore, sic-
ut usu venit his, qui res arduas aggrediun-
tur, cunctatio quædam ac segnities mihi in-
cessit, tantam materiam in alienam ac pere-
grinam lingvam traducturo: sed fuerunt,
qui cupiditate cognoscendi ad opus me ad-
hortabantur, & præ cunctis Epaphroditus,
vir cùm omnis generis disciplinarum, tum
verò rerum gestarum peritiæ cum primis a-
vidus, ut qui ipse in maximis negotiis & va-
riis fortunæ casibus versatus, in omnibus
eximiam naturæ indolem præ se tulisset, in-
concussumque virtutis studium perpetuo re-
tinuisset. Huic igitur morem gerens, assiduo
cunctorum utile aliquid ac honestum moli-
entium fautori, cùm me mei jam suppuderet,
si viderer ignaviam speciosissimo labori an-
teponere, vires animumque resumpsi: simul
hac quoque reputatione non leviter permo-
tus, quod & majores olim nostri exteris sua
benigne communicaverunt, & Græcorum
nonnulli vehementi res nostras cognoscendi
studio flagraverunt. Itaque invenio literis
proditum, quod Ptolemæus secundus ejus no-
minis rex, totus disciplinis colligendisque li-
bris deditus, magnopere contenderit legem
nostram, ejusque instituta, & vivendi for-
mam præscriptam, in Græcum eloquium
transferri. Eleazarus autem pontificum no-
strorum nemini secundus, regi hanc utilita-
tem non invidit, reclamaturus omnino, nisi
consvetudinem haberemus à majoribus ac-
ceptam, res bonas & honestas celare nemi-
nem. Proinde mihi quoque convenire duxi,
ut & pontificis nostri imitarer magnanimi-
tatem: & hodie quoque regis illius multos
persimiles putarem, duntaxat quod ad di-
scendi cupiditatem attinet. neque enim to-
tam scripturam occupavit ille, sed legem so-
lam ei tradiderunt interpretes, qui ob hoc A-
lexandriam missi fuerant. Sunt autem innu-
mera sacris literis prodita, ut quæ quinque
millium annorum historiam in se comple-
ctantur, in qua diversi sunt inopinati casus,
varia belli fortuna, multa imperatorũ præ-
clara facinora, multæ rerum publicarum
mutationes. In universum autem ex hujus potissimum historiæ lectione cognoscere licet,
quòd his, qui Dei voluntati obsequuntur, & leges bene latas transgredi verentur, omnia
prospere succedunt, supra quàm credi possit, & felicitas illis præmium à Deo proponitur.
quod si ab illarum diligenti observatione discedant, neque consilia eorum exitum inveni-
unt, & boni ipsorũ opinione conatus in calamitates immedicabiles desinunt. Quapropter
jam nunc lecturos hæc volumina adhortor, ut Deo mentẽ adhibeant, & legislatorem nostrũ

A χρεῖς πολεμήσαντες χρόνοις, εἰς τὸν τελευταῖον ἀ-
κοντες πρὸς Ῥωμαίους κατεστησαν. ἀλλ' ἐπεὶ μεί-
ζων ἦν ἡ τ�δε τε λόγου πραγματεία, καὶ αὐτὸν ἐκεῖ-
νον χωρήσας τῆς ἰδίας αὐτῷ ἀρχαιότητος καὶ τὸ τέλος
τὴν γραφὴν συνεμέτρησα. χρόνῳ γὰρ ἐοικότως, ὅπερ
φιλεῖ τοῖς μεγάλων ἀπείρατοις ἔργοις ἐγκυ-
μοι καὶ μέλλησις ἐγίνετο τηλικαύτῃ μετενεγκεῖν
συντάξεσιν, εἰς ἀλλοδαπὴν ἡμῖν καὶ ξένην ἀφελέτε
σωτηρίαν. ἦσαν δέ τινες οἱ πόθῳ τῆς ἱστορίας ἐπ'
B αὐτὴν με προύπεμπον. καὶ μάλιστα δὴ πάντων
Ἐπαφρόδιτος, ἀνὴρ ἅπασαν μὲν ἰδέαν παιδείας
ἠσκηκὼς, διαφερόντως δ' χαρίεν ἐμπειρίας
πραγμάτων. ὅτε δὴ μεγάλοις μὲν αὐτὸς ὁμιλή-
σας πράγμασι καὶ τύχαις πολυτρόποις, ἐν ἅπασι δ'
θαυμασὴν φύσεως ἐπιδεικνύμενος ἰσχὺν καὶ προ-
αίρεσιν ἀρετῆς ἀμετακίνητον. τοῦτο δὴ πειθό-
C μενος ὡς ἀεὶ τοῖς εἰς χρήσιμον ἢ καλόν τι ἄγειν
δυναμένοις συνφιλοκαλοῦσι, καὶ ἐμαυτὸν αἰ-
σχυνόμενος, εἰ δόξαιμι ῥᾳθυμίᾳ πλέον ἢ τοῦ πρὸς
τὰ κάλλιστα χωρεῖν πόνῳ, προθυμότερον ἐπερρώ-
σθην. ἔτι καὶνὰ πρὸς τοῖς εἰρημένοις λογισάμενος
ὡς παιδεργώς, εἰ τι τῶν ἡμετέρων προγόνων, οἷς μετε-
δίδουμεν τῶν πιστῶν ἦν ἕλλησι, καὶ πρὸς τῶν Ἑλλήνων,
εἴ τινες αὐτῶν γνῶναι τὰ παρ' ἡμῖν ἐσπούδασαν.
εὗρον τίνα, ὅτι Πτολεμαῖος μὲν ὁ δεύτερος βα-
D σιλεὺς πρὸς παιδείαν καὶ βίβλων συναγωγὴν σπουδάσας, ἐξαιρέτως ἐφιλοτιμήθη τὸν ἡμέτερον νόμον,
καὶ τὴν κατ' αὐτὸν διάταξιν τῆς πολιτείας εἰς τὴν
Ἑλλάδα μεταβαλεῖν. ὁ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχιερέων
ἕνδεκος ἀρετῇ δόντες Ἐλεάζαρος τῷ προειρη-
μένῳ βασιλεῖ ταύτης ἀπολαύσαι τῆς ὠφελείας οὐκ
ἐφθόνησεν, πάντως ἀντεπῶν ἄν, εἰ μὴ πατρίον
ἦν ἡμῖν τὸ μηδὲν κρεῖν τῶν καλῶν ἀπόῤῥητον.
E καὶ μὰν τοῦτό γε πρέπειν ἐνόμισα, ἅ μὲν ἀρχιερεὺς
μιμεῖσθαι τὸ μεγαλόψυχον, τῷ δὲ βασιλεῖ πολλοὺς
ὁμοίως κτᾶσθαι καὶ νῦν εἶναι φιλομαθεῖς. οὐδὲ
γὰρ πᾶσαν ἐκεῖνος ἔφη λαβεῖν τὴν ἀναγραφήν,
ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ ἐν νόμῳ παραδοθέντα οἱ περιφέ-
ροντες ὅτι τὴν ἐξήγησιν πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. μυρία
δ' ἐστὶ δηλοῦμενα ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ἀφ'
ὧν πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίας ἐν αὐτοῖς ἐμπε-
F ληγμένης. καὶ παντοίαν μὲν ἔστι θαλάσσης πεῖραν,
πολλὰς δὲ τύχας πολέμων, ἐν στρατηγῶν ἀνδρα-
γαθίας, καὶ πολιτευμάτων μεταβολὰς. τὸ σπούδασον
οὖν μάλιστά τις ἂν ἐκ ταύτης μάθοι τῆς ἱστορίας
ἐθελήσας αὐτὴν διελθεῖν, ὅτι τοῖς μὲν θεοῦ γνώμῃ
κατακολουθοῦσιν, καὶ τὰ καλῶς νομοθετηθέντα
μὴ τολμῶσιν παραβαίνειν, πάντα κατορθοῦται περ᾽
καὶ πίστεως, καὶ γέρας ἐξαιρέτου εὐδαιμονίας φέρει
G θεός. καθ' ὅσον δ' ἂν ἀπιστῶσιν τῆς τούτων ἀκρι-
βοῦς ἐπιμελείας, ἄπορα μὲν γίνεται τὰ πρᾶγμα,
τρέπεται δ' εἰς συμφορὰς ἀνήκεστους ὅτι ποτ' ἂν ὡς
ἄριστον δρᾶν ἀπεδόσωσιν. ἤδη τοίνυν τοὺς ἐντυ-
γχάνοντας τοῖς βιβλίοις παρακαλῶ τὸν γνώ-
μονα θεὸν προσανέχειν, καὶ δοκιμάζειν τὸν ἡ-
μέτε-

μέτρον νομιζέτω, εἰ τὴν φύσιν ἀξίως αὐτοῦ κατ-
κοσμεῖ, καὶ τῇ δυνάμει πεπόνθασιν ἀεὶ τὰς πρά-
ξεις ἀποδίδωκεν, πάσης καθαρὸν τοῦ περὶ αὐτοῦ φυ-
λάξας λόγου τῆς παρ' ἄλλοις ἀλογήμονος μυθολο-
γίας, καὶ τιμῆς ἔσον ἐπὶ μήκει χρόνου καὶ παλαιό-
τητι πόλεως ἔχων ἀβέβαιον ψευδῶν πλασμάτων. γε-
γονὼς γὰρ πρὸ ἐτῶν δισχιλίων, ἐφ' ὅσον πλῆθος αἰῶνος
οὐδ' αὐτῶν οἱ ποιηταὶ τὰς γλυφὰς τῶν θεῶν, μήτιγε
τὰς ἀνθρώπων πράξεις ἢ τοὺς νόμους ἀνενεγκεῖν ἐ-
τόλμησαν. τὰ μὲν οὖν ἀκριβῆ τῶν ἐν ταῖς ἀναγρα-
φαῖς πρώτων ὁ λόγος καὶ τὴν οἰκείαν τάξιν σημα-
νεῖ, τοῦτο γὰρ ἀρχὴ παντὸς ποιήσων τῆς πραγματείας
ἐπηγγείλατο, οὐδὲν προσθεὶς οὐδ' αὖ ἀφελὼν
τῶν. ἐπεὶ δὲ πάντα ἀρχὴν ἐκ τῆς τοῦ νομοθέτου σο-
φίας ἡμῖν ἀνήρτησαι Μωϋσέως, ἀναγκαῖόν μοι βρα-
χέα περὶ ἐκείνου προειπεῖν, ὅπως ἂν μή τινες τῶν ἀ-
ναγνωσομένων ἀδιορθώτως, πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος περὶ
λέγων καὶ πράξεων ἔχων τὰ ἀναγραφήν, ὅτι το-
σοῦτον φυσιολογίας κεκοινώνηκεν. ἰσχὺν οὖν ὅτι πάν-
των ἐκείνος ἀναγκαιότατον, ἡγήσατο, τοῦ τε ἑαυτοῦ
μέλλοντι βίου οἰκονομήσειν καλῶς, καὶ τοῖς ἄλλοις νο-
μοθετῆσαι θεὸν πρῶτον φύσιν καταπονῆσαι, καὶ τῶν ἔρ-
γων τῶν ἐκείνου ἕκαστον τοῦ νῦν γινομένου, οὕτω πα-
ράδειγμα τὸ πάντων ἄριστον μιμεῖσθαι καθ' ὅσον οἷόν
τε καὶ πρᾶξιν κατακολουθεῖν. οὔτε γὰρ αὐτὸ
τι ἂν ψεύσασθαι ἀγαθὸν τοῦ νομοθέτην ταύτης
ἀποστερήσας τῆς ἀρετῆς, οὔτε τῶν γραφησομένων εἰς
ἀρετῆς λόγον οὐδὲν ἀποδήσεσθαι τοῖς ἀκούουσιν, εἰ
μὴ τὸ πάντης ἑτέρου διδαχθεῖεν, ὅτι πάντων πατὴρ τε
καὶ δεσπότης ὁ θεὸς ὢν καὶ πάντα ἐπιβλέπων,
τοῖς μὲν ἑπομένοις αὐτῷ δίδωσιν εὐδαίμονα βίον,
τοὺς ἐξω βαίνοντας ἀρετῆς, μεγάλαις συμφο-
λαῖς συμφοραῖς. τοῦτο δὴ παιδεῦσαι βουληθεὶς τὸ παί-
δευμα τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας, ἐκ τῶν νόμων θεσμῶν ἀρ-
χὰς συμβολαίων καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαί-
ων ἠρξατο τοῖς ἄλλοις ποιήσασθαι. ἀλλ' ὅτι τὸν
θεὸν καὶ τὸν κόσμου καταπιστεύειν τοὺς γνώ-
μας αὐτῶν ἀναγκαῖον, καὶ πείσας ὅτι τῶν ὅτι γῆς ἔρ-
γων τὸ θεῖον πολλῷ ἐστιν ἀνθρώπου, ὅτι πρὸς τὸ
εὐδαίμονα ἔχειν ἐκανώτατος ῥᾳδίως ἤδη περὶ πάν-
των ἐπῄει. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νομοθέται τοῖς μύθοις
ἐπικαλοῦμενοι, τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων
εἰς τοὺς θεοὺς τὸν λόγον τὴν αἰσχύνην μετέθεσαν, καὶ
πολλοῖς ὅπλοσιν εἰς κακίαν τοῖς πονηροῖς ἔδωκαν.
ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης ἀκραιφνῆ καὶ καθαρὰν τὴν
ἀρετὴν ἔχοντα τὸν θεὸν ὑπολαβών, ὡήθη δεῖν τοὺς ἀν-
θρώπους ἐκείνῳ πειρᾶσθαι μεταλαμβάνειν. καὶ τοὺς
μὴ ταῦτα φρονοῦντας, μηδὲ πιστεύοντας ἀθανάτη-
τος εἶναι τὸν θεὸν πρὸς ταῦτα ἐν τῷ ἐναντίῳ ποιεῖ-
σθαι τὴν ἔκτασιν, τοὺς ἀναγνωσομένους θαυμάζω.
φαίνεται γὰρ σκοπουμένοις ἔτως, οὐδὲν ἔτι ἄλογον
αὐτοῖς, οὔτε πρὸς τὴν μεγαλειότητα τοῦ θεοῦ καὶ τὴν
φιλανθρωπίαν ἀνάρμοστον. πάντα γὰρ τῇ τῶν ὅλων
φύσει συμφωνον ἔχει τὴν διάθεσιν. τὰ μὲν, αὐτοπρο-
σώπως τοῦ νομοθέτου ἀξίως, τὰ δ', ἀλληγορίαις μυ-
σταγωγίαις πεμ-

A probent, si naturam, ut dignum est, consideravit, & virtuti ejus convenientes semper operationes assignavit, puramq; suam narrationem ab omni, qualis apud alios est, fabularum vanitate conservavit: tametsi quantum ad longitudinem temporis, rerumq; vetustatem attinet, impune poterat quælibet mendacia confingere. Natus enim est ante annos bis mille, cum ad tot retro secula etiam poetæ ne Deorum quidem suorum natales, nedum mortaliū leges aut res gestas referre ausi fuerint. Sed hæc omnia procedens oratio accurate suo quæq; ordine docebit, ita ut nos factūras sumus polliciti, neq; subtrahendo quicquam nec addendo. Cæterum quoniam ferme omnia pendent à Mosis legislatoris sapientia, necesse habeo paucis de illo præfari, ne quem forte cogitatio subeat, qui factum sit, ut quū operis inscriptio res gestas polliceatur, tam multa ad naturæ cognitionē spectantia scriptis nostris inseruerimus. Scire igitur oportet, quod vir ille ante omnia necessarium existimavit, vel vitam suam rectè dispositurō, vel aliis leges positurō, ut in primis naturæ Dei cognitionem habeat, atque ita, consideratis ejus operibus, egregium illud exemplar imitari, quantum in suis viribus est, & sectari conetur. alioquin absq; hac contemplatione neque legislatorem ipsum unquam bonam mentem sibi paraturum, neq; scripta ejus ullum momentum ad virtutem auditorum allatura, nisi ante omnia discerent, quod Deus, cum sit parens omnium ac Dominus, omniaque contueatur, eis quidem, qui se sectantur, felicem vitam donat: qui autē à virtutis tramite digrediuntur, illos maximis calamitatibus involvit. Hanc doctrinam cives suos docere volens, non a pactis aut conventis & mutuo circa hæc jure leges est auspicatus, quemadmodum alii solent: sed ad Deum & mundum ab eo conditū erectos mente, & persuasos, quod in terris pulcherrimum Dei opus simus homines, cum jam ad pietatem haberet obsequentes, facile deinceps de reliquis omnibus edocuit. Itaq; alii legislatores priscas fabulas sequuti, pudenda hominum peccata in deos suos verbis transtulerunt, atq; hoc pacto hominibus malis magnum incitamentum ad malitiā addiderunt. at noster legislator postquam puram virtutem habere Deum docuisset, censuit pro se quemq; adniti oportere, ut in partem ejus aliquam pervenire posset: in eosque, qui neq; sapiunt hæc, neq; credunt, severe admodum animadvertit. Ad hoc igitur præscriptum volo lectorem hæc nostra examinare. namq; sic considerantibus nihil vel absurdum, vel Dei magnificentia indignum esse videbitur. omnia enim summa concinnitate juxta universi naturam sunt disposita, partim ita, ut dignum erat, à legislatore subindicata, partim decentissimis allegoriis

conveſtita: partim etiam diſerte expreſſa, nimirum quæcunque abſque ambagibus erant proferenda: quorum cauſas ſi quis ſingillatim conſiderare vellet, ſublimis inde & valde philoſophica ſpeculatio exoriretur, in aliud tempus differenda. Quod ſi Deus longiorem ætatem conceſſerit, abſolutis, quæ nunc tractamus, ut illa quoque perſcribantur, operam dabimus: nunc ad rerum ſeriem vertemus ſtylum, præmiſſis, quæ Moyſes narrat de mundo condito: ea è ſacris codicibus ita, ut invenimus, transſumpta, in hunc ferme modum ſe habent:

MUNDI CREATIO, ET *Elementorum diſpoſitio.*

CAP. II.

Geneſ. 1. IN principio creavit Deus cœlum & terram. Hæc cum in conſpectum non veniret, alta caligine tecta, ſpiritusque eam ſuperne permearet, lucem Deus fieri juſſit: quæ cum effulſiſſet, conſiderata tota materia, diſcrevit lucem à tenebris: & his nomen impoſuit noctem, illam vero diem appellavit, veſperæ & mane vocabulo exordiis lucis & quietis indito. Atque hæc quidem prima dies extitit, Moyſes autem unam eam dixit. Cujus cauſam poſſem equidem & nunc reddere: ſed quoniam promiſi, me omnium cauſas proprio volumine conſcriptas editurum, in illud tempus hanc quoque rationem differam. Poſt hæc ſecunda die cœlum univerſitati rerum ſuperimpoſuit, diſcretum à cæteris, & in ſublimi per ſe collocatum, glacieque circumpactum, & humida ac pluvia natura ob terram irroratione juvandam, competenter temperatum. Tertia vero terram ſtatuit, mari undequaque circumfuſam: eademq; die continuo plantæ ſimul & ſemina è terra ſunt exorta. Quarta verò cœlum Sole ac Luna aliisq; ſiderib⁹ exornavit, mandato eis dato, ut ſuo motu & meatu temporum, anni revolutionem manifeſte indicarent. Quinta vero die animantia, tum natatilia, tum per ſublime volantia, per altũ perque aërẽ dimiſit, copulata prius & ad congreſſus geniturę cauſa comparata, qvo genus eorũ creſceret ſimul ac multiplicaretur. Sexta autem die quadrupedum genus condidit, maſculo & fœmineo ſexu diſtinctum: in hac vero hominem etiam finxit, atq; ita mundum ſex diebus univerſum, & omnia, quæ mundo continentur, Moyſes facta eſſe dicit: ſeptima autem requieviſſe Deum, & ab operibus ceſſaviſſe, quamobrem etiam nos vacationem à laboribus per hanc diem celebramus, appellantes eam ſabbatum: quæ vox requiem Hebræorum lingua ſignificat. Quin etiam naturam interpretari poſt ſeptimam diem Moyſes incepit, de hominis fabricatione in hunc modum diſſerens:

Ανότητος. ὅσα δ' ἐξ ὁδοῦ λέγεσθαι συνέφερεν, ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντ@. τὰς μὴν τοῖς βυλομένοις ⊂ τὰς αἰτίας ἑκάστου σκοπεῖν, πολλὴ γνοῖτ' ἂν ἡ θεωρία, καὶ λίαν φιλόσοφ@. ἰὼ ἐγὼ νῦν ἀναβαλοῦμαι. θεὸς γὰρ δοὺς ἡμῖν χρόνον, περιάσομαι μὲν ταυτὶ γραψας τὰ πραγματεῖαν. τρέψομαι δὴ πάλιν ἐπὶ τὴν ἀφήγησιν τῶν πραγμάτων, μνησθεὶς πρότερον ὧν περὶ τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς, εἶπεν Μωϋσῆς ταῦτα ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις εὗρεν γεγραμμένα, ἔχοντ' ἔτως.

Τὶς ἡ τ κόσμου σύστασις, καὶ ἡ διάταξις τῶν στοιχείων.

Κεφάλαιον β.

ΕΝ ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τ γῆν. ταύτης ἔτι ὄψιν οὐκ ἐρχομένης, ἀλλὰ βαθεῖ μὲν κρυπτομένης σκότει, πνεύματ@ δ' αὐτ ἀνωθεν ἐπιφοιτ@, γλυκὺς φῶς ἐκέλευσεν ὁ θεός. καὶ χωρισθὲν τότε, καταυγάσαι τ ὅλην ὕλην, διεχώρησε τοτε φῶς, καὶ τὸ σκότος. καὶ τῷ μὲν ὄνομα ἔθετο νύκτα, τὸ δ' ἡμέραν ἐκάλεσεν, ἑσπέραν τε καὶ ὄρθρον τ ἀρχὴν, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν προσαγορεύσας. ⊂ αὕτη μὲν ἡ πρώτη ἡμέρα, Μωϋσῆς δ' αὐτὴν μίαν εἶπε. τ δ' αἰτίαν ἱκανὸς μὲν εἰμὶ ἀποδοῦναι καὶ νῦν, ἔστω δ' ἐπέχειν μοι τ ἀπόδειξιν ἐπέκτασιν ἴσως συλλογισμ@. ὑπομενῶ δὲ, εἰς τότε καὶ τ περὶ αὐτ ἐρμήνειαν ἀναβαλλόμενος. μ' ὃ τότο τῇ δευτέρα τῶν ἡμερῶν, τ οὐρανὸν τοῖς ὅλοις ἐπιθῆσιν, καὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων διακρίνας, καθ' αὑτὸν ἡξίωσε. πεπύχθαι, κρύσταλλόν τε περιπήξας αὐτῷ καὶ νότιον αὐτὸν καὶ ἐτεώδη περὶ τ ἀπὸ τ δρόσων ὠφέλειαν ἁρμονίως τῇ γῇ μηχανησάμενος. τῇ δ' τρίτῃ, ἵδρυσε τ γῆν, ἀναχέας περὶ αὐτ τ θάλασσαν, κατ' αὐτὸν δ' τ ἡμέραν δένδρα φυτά τε καὶ σπέρματα γῆθεν ἀνέτειλεν. τῇ δ' τετάρτῃ, διακοσμεῖ τ οὐρανὸν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄστροις, κινήσας αὐτοῖς ὑπερφυλας καὶ ὁδοὺς, εἰς ἃν αἱ τῶν ὡρῶν διαφοραὶ φανεραὶ σημήνειντο. πέμπτῃ δ' ἡμέρᾳ, ζῶα τε κατ' αὐτὴν νηκτά τε καὶ μεταρσια, τὰ μὲν κατ' βάθους, τὰ δὲ κατ' αἰθέρ@ ἀνῆκεν, σωθησόμενος αὐτὰ κοινωνίᾳ καὶ μίξει γονῆς ἕνεκα, καὶ σπουδάζεσθαι καὶ πλεονάζειν αὐτῶν τ φύσιν. τῇ δ' ἕκτῃ ἡμέρᾳ, δημιουργεῖ τὰ τῶν τετραπόδων γένη@, ἄρρεν τε καὶ θῆλυ ποιήσας. ἐν ταύτῃ δ' καὶ τ ἀνθρώπων ἔπλασεν, καὶ τὸν κόσμον ἐν ἓξ τ πάσαις ἡμέραις Μωϋσῆς καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ φησὶ γενέσθαι. τῇ δ' ἑβδόμῃ ἀναπαύσασθαι καὶ λαβεῖν ἀπὸ τῶν ἔργων ἐπιχείρημα. ὅθεν καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἀπὸ τῶν πόνων κ' ταύτην ἑορτὴν ἄγομεν τὴν ἡμέραν. προσαγορεύοντες αὐτὴν σάββατα. δηλοῖ δ' ἀνάπαυσιν κ' τὴν ἑβραίων διάλεκτον τὸ ὄνομα. καὶ δὴ καὶ φυσιολογεῖν μωϋσῆς μ' τὴν ἑβδόμην ἤρξατο περὶ τῆς τ ἀνθρώπ@ κατασκευῆς, λέγων οὕτως, ἔπλασε-

ἔπλασε ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πνεῦμα ἐνῆκεν αὐτῷ, καὶ ψυχὴν. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐστιν ἀδὰμος ἐκλήθη. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ τὴν ἑβραίων πυῤῥόν, ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς φυραθεὶς ἐγένετο. τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ παρθένος γῆ καὶ ἀληθινή. παρέστησε δὲ ὁ θεὸς τῷ ἀδάμῳ πᾶν τὸ ζῶον θηλυ καὶ ἄρσενα ἀποδείξας μόνον. καὶ τούτοις ὀνόματα τίθησιν, οἷς ἔτι καὶ νῦν καλοῦνται. βλέπων δὲ τὸν ἄδαμον οὐκ ἔχοντα κοινωνίαν πρὸς τὸ θῆλυ καὶ συνδιαίτησιν, οὐ δὲ γὰρ ἦν, ξενιζόμενον δὲ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις οὕτως ἔχουσιν, μίαν αὐτοῦ λαβὼν πλευρὰν ἐξέλων ἐξ αὐτῆς ἔπλασε τὴν γυναῖκα. καὶ ὁ ἄδαμος προσαχθέντα αὐτῇ ἐγνώρισεν ἐξ αὐτοῦ θηλυθέν. ἡσθεὶς δὲ ὁ θεὸς τῷ ἑβραίων διαλέκτῳ καλεῖται γυνή. τὸ δὲ ὄνομα εὔαν, σημαίνει δὲ τοῦτο πάντων τῶν ζώντων μητέρα. φησὶ δὲ καὶ θεὸς φυτεῦσαι πρὸς τὴν ἀνατολὴν παράδεισον πάντων τῶν ἡδίστων φυτῶν. ἐν τούτοις δὲ καὶ τῆς ζωῆς τὸ φυτὸν, καὶ ἄλλο τὸ τῆς φρονήσεως, ᾧ διαγνώσεται τί τε ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τί τὸ κακόν. εἰς δὲ τὸν κῆπον εἰσαγαγὼν τὸν τε ἄδαμον καὶ τὴν γυναῖκα, ἐκέλευσεν τῶν φυτῶν ἐπιμελεῖσθαι. ἄρδεται δὲ αὐτοῦ ὁ κῆπος ἐκ ἑνὸς ποταμοῦ, πάσαν τὴν ὑπὸ τὴν γῆν διερχόμενος, εἰς εἴς ποταμοὺς μέρη τέτταρα. καὶ ὁ μὲν Φεισὼν ὀνομαζόμενος, σημαίνει δὲ ἑρμηνευθὲν τὸ ὄνομα, ἐπὶ τὴν ἰνδικὴν φερόμενος ἐκδίδωσιν εἰς τὸ πέλαγος, ὑφ' ἑλλήνων γάγγης λεγόμενος. εὐφράτης δὲ καὶ τίγρις ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν ἄπειτον θάλασσαν. καλεῖται δὲ ὁ μὲν εὐφράτης φορά. σημαίνει δὲ ἤτοι σκεδασμὸν ἢ ἄνθος. τίγρις δὲ, ὀνομα δὲ ἐξ οὗ φράζεται τὸ μὴ στενὸν ὀξύ. γεὼν δὲ αὐτῆς αἰγύπτου ῥεῖ. δηλοῖ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἀναδιδόμενον ἡμῖν, ὃν δὴ νεῖλον ἕλληνες μετωνόμασαν. ὁ δὲ θεὸς τὸν ἄδαμον καὶ τὴν γυναῖκα τῶν μὲν ἄλλων φυτῶν ἐκέλευσε γεύεσθαι, ἀπέχεσθαι δὲ τῆς φρονήσεως ἀπηγόρευσεν, προειπὼν αὐτοῖς θανατηφόρους ἐκ αὐτοῦ, ἐλεύθερον γενησόμενον. ὁμοφρονούντων δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ζώων ἀπάντων, ὄφις συνδιατρίβων τῷ ἀδάμῳ καὶ τῇ γυναικὶ, φθονερῶς μὲν εἶχεν, ὡς οἷς αὐτὸς εὐδαιμονήσειν ὤετο, πεπεισμένος τοῖς δὲ θεοῦ ἀπαγγέλμασιν. εἰόμενος δὲ συμφορᾷ περιπεσεῖσθαι παρακούσαντας, ἀναπείθει κακοήθως τὴν γυναῖκα γεύσασθαι δὲ φυτοῦ τῆς φρονήσεως, ὡς αὐτοῦ λεγόντων τὸν τε ἀγαθοῦ καὶ δὲ κακοῦ διαγινώσκειν μὴ γινομένους αὐτοὺς, μακάριον, καὶ μηδὲν ἀπολείποντας δὲ θεὸν διαζῆν βίον. καὶ παρακούσασα μὲν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα τῆς ἐντολῆς δὲ θεοῦ καταφρονήσασα γεύεται δὲ φυτοῦ, καὶ ἡσθεῖσα τῇ ἐδέσματι, καὶ τὸν ἀδάμαν αὐτοῦ γεύσασθαι κρείττω ἐποίησε. καὶ συνίεσαν ἑαυτῶν ἤδη γεγυμνωμένων, καὶ σκεπὴν ἑαυτοῖς ἐπενόουν. τὸ γὰρ φυτὸν ὄντως καὶ διανοίας ὑπῆρχεν. φύλλοις συκῆς αὐτοὺς συνῆγεν ἀπάτιον. καὶ πεῦται τῆς αἰδοῦς προβαλλόμενοι, μᾶλλον ἀδέκαιον ἐδαμονεῖν, ὡς ὢν πρότερον ἑαυτοὺς ἀνίζον ὁρᾶτε. τοῦ θεοῦ δὲ εἰς τὸν κῆπον ἐλθόντος, ὁ μὲν ἄδαμος πρότερον εἰς ὁμιλίαν αὐτοῦ φοιτῶν, σιωπηρὸς αὐτοῦ τὴν ἀδικίαν, κατεχόμενον τὸν θεὸν ἐξένιζεν τὸ πρωτόπλαστον τὴν αἰτίαν ἐπονειδίζοντα, διὸ καὶ πρότερον ἡδόμενος τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίᾳ, νῦν φεύγει παύεσθαι καὶ πρεσβεύσασθαι τοῦ θεοῦ, μηδὲν φθεγγομένου διὰ τὸ συγγινώσκειν αὐτοῦ ἐφόβητο τοῦ θεοῦ ἐντολὴν καὶ πρόνοιαν, ἀλλ' ἐμὲ μὲν, ἔφην ὁ θεὸς ἔγνωκε πρὸ ὑμῶν, ὅπως βίον διάγοντα καὶ κακοῦ παντὸς βιώσεσθε ἀπαθῆ,

Finxit Deus hominem humo telluris ſumpta, immiſitq; in eum ſpiritum & animam: homo autem hic vocatus eſt Adamus. ſignificat autem hoc Hebræorum lingua rufum: quandoquidem è rúſa humo fermentata eſt factus. talis enim eſt intacta terra & vera. Statuit autem Deus coram Adamo diverſa animalium genera, tam maſculina quam fœminina ei oſtendens: qui eis nomina indidit, quibus hodie quoque nominantur. Videns autem Adamum carentem ſocietate & convictu fœminæ (nondum enim erat) mirantemq;, quod reliquæ animantes ita ſe haberent: ſopito illi coſta una exempta, mulierem ex ea formavit: moxq; ut eſt adducta, ex ſe productam Adamus agnovit. Iſſa autem Hebræorum lingua vocatur mulier. hujus autē nomen erat Eva, id ſignificat matrem omnium viventium. Narrat præterea Deum hortum ad Orientem plantaſſe omni virenti planta: & in his fuiſſe arborem vitæ, & aliam ſcientiæ, per quam dignoſceretur bonum à malo. in hunc hortum cum introduxiſſet Deus Adamum cum uxore, juſſit eos plantarum curam habere. Rigatur autem hic hortus ab uno amne, univerſam in circuitu terram luſtrante, qui in quatuor diverſos alveos finditur. Horum qui Phiſon nominatur (ea vox multitudinem ſignificat) ad terram Indiam delatus, in illud ſe pelagus exonerat, Græcis Ganges appellatus. Euphrates autem & Tigris in rubrū mare exeunt: qvorū Euphrates vocatur Phora, id ſignificat vel diſperſionem vel florem. Tigris autē Diglath, quod interpretatur anguſtus ſimul & velox. Geon autem Ægyptum mediam ſecat: id nobis ab Oriente exortū ſignat, quem Græci Nilum appellare ſolent. Porro Deus Adamum & uxorē de cæteris plantis guſtare juſſit, una arbore ſcientiæ ſolum illis interdixit, præmonitis, ſi attigerint, confeſtim exitium eis affuturum. Cum autem per id tempus nullum eſſet inter animalia diſſidium, & ſerpens familiariter cum Adamo ac uxore degeret, invidebat eis felicitatem venturam, ſi juſſis Dei parere perſeverarent: & ratus, in calamitatem caſuros, ſi mandata neglexiſſent, malitioſe perſuadet mulieri, ut de arbore ſcientiæ guſtaret, aſſeverans, ineſſe ei vim dignoſcendi boni ac mali: de qua ſi guſtaſſent, beatam nihiloque deteriorem quam Deum vitam acturos. atque hoc pacto mulierem ſubvertit, ut mandatum Domini contemneret: quæ, guſtato arboris fructu, ciboque hoc delectata, etiam Adamo uſum ejus perſuaſit. jamque ſe nudos eſſe ſentiebant, & de tegmento ſibi diſpiciebant. arbori enim acuminis & cogitandi vis inerat. Foliis igitur ficulneis ſeſe texerunt, atque ita convelatis pudendis, videbantur ſibi feliciores, qui inveniſſent, qvo prius carebant. Mox cum Deus in hortum veniſſet, Adamus antea familiariter cum Deo colloqui ſolitus, conſcius ſibi injuſtitiæ ſecedebat. Deus autem miratus cauſam, ſcitabatur, quid ita, prius delectatus ſua conſuetudine, nunc fugitaret ac latitaret. Illo vero tacente præ conſcientia non ſervati præcepti, Deus ita inſit: Equidē proſpexerā vobis, qvomodo vitam felicem omnisq; mali expertē viveretis,

Geneſ. 2.

Geneſ. 3.

nulla nova cura in animo solicitati, omnibus quæcunque ad usum ac voluptatem conferunt, sua sponte vobis provenientibus, mea unius providentia citra omnem vestrum laborem aut solicitudinem: quibus fruentes vos neq; senectus celeriter opprimeret, & vita diuturna quam longissime proferretur. tu vero hanc meam sententiam ludibrio habuisti, mandato meo contempto. non enim propter bonum aliqvod taces, sed propter malam conscientiam: quare & senectus ocyor superveniat, & vita vestra minus sit diuturna. Adamus autem excusabat peccatum, & iram Dei deprecabatur, culpam in uxorem referens, & dicens, ab illa deceptum se peccavisse: at illa serpentem accusabat. Tum Deus mulctavit eum, quod muliebri consilio cessisset: terramque nullos posthac fructus sponte proferre jussit: laborantibus autem & opere attritis alia dare, alia negare. Evam autem parturitionibus & hoc genus doloribus castigavit, eo quod ipsa à serpente decepta Adamum eisdem dolis illectum in calamitates conjecisset. quin & serpenti vocem ademit, iratus ob malitiam, qua erga Adamum est usus: venenumq; linguæ ejus indidit, & hostem eorum declaravit: admonuitque, caput ejus plagis impetendum esse, tum quod in hoc pernicies hominis sita sit, tum quod ipsa bestia hoc pacto facillime opprimatur: ad hæc pedibus privatum trahi per terram, ac volvi fecit. His pœnis impositis, Deus Adamum & Evam ex horto in aliam regionem transtulit.

μηδεμιᾶ ξενιζόμενοι τῷ ψυχλῷ φροντίδι, πάντων δ' ὑμῖν αὐτομάτων ὅσα πρὸς δυπολαυσιν καὶ ἡδονὴν συμπλεῖ κ τὴν ἐμὴν ἀνιόντων προνοιαν χωρὶς ὑμετέρου πόνου καὶ παλαιπωρίας. ὧν παρόντων γῆρας τε ἧττον ἂν ἐπέλθοι, καὶ τὸ ζῆν ἐς μακρὸν ἂν ὑμῖν χρόιτο. νῦν δ' εἰς ταυτην μου τὴν γνώμην ἐνύβρισας ὠλιγωρήσας τῶν ἐμῶν ἐντολῶν. οὐ γὰρ ἐπ' ἀρετῇ τῷ σιωπῷ ἄγαι, ἀλλ' ὅτι συνειδότι πονηρῷ. ἄδαμος μὲν οὖν παρητεῖτο τῆς ἁμαρτίας αὐτὸν, καὶ παρεκάλει τὸν θεὸν μὴ χαλεπαίνειν αὐτῷ, τὴν γυναῖκα τὸ γεγονὸς αἰτιώμενος, καὶ λέγων ὡς αὐτῆς ἐξαπατηθεὶς ἁμαρτάνειν. ἡ δ' αὖ κατηγόρει τοῦ ὄφεως. ὁ δὲ θεὸς ἤθελεν γυναικείας συμβολῆς αὐτὸν γνώμων ὡς ἐπὶ δηλ τιμωρία, τῷ γλῶ σὺν ἐπὶ μὲν αὐτῆς τὸ ἑαυτῆς ἀναδώσειν αὐτόματος ἐπιὼν, πονοῦσι δὲ καὶ τοῖς ἔργοις τριβομένοις, τὸ μὲν παρέξειν, τὸ δὲ σὺν ἀξιώσειν. δ' ἂν δὲ πικρὸς καὶ πρὸς ἐξ ὠδίνων ἀλγηδόσιν σκόλαζεν, ὅτι τὸν ἄδαμον οἷς αὐτῷ ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν, τούτοις ὠφελκρουσαμένη συμφορᾶς ὠφελάβεν. ἀφείλετο δὲ καὶ τὸν ὄφιν τῆς φωνῆς, ὀργισθεὶς ὅτι κακοηθεία τῇ πρὸς τὸν ἄδαμον, ἐχθραν ἐνέθηκεν αὐτῷ τε γλῶτταν αὐτῷ, πολέμιον ἀποδείξας αὐτοῖς, καὶ ὡσοπῆρμον κ τὸ κεφαλῆς φέρειν τὰς πληγὰς ὡς ἐν σκιᾷ τῆτε κακοῦ δ πρὸς ἀνθρώπους κειμένου, καὶ τῆς πελάτης βάσης τοῖς ἀμυνομένοις εὐρμίης. πόδῶν τε αὐτὸν ἀποστερήσας σύρεσθ κ τῆς γῆς ἐλισσομένων ἐποίησε. καὶ ὁ μὲν θεὸς ταῦτα πρὸς ἄξας αὐτοῖς πάσχειν, μετοικίζει τὸν ἄδαμον καὶ τὸ δ' ἂν σκ δ κήπου εἰς ἕτερον τόπον.

CAP. III.

De posteritate Adami, & decem ætatibus usque diluvium.

Genes. 4. NAti sunt autem eis & filii mares duo, horum prior appellatus est Cain, quòd interpretatur acquisitio: Abel autem secundus, ea vox luctum significat. Natæ sunt eis etiam filiæ. Hi fratres suis quisq; studiis intenti erant. Abel justitiam colebat, & omnibus actionibus suis Deum præsentem ratus, virtuti operam dabat, pastoralis autem ejus erat vita. Cain vero, qvum alioqvin etiam pessimus esset, lucrumq; solum spectaret, terram quoq; arare primus excogitavit: ac postremo fratrem etiam interemit tali de causa. Qvum visum eis esset sacrificare Deo, Cain agri & arborum fructus obtulit, Abel lac & primogenita pecorum. Hujus sacrificium Deo fuit acceptius, qvod sponte naturæ genitis constaret, quam ea, quæ homo avarus & industrius per vim quandam à natura extorserat. Ideo Cain ægre ferens, prælatum sibi à Deo Abelem, interfecit fratrem, &, cadavere ejus abdito, rem clam fore putabat. Qvo cognito, Deus venit ad Cain, rogans de fratre, ubinam esset? multis enim diebus se non vidisse eum, quem reliquo omni tempore cum ipso versari animadvertisset. Tum Cain anxius, nec habens, qvod responderet Deo, primum se qvoque demirari ait, qvi factum sit, qvod frater nusquam compareat. Instante vero Deo, & accuratius inquirente, jam commotior negavit se pædagogum fratris, aut rerum ejus observatorem esse. Tum Deus coar-

Κεφάλαιον γ'.

Περὶ γήνες ἀδάμου καὶ τῶν αὐτοῦ δέκα γενεῶν τῶν μέχρι τ κατακλυσμοῦ.

Γίνονται δ' αὐτοῖς καὶ παῖδες ἄῤῥενες δύο. προσηγόρευ δ' αὐτῶν, ὁ μὲν πρῶτ, κάϊς. κτῆσιν τοῦτο σημαίνει μεθερμηνευόμενον τὸ ὄνομα. ἄβελ, ὁ δεύτερ. σημαίνει, πένθ τοῦτο. γίνονται δ' αὐτοῖς καὶ θυγατέρες. οἱ μὲν οὖν ἀδελφοὶ ἐχρῶντο ἐπιτηδεύμασιν. ἄβελ μὲν γὰρ ἐνεώτερ δικαιοσύνης ἐπεμελεῖτο, καὶ πᾶσιν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις παρεῖναι τὸν θεὸν νομίζων, ἀρετ προσηνεῖτο. ποιμνικὸς δ' ἦν ὁ βίος αὐτοῦ. κάϊς δ, πρὸς ἅπερ πονηρότατ, καὶ πρὸς τὸ κερδαίνειν μόνον ἀποβλέπων, γῆν τε ἀρουν ἐπενόησεν πρῶτος. καὶ κτείνει καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ σὺν τοιαύτης αἰτίας. θυσαι τῷ θεῷ δόξαν αὐτοῖς, ὁ μὲν κάϊς ἀπὸ γεωργίας καὶ τῶν φυτῶν καρπὸς ἐπήνεγκεν. ἄβελ δ γάλα, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν βοσκημάτων. ὁ θεὸς δ ταύτη μᾶλλον ἥδετ τῇ θυσίᾳ, τοῖς αὐτομάτοις καὶ κ φύσιν γεγονόσιν τιμωμένοις, ἀλλ' οὐχ τοῖς κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρώπου τελεσιεργοῦ κ βίαν πεφυκόσιν. ἐνθεν ὁ κάϊς ὠφλοιμώδης ἐπὶ τῷ προτετιμῆσθαι τὸν ἄβελαν ὑπὸ θεοῦ, κτείνει τὸν ἀδελφόν. καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ πιήσας ἀφανῆ, λήσειν ὑπελάμβανεν. ὁ δὲ θεὸς σωσὶς τὸ ἔργον ἦλθεν πρὸς τὸν κάϊν, πρὸς ἀδελφοῦ πυνθανόμενος, πῆποτε εἴη. πολλῶν γὰρ ἡμερῶν σὺν οἶδεν αὐτὸν, τὸν ἄλλον χρόνον ἅπαντα μετ' αὐτοῦ βλέπων αὐτὸν ἀναστρεφόμενον. ὁ δὲ κάϊς ἀποροῦμενος, καὶ σὺν ἔχων ὅτι λέγοι πρὸς τὸν θεὸν, ἀμηχανεῖν μὲν καὶ αὐτὸς ἔφασκεν τὸ πρῶτον, ὅτι ἀδελφῷ μὴ βλεπομένῳ. παροξυνθεὶς δ θεοῦ λιπαρῶς ἐγκειμένου καὶ πολυπραγμονοῦντος, σὺν εἶναι παιδαγωγὸς οὐδὲ φύλαξ αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων ἔλεγεν. ὁ δὲ θεὸς πιστεῦσαι ἤλεγχεν ἤδη τὸν

κάϊν

καὶ φονία τὸν ἀδελφὸν ἡμύμνον. καὶ θαυμάζω φησὶν, A guit Cain parricidii, mirari se dicens, qvod negaret se quicquam de fratre scire, quem ipse interemisset. & supplicium quidem qvod cæde commeruerat, ei remittit, sacrificio placatus, ne gravius in supplicem sæviret: sed male ominatus ei, & posteris ipsius, usque septimam progeniem puniturum se est comminatus: & ex illa regione extorrem una cum uxore fecit. Illo autem timente, B ne oberrans in feras incideret, atque ita periret, securum esse jussit, quod ad hoc periculum attinet, & impavide terras peragrare: & signo, ei indito, qvo nosci posset, abire procul jussit. Cain autem multas regiones una cum uxore emensus tandem Naida condidit: id loci nomen est: atq; illic sedem optavit, ubi etiam liberos procreavit. Cæterum tantum abfuit, ut hac castigatione in melius vitam mutaverit, ut pejor etiam sit factus, suis voluptatibus vel cum aliorum injuria indulgens: & facultates domesticas per vim ac rapinas accumulans, accitis undecunque latrociniorum & nequitiæ sociis, magister illis ad facinorosam vitam est effectus. Adhæc simplicem hactenus vivendi rationem, excogitatis mensuris & ponderibus immutavit, pristinamq; sinceritatem & generositatem ignaram talium artium in novam quandam versutiam depravavit. Primus agrorum terminos fixit, urbemque extructam & communitam coactis in unum domesticis & clientibus inhabitandam tradidit. Enosæ nomine imposito ab Enoso liberorum natu maximo. Is Jaredum genuit, ex qvo Malalehel, & ex eo deinceps Mathusala est progenitus. huic Lamechus fuit filius, qui liberos habuit septuaginta & septem, ex duabus susceptos uxoribus, Sella & Ada. Ex his Jobel ex Ada natus, tabernaculis E constructis, pastorali cultu ac victu fuit contentus. Jubal vero germanus ejus musicæ operam dedit, psalteriumq; & citharam invenit. Thobel autem unus ex altera uxore prognatorum viribus excellens rem militarem egregiè tractavit, cujus artibus & opes ampliores, & victum lautiorem sibi comparavit. quin & æraria primus est commentus, & filiæ factus est pater unius, nomine Naamæ. Porro Lamechus divini juris non F imperitus, videns pœnas se exoluturum parricidii à Caino perpetrati, uxoribus suis hoc indicavit. Cæterum, superstite etiam tum Adamo, Caini soboles sceleratissima evasit, dum posterior qvisq; fit deterior, nec solum imitatur priorum vitia, sed & superat, interim nec à bellis, nec à latrociniis temperando: & qui à cædibus abstinebant, alioquin avare & superbè inter suos vivebant. Adamus autem, qui primus è terra factus, ut ad illum oratio nostra recurrat, postea- G quam Abel esset mactatus, & Caini propter cædem solum vertisset, procreandis liberis operam dedit, quod magno prolis desiderio teneretur, annos jam natus triginta supra ducentos: quibus cum accessissent septingenti, tandem vita defunctus est. ex hujus liberis, quos complures habuit, fuit etiam Sethus. sed quia de aliis longum esset narrare, de solo Setho mentionem faciam. hic a patre educatus, ubi eo ætatis venit, ut jam, quod rectum est, discernere valeret, virtutis studiis se totum dedidit: & cum ipse vir optimus evasisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit. qui quoniam erant omnes bona indole præditi,

& patriam absq; seditione incolebant, in perpetua felicitate vitam exegerunt. & sideralem scientiam ac cœlestium rerum cognitionem excogitaverunt. ne autem inventa sua ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent, quam pernoscerentur, scientes Adamum universalem rerum interitum præcecinisse, unum incendio, diluvio alterum, excitatis duabus columnis utriq;. sua inventa inscripserunt: ut, si lateritiam diluvio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. ajunt enim lapideam illam ab ipsis dedicatam, quæ & nostris temporibus extat in terra Syria.

CAP. IV.

De diluvio, & quomodo Noe in arca cum familia servatus habitarit in campo Senaar.

Genes. 5. 6. IN hunc modum per septem generationes perseveraverunt, unum Deum colentes omnium rerum Dominum, semperque virtutis respectum habentes. Procedente dein tempore à patriis institutis degenarunt, neque humana jura servantes, neque Deo consuetos honores persolventes. & qui prius certatim virtutem exercuerant, postea duplo majore studio malitiam consectabantur: atque ita Deum infensum sibi reddiderunt, nam multi angeli Dei cum mulieribus congressi progeniem procreaverunt insolentem, & fiducia roboris omne jus & fas contemnentem: quorum facinora non absimilia his, quæ de gigantibus Græci memorant, posteritati sunt tradita. Noë autem facta eorum moleste & indigne ferens, suadebat, ut in melius voluntates ac opera sua transmutarent: verum cum videret illos sibi non parere, totosque vitiorum dulcedini succumbere, veritus, ne & se & familiam suam interimerent, secedens cum suis in aliam regionem migravit. tum Deus viri justitia delectatus, non ejus solum seculi homines extremæ malitiæ damnavit: sed cum decrevisset, universum humanum genus extinguere, aliudque novum & à vitiis purum instaurare, primum vitam eorum breviore spatio circumscripsit, & abrogata longævitate, intra centum & viginti annos coercuit, deinde continentem terram in pelagi faciem transmutavit, atque ita genus illud abolevit universum. Noe autem solus est servatus, divino oraculo viam evadendi & rationem edoctus talem: Arcam quatuor contignationum exstruxit longitudine cubitorum trecentorum, latitudine quinquaginta, patentem in altum cubitos triginta, in eam cum matre liberorum suorum, eorumque conjugibus conscendit: impositus prius, quæ ad vitam sustentandam forent usui, & omne genus animantibus ad seminarium conservandum jugatim pro sexus ratione introductis, & quibusdam ex his septenarium usque numerum. erat autem arca tam tecto quam lateribus firmis contra omnem vim tempestatum, & undarum insultum. In hunc modum servatus est Noe cum familia, gentis successione ab Adamo decimus. nam a Lamecho est genitus, cui pater fuit Mathusala. hic autem Enochi fuit filii Jaredi, Malahelo geniti, qui cum pluribus fratribus ex Cainane prognatus fuerat Enosi filio. Enosus vero Sethi filius erat, Adami nepos. contigit autem hæc vastitas anno ætatis Noe sexcentesimo, mense secundo,

A γῆν τὸ τὴν αὐτὸν ἀσεσίαν κατωκήσαντες, ὑδαμόνησαν μηδενὸς αὐτοῖς ἄχρι τελευτῆς δυσκόλου πεφανησόντος. σοφίαν τε τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν. ὑπὲρ ἣ δὲ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ ἀφανισμὸν ἀδάμου τῶν ὅλων ἐσεσθαι. τὸ μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς, τὸ ἕτερον δὲ κατὰ βίαν ὕδατος, στήλας δύο ποιησάμενοι, τὴν μὲν ἀπὸ πλίνθου, τὴν δὲ ἐπὶ λίθων, ἀμφοτέραις ἐνέγραψαν τὰ δόξαντα. ἵνα καὶ τῆς πλινθίνης ἀφανισθείσης ὑπὸ τοῦ ἐπομβρίας ἡ λιθίνη μένουσα παράσχῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα δηλοῦσα. καὶ πλινθίνην δὲ ἔτι καὶ αὐτῶν ἀνατεθῆναι, μένει δὲ ἄχρι δεῦρο καὶ τὴν συριάδα.

B

Κεφάλαιον δ'.

Ὡς ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, καὶ ἐν τρόπον νῶε σωθεὶς λάρνακι μετὰ τῶν συγγενῶν κατῴκησεν ἐν τῷ σιναρῷ πεδίῳ.

C

ΚΑὶ ὅτι μὲν ἐπὶ γενεὰς διέμειναν θεὸν ἡγούμενοι δεσπότην εἶναι τῶν ὅλων καὶ πάντα πρὸς ἀρετὴν ἀποβλέποντες. ἐπεὶ περιῆν καὶ χρόνῳ, μεταβάλλον τὸ πρὸς τὸ χεῖρον ἐκ τῶν πατρίων ἐθισμῶν, μήτε τὰς νενομισμένας τιμὰς ἐπὶ τοῦ θείου παρέχοντες, μήτε πρὸς ἀνθρώπους δικαίως πεπολιτευμένοι λόγον. ἀλλ' εἰς πρότερον ἔτι τῆς ἀρετῆς ζῆλωσιν, ἀναλαμόνα τῆς κακίας τοῦ ὑπεδείκνυμεν δι' ὧν ἔπραττον. ἔνθεν αὐτοῖς τὸν θεὸν ἐξεπολέμωσαν. πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι θεοῦ γυναιξὶ συμμιγέντες, ὑβρίσεις ἐγέννησαν παίδας, καὶ παντὸς ὑπερόπτας καλοῦ, διὰ τὸ ὅπερ τῇ δυνάμει πεποίθησιν. ὅμοια τοῖς ὑπὸ γιγάντων πεπλασμένοις λεγομένοις ὑφ' ἑλλήνων, καὶ ὅτι δρᾶσαι ῥᾳδιόν. ὁ ναὶ μὴν τοῖς ὑπ' αὐτῶν πεπλομένοις δυχεραίνων καὶ ἀλγηδὼς ἔχων, ἔπειθεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τὸν διανοιαν καὶ τὰς πράξεις μεταφέρειν. ἐρῶν δ' οὐκ ἐνδιδόντας ἀλλ' ἰσχυρῶς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τῶν κακῶν κεκρατημένους, δείσας καὶ μὴ φονεύσωσιν αὐτὸν μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, καὶ τῶν σὺν τοῖς οἰκείοις, ἐξεχώρησε τῆς γῆς. ὁ δὲ θεὸς τοῦτον μὲν τὸν δικαιοσύνης ἠγάπησε. κατεδίκαζε δὲ οὐκ ἐκεῖν μόνον τὸν κακίας, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅσον ἦν ἀνθρώπινον τότε δόξαν αὐτὸν διαφθεῖραι, καὶ ποιῆσαι γένος ἕτερον πονηρίας καθαρὸν ἀπτεμόμενος αὐτῶν τὸν βίον, καὶ ποιήσας ἐτῶν οὐκ ὄσα πρότερον ἔζων, ἀλλ' ἑκατὸν εἴκοσιν, εἰς θάλασσαν τὸν ἤπειρον μετέβαλε. καὶ οἱ μὲν ἅτως ἀφανίζοντας πάντες νῶε σώζει μένον, ὑποδεμένῳ μηχανὴν αὐτῷ καὶ πορεῖαν πρὸς σωτηρίαν τοῦ θεοῦ, τοιαύτην. λάρνακα τετράγωνον κατασκεύασε, τὸ μῆκος πηχῶν τριακοσίων, πεντήκοντα δὲ τὸ πλάτος, καὶ τεσσαράκοντα βάθος, εἰς ταύτην σὺν τῇ μητρὶ τῶν παίδων καὶ ταῖς τούτων γυναιξὶν ἐνέβη, τά τε ἄλλα ὅσα πρὸς τὰς χρείας αὐτοῖς ὑπάρχειν ἐμέλλεν ἐν δέοντι, ζῶά τε παντοῖα πρὸς διατήρησιν τοῦ γένους αὐτῶν, ἀρρένα τε καὶ θήλεα συνεισκαλούμενος, ἀλλά τε τούτων ἐπαπλασίονα τὸν ἀριθμόν. ἦν δὲ ἡ λάρναξ τὸς τε τοίχους καρτερὰ καὶ τὸν ὄροφον, ὡς μηδαμόθεν ὑπικλύζεσθαι, μηδὲ ἅπτεσθαι τοῦ ὕδατος βίας. καὶ ὁ νῶε μὲν οὕτω μετὰ τῶν οἰκείων διασώζεται, ἦν δὲ αὐτὸς μὲν, λέγε ἀδάμου δέκατος. λαμεχ γάρ ἐστιν υἱὸς, οὗ πατὴρ ἦν μαθουσάλας. οὗτος ἦν τὸν ἑνῶσον δὲ ἰαρέδου, μαλαήλου ἦν ἰαρέδος ἐγένετο, οὗ ἐκ καΐος τέκνα τὸν ἑνῶσου σὺν ἀδελφοῖς πολέσιον. ἑνῶσος ἦν υἱὸς ἦν τοῦ ἀδάμου. συνέβη δὲ τοῦτο τὸ πάθος καὶ τὸν ἑξακοσιοστὸν ἔτος ἤδη νῶε τὰς ἀρχῆς, ἐν μηνὶ δευτέρῳ.

D

E

F

G

qui

δίον μὲν ὑπὸ μακεδόνων λεγόμενον, μαρσουάνην δ' ὑπὸ ἑβραίων. οὗτος γὰρ αἰγυπτίοις τὸν ἐνιαυτὸν ἤσαν διαφορήσας. μωυσῆς δ' τὸν νισὰν ὃς ἐστὶ ξανθικὸς, μῆνα πρῶτον εἰς τοὺς ἑορτασμοὺς ἔθετο, καὶ τοῦτον ἐξ αἰγύπτου τοῖς ἑβραίοις ἐξαγαγών. ἔτος δ' αὐτῷ καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς εἰς τὰ θεῖα πομπὰς ἦρχεν. ὅθεν μὲν τοῦτο ἐνιαυτὸς καὶ πρᾶξις καὶ τἄλλα διοικήσιν, τὸ πρῶτον νόσμου ἐνθυμεῖσθε. τῷ δὲ ἐπομβρῆσαι φησὶν ἐβδόμῃ δεκαημέρῳ μηνὸς καὶ εἰκάδι. χρόνος δ' ὅτος ἀπὸ ἀδὰμ ἕως πρώτου γενόστος ἐτῶν διαφερόντως ἑξακοσίων πεντήκοντα ἑξ. ἀναγεγραπται δ' ὁ χρόνος ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, σημειωμένων μὴ πολλῆς ἀκριβείας τῶν τότε καὶ τοὺς ἡμέτερους τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν καὶ τοὺς πλάστας. ἀδὰμῳ μὲν ἐν τριακοσίῳ ἤδη καὶ δισχιλιοστῷ ἔτει γενομένῳ, παῖς σὴθ ἐγένετο. ὃς ἐνιαυτοὺς μὲν καὶ τριακοντα ἐβίωσεν ἔτη. σὴθος δ', καὶ πεντήκοντα καὶ δισχιλιοστὸν ἔτος ἐγέννησεν ἔνωσον. ὃς δωδεκα ζήσας ἔτη καὶ ἐνακόσια, καϊνᾶν τὸν παῖδα τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν ἐδιδάξατο, τεκνωσας αὐτῷ ἐν ἑκατὸν καὶ ἐνενηκοστῷ ἔτος. ἔτος δὲ ἔβιωσεν ἔτη πᾶντα ἕως τοὺς ἐνακοσίους. καϊνᾶς δὲ βιὺς δεκα καὶ ἐνακόσια, μαλέηλον ἦον ἔσχεν ἔτει γεννήσει ἑκατοστῷ ἑβδομηκοστῷ. ἔτος δὲ μαλεηλος ζήσας πᾶντα ἕως ἐνενηκοντα καὶ ἑκακοσίοις ἐτελεύτησεν ἰάρεδον καταλιπὼν υἱόν. ὃς ἔτος ἤδη δεύτερον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ ἑκατὸν ἡλικίαν, ἐγέννησεν ἔνωχον εἰς δύο καὶ ἑξηκοντα ἕως τοὺς ἐνακοσίους βιώσαντα. ἔνωχον δ' ὁ ἰάρεδος ἐζηκὼς ἔτη δύο καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν τὸ πατρὸς αὐτῷ πυγχάνοντος, ἔτος ζήσας πᾶντα ἑξηκοντα ἕως τοὺς τριακοσίους, ἀνεχώρησε πρὸς τὸν θεὸν, οὗπερ ἕδε τελευτῶν αὐτὸν ἀναγεγράφασιν. μαθουσάλας δ' ἐνώχου παῖς κὴ ἔτος αὐτῷ γεγονὼς ἑβδομηκοστὸν καὶ ἑξακοσιοστὸν ἑκατοστὸν, λάμεχον ἦον ἔσχε, ἔτη γεγονὼς δύο καὶ ὀγδοηκοντα καὶ ἑπτακόσια. ὧ τὴν ἀρχὴν παρέδωκεν, αὐτὸς, αὐτὴν καταρχὰν ἐνέκα καὶ ἑξηκοστὸν ἐπὶ ἐνακοσίοις. λάμεχος δ' ἀρξας ἑπτὰ ἐπὶ ἑπτακοσίοις ἔτεσι, νῶχον τῶν πραγμάτων ἀποδέικνυσι πρεσβύτατον υἱόν, ὃς λαμέχῳ ἡλικίᾳ, δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος λευκοῖ ἐνακοσίοις ἔτεσιν ἤρξατο πραγμάτων. ταῦτα σωαζόμενα τὰ ἔτη, τὸ προκειμένου συμπεπερασμένον χρόνου. ἐξετασ ἔτω δ' μηδὲ τὰς τελάστας τῶν ἀνδρῶν, τοῖς γὰρ αὐτῶν παισὶ καὶ τοῖς ἐκείνων ἀπογόνοις συμπαρεξέτεινον τὸν βίον, ἀλλὰ τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν μόνον ὁρατω. Ἐπισημαντὸς δ' θεοῦ, καὶ ὕσιν δεξαμένου, τὸ ὕδωρ ἡμέρας πεντακοσίας ὅλας κατέφερετο ἀς ὅτε πήχεις πᾶντα καὶ δεκα τοῦ γῆν ὑπερέχον. ἐφ' ἑπτὰ τῷ αὐτῷ τῷ μὴ ἀφανισθῆναι πλείονας φυγῆς ἀφορμὰς ἔτι ἔχοντας. παυσαμένου δ' ὑετοῦ, μέλις ἤρξατο ἀποβαίνειν τὸ ὕδωρ ἐφ' ἡμέρας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ὡς μιᾶ ἑβδόμῃ, ἰσαμβοῦ δ' ἐν ἑβδόμῃ. ἔπεσεν τὰς λάρνακος ἐπὶ ἄκρων τινὰ ὄρους σαθείσης κατὰ τὴν ἀρμονίαν, σωθεὶς ὁ νῶχος, ἀνοίγει ταύτην. καὶ διαπέμπει γῆν βεβηκέναι ἐπὶ αὐτῆς, ἔτι χερσαίας ἀπὸ γεγονὸς ἐλπίδος, ἠρέμα ἐλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις μᾶλλον ἀποχωρούσης ὕδατος, μεθίησι παράκλητον βουλόμενος μαθεῖν εἰ καὶ τὰλλα τῆς γῆς ἐκλελειμμένον ἐστὶ ὕδατος, ἀσφαλὲς ἐὰν ἤδη ἐκβαίνειν. ὁ δὲ πᾶσαν ὁρῶν ἔτι λιμναζομένην ἐπὶ νώχου ἐπιστρέφει. μετ' ἡμέρας ἑπτὰ ἑτέρας ἐπὶ

A qui Dius à Macedonibus vocatur, ab Hebræis Marsonane. sic enim Ægyptii distinxerunt annũ. Moses autem Nisan, qui est Xanthicus, mensem primum in suis fastis ordinavit, quod per hunc Hebræos ex Ægypto eduxisset. eundem etiam omnium, quæ ad rem divinam pertinerent, exordium fecit: alioqui, quod ad nundinationes rerum venalium, reliquamq; dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu annotavit. Vim autem imbrium cœpisse ait vigesima septima jam dicti mensis post annum ab Adamo primo homine bis millesimum sexcentesimum quinquagesimum sextum. hoc spatium temporis relatum est in sacros codices, diligenter annotantibus priscis illustrium virorũ tam natales quam obitus. Adæ siquidem, qui nongentos & triginta vixit annos, cum esset triginta & ducentorum annorum, Sethus filius natus est: Sethus autem ducentesimo & quinto anno genuit Enosum. qui dum quinque & nongentis vixisset annis, Cainano filio suo rerum curam tradidit, quem genuerat anno centesimo nonagesimo. hic vixit annis decem & nongentis. Cainan, cum vixisset decem & nongentis annis, Malalehelem filium dereliquit, quem genuit anno ætatis centesimo septuagesimo. Iste Malalehel, cum vixisset quinq; ac nonaginta & octingentis annis, defunctus est, Jaredum filium derelinquens, quem genuit, qvum sexaginta duorum & centum esset annorum. cui novem & sexaginta & nongentis annis viventi Enochus filius successit, natus, cum sexaginta duorum & centum annorum pater ejus existeret, qui, exactis trecentis sexaginta quinque annis, discessit ad Deum: unde finis ejus non invenitur esse conscriptus. Matusala autem Enochi filius, quinto ei & centesimo natus anno, Lamechum filium habuit, qvum esset annorum octoginta septem & centum: cui tradidit principatum, quem ipse tenuerat annis nongentis sexaginta & novem. Lamechus autem, cum habuisset principatum annis septingentis & septem, Noe filium suum rebus præfecit: qui de Lamecho natus est, agente annum ætatis secundum & octogesimum supra centesimum, quiq; quinquaginta & nongentis annis rerum administrationi præfuit. Hi anni, in unam summam contracti, supra scriptum tempus conficiunt. Non sunt autem disquirendi obitus virorum illorum: cum liberis enim suis agebant vitam, eamque usq; ad ipsorũ nepotes extendebant: sed natales tantum eorum in hac ratione sunt spectandi. Cæterum Deus, signo dato, imbres emisit: qui, cum nonaginta continuis diebus ruerent, ad quindecim cubitos aqua super terram extitit: quæ causa omnem salutem ademit, non habentibus, quò se in tutum reciperent centesima autem & quinquagesima die, postquam pluere desiit, tandem cœperunt aquæ sidere, mense septimo, vicesimo septimo die mensis. destituta deinde arca in vertice montis cujusdam in Armenia, sentiens hoc Noë, aperuit eam: & videns circa ipsam aliquantulum terræ, meliore spe concepta, paulisper quievit. mox post paucos dies magis recedente aqua, emisit corvum, cupiens cognoscere, si qua alia parte terrarum aquæ decessissent, ut tutò exscendere posset. at ille, comperto, totum adhuc stagnare, ad Noë est reversus. is post septem dies co-

Genes. 7. 8.

lumbam ad explorandum terræ ſtatum emiſit. A quæ cum lutata & frondem olivæ ferens rediſſet, intellecto, terrã a diluvio jam eſſe liberatam, poſtquam alios ſeptem dies exſpectaſſet, animantes ex arca emiſit: & ipſe quoque cum liberis egreſſus, mactatis Deo victimis, epulabatur una cum familia. Apobaterion, id eſt egreſſorium, loco nomen Armeni fecerunt. Hujus autem diluvii & Arcæ meminerunt omnes barbaricæ hiſtoriæ ſcriptores, & in his Beroſus Chaldæus, narrans enim de hoc diluvio ſic fermè ſcribit: Fertur autem & navigii hujus pars in Armenia apud montem Cordyæorum ſupereſſe, & quosdam bitumen inde abraſum ſecum reportare, qvo vice amuleti loci ejus homines uti ſolent. Meminit horum & Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum ſcripſit, & Mnaſeas, & alii plures quin & Nicolaus Damaſcenus libro nonageſimo C ſexto de his rebus narrat in hæc verba: Eſt ſuper regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluvii tempore ſervatos ferunt, & quendam arca vectum in hujus vertice hæſiſſe, ac reliquias lignorum ejus longo tempore duraviſſe. qui fortaſſis is fuit, de quo etiam Moſes ſcribit Judæorum legislator.

Geneſ. 8. Noë autem veritus, ne Deus, damnatis ad interitum hominibus, per ſingulos annos terram inundaret, victimis incenſis, precabatur, ut in poſterum priſtinus rerum ordo maneret, & nulla tanta incideret calamitas, per quam univerſum animalium genus in ſalutis periculum adduceretur: utque affectis merito ſupplicio ſceleſtis, parceret innocentibus: quos ipſe ſuperſtites eſſe voluerit, & ſua ſententia abſolverit. alioqui miſeriore conditione ipſos fore & gravius damnatos, ſi non in univerſum incolumes alteri diluvio reſervarentur, & prioris pavorem ac ſpectaculum perpeſſi, & poſterioris exitio deſtinati. orabat igitur, acciperet ſacrificium propitius, neve ullam poſthac tantam iram contra terram conciperet: ut operibus ſuis eam excolerent, &, urbibus exſtructis, feliciter vitam degerent, nullis commodis carentes, quibus ante cataclyſmum fruebantur, & ad extremam ſenectutem longævitatemqve, qvalis majorum ſuorum fuerat, pervenientes.

His precibus finitis, Deus juſtitia viri delectatus, votis ejus annuit, negans ſe deletis interitus autorem fuiſſe: ſed ipſos ſibi ſuapte malitia debitas pœnas acciviſſe. Si enim deletos cuperet, nunqvam in hanc vitam eos introducturum fuiſſe. Potius enim eſſe, ne dare qvidem vitam, qvàm eos, qvibus dederis, perdere. ſed continuis, inqvit, contumeliis, qvibus pietatem mihi debitam violabant, coëgerunt me, vindictam de ſe ſumere. non ſum autem poſthac tam iracunde pœnas peccatorum exacturus, præſertim te deprecatore. qvod ſi qvando majores tempeſtates concitavero, cavete, expaveſcatis ob vim imbrium. nunqvam enim in poſterum aqvæ terram ſunt inundaturæ. Jubeo tamen, ut ab humana cæde puras manus abſtineatis, &, qvi contra fecerit, ſeverè puniatis. aliorum animalium uſum ad voluntatem ac libitum veſtrum permitto.

τὸ γηῶναι τὰ περὶ τὴν γῆν πεφύτευμεν. ὑπανελθούσης ὑπὸ πεπλωμένης ἄμα, καὶ φυλὸν ἐλαίας κομιζούσης, καὶ μαθὼν τὴν γῆν ἀπηλλαγμένην ἐκ κατακλυσμοῦ, μένας ἄλλας ἑπτὰ ἡμέρας, τὰ ζῶα τῆς λάρνακος ἐξαφῆκεν. αὐτὸς τε μετὰ τῆς γυναικὸς ἐξελθών, καὶ θύσας τῷ θεῷ, συνευωχεῖτο τοῖς οἰκείοις. ἀποβατήριον τὸν τόπον τοῦτον ἀρμένιοι καλοῦσι. ἐκεῖ γὰρ ἀνασωθείσης τῆς λάρνακος, ἔτι νῦν οἱ διαχώρουσι τὰ λείψανα ἐπιδεικνύουσι. τὸ δὲ κατακλυσμοῦ τούτου καὶ τῆς λάρνακος μέμνηται πάντες οἱ τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας ἀναγράφοντες, ὧν ἐστι καὶ Βηρωσσὸς ὁ χαλδαῖος, διηγούμενος περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, ὅτι νῦν ἀδιξίοι. λέγει δὲ καὶ ἔτι σῴζεσθαι ἐν τῇ ἀρμενίᾳ περὶ τῷ ὄρει τῶν κορδυαίων ἔτι μέρος τι ἐναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιρούμενας. χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῇ κομιζομένῃ πρὸς τοὺς δαιμονιασμούς. μέμνηται δὲ τούτων, καὶ ἱερώνυμος ὁ αἰγύπτιος, ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν φοινικίων συγγεγραφώς. καὶ μνασέας δὲ, καὶ ἄλλοι πλείονες. καὶ νικόλαος δὲ ὁ δαμασκηνὸς, ἐν τῇ ἑκατοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν, λέγων οὕτως. ἔστι τις ὑπὲρ τὴν μινυάδα μεγα ὄρος κατὰ τὴν ἀρμενίαν, βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας διὰ τὸν κατακλυσμὸν λόγος ἔχει σωθῆναι. καί τινα διὰ λάρνακος ἐκπεσόντα ἀφορμᾶσθαι, διὰ τὴν ἀκρωρείαν ὀκείλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων διὰ πολὺ σωθῆναι. ἦν τε δ' ἂν ὅστος οὗτινα καὶ μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν ἰουδαίων νομοθέτης. νῶχος γὰρ φοβούμενος μὴ καθ' ἑκαστον ἔτος ἐπικλύζῃ τὴν γῆν ὁ θεὸς φθορὰν ἀνθρώπων κατὰ ψῆφον ἐκφέρουσαν, ἱερεῖα καίσας ἐδῆτο τοῦ λοιποῦ τὸν θεὸν ἐπὶ τῆς πρώτης μένειν εὐταξίας, καὶ μηδὲν ἐπὶ τοιοῦτον ἐπενεγκεῖν πάθος, ὑφ' οὗ κινδυνεύσῃ πᾶν ἀπολέσθαι τὸ τῶν ζώων γένος. ἀλλὰ τετιμωρημένους τοὺς πονηροὺς φείδεσθαι τῶν ἀγαθῶν χρηστοτέρους γενομένων, καὶ τὸ δεινὸν ἀλαφυγεῖν κεκερμένων. κακοδαιμονεστέρους γὰρ τούτους ἐσεσθαι ἐκείνων καὶ χεῖρον κατεδικασμένους, εἰ μὴ πρὸς τὸ παντελὲς εἶεν σεσωσμένοι, τηρηθεῖεν ὑπ' ἑτέρῳ κατακλυσμῷ, τὸ μὲν πρώτου τὸν φθόνον καὶ τὴν ἰσοτιμίαν παθόντες, τοῦ δευτέρου δὲ τὴν ἀπώλειαν, ὁμῶς τε σὺν αὐτὸν προσδεχεσθαι τὴν θυσίαν παρεκάλει, καὶ μηδεμίαν ὀργὴν ἐπὶ τῇ γῇ ὁμοίαν λαβεῖν, ὅπως τε τοῖς ἔργοις ταύτην προσλιπαροῦντες, καὶ πόλεις ἀναστήσαντες, εὐδαιμόνως ζῆν ἔχοιεν, καὶ μηδενὸς ὢν κακοῦ τῆς ἐπομβρίας ἀπέλαθον ὑστερήσειν ἀγαθῶν, εἰς μακρὸν τε τὸ γῆρας καὶ βίου μῆκος ὁμοίων τοῖς πάλαι ἐπερχόμενοι. νώχου δὲ ταύτας ποιησαμένου τὰς ἱκετείας, ὁ θεὸς ὑπὲρ δικαιοσύνην τὸν ἄνδρα ἀγαπῶν, ἐπένευσεν αὐτῷ τὰς εὐχὰς εἰς τέλος ἄξειν, ὅτι τοὺς διεφθαρμένους λέγων αὐτὸς ἀπολέσαι, κακίας δὲ τὴν οἰκείαν ταύτην αὐτοὺς ἀπορρήξειν τὴν δίκην. ὅτ' ἂν εἰ γνωμένους ἀνθρώπους ἀφανίσαι διεγνώκει παραγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν βίον σώφρονα γὰρ εἶναι μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοὺς χαρίσασθαι τῷ ζῆν, ἢ δόντα τούτους ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλ' οἷς ἐξύβριζον εἰς τὴν ἐμὴν εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν, τούτοις ἐξεβιάσαντό με ταύτην αὐτοῖς ἐπιθεῖναι τὴν δίκην. παύσομαι δὲ τοῦ λοιποῦ μὴ τοσαύτης ὀργῆς τοῖς τιμωρίας ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν εἰσπραττόμενον, καὶ πολὺ μᾶλλον σοῦ θύοντος καλοῦντι. εἰ δὲ ἐπὶ πλέον ποτὲ χειμάσομεν, μὴ δείσητε τῶν ὄμβρων τὸ μέγεθος. οὐ γὰρ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπικλύσει τὸ ὕδωρ. παρεκτὸς μέντοι σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι, καὶ καθαρεύειν φόνου, καὶ δράσαντάς τι τοιοῦτον κολάζοντας. χρῆ-

χηδὼν ἢ τῶν ἄλλων ζώων ἅπασι φόβος ἀ βλεσθε A
καὶ τῶν ὀρνέων ἔχετε. θεσπίζω γὰρ ἁπάντων, ὑμᾶς εἶναι
πτηνῶν, τῶν τε χερσαίων καὶ νηκτῶν, καὶ ὅσοι τὸ μεταξὺ
τούτων χώραν ἔχουσι καὶ φορὰν, χαλεπὸς ἔσεσθε. ἐν
τούτῳ γὰρ ἐστὶν ἡ ψυχή. σημαίνω δὲ ὑμῖν παῦλαν ἐσομένην
τῆς ἐμῆς τῶν ἱερῶν δοτῆρος μηνύσεως. τόξον γὰρ
ἔνεφῆ ὁ θεὸς παρ' αὐτοῖς ἐκάλεσε τὸ σύμβολον. καὶ ὁ μὲν
θεὸς ταῦτ' εἰπὼν ἠφάνισε τὸ ὅραμα. νῶε δὲ ὁ βίος μετ'
ἐκεῖνον ἐπεμβεβηκὼς πεντήκοντα καὶ τριακόσια
ἔτη, καὶ πάντα τὸν τότε δαιμόνων ἀγαγὼν
B
πλάνη, ζήσας ἐτῶν ἐνὸς δέοντος ἐνακοσίων καὶ πεντήκοντα.
μοῖρα δὲ ἦν τοῖς τότε νῦν βίον, καὶ τὸ βραχύτητι
τῶν ἐτῶν ἀ ζωὴ συμβαλόντι τὸν τῶν παλαιῶν. ἀλλὰ δὴ
καὶ ἐτῶν τοσούτων λειμμάτα, τῷ μηδὲ νῦν τοσοῦτον
εἶναι τοῦ βίου ὠφελήσειν χρόνον τεκμηρόμενοι,
μηδὲ σκῆπτρα εἰς σκῆπτρα τὸ μῆκος τῆς ζωῆς ἀφίκηται.
ἀ καὶ οἱ θεοφιλεῖς ὄντες καὶ ὑπ' αὐτοῦ θεοῦ
χρησθέντες, καὶ διὰ τὰς τροφὰς ἐπιτηδειοτέρας πρὸς
C
τὸ σῶμα χρῆσθαι, εἰκότως ἐζῶσι πολὺ πλείους τοσούτων
ἐτῶν. ἐπεὶ καὶ οἱ θρεπτοὶ καὶ τὸ εὐχρηστίαν ὧν ἐπε-
νόουν ἐρασμίους καὶ γεωμετρίας τοῦδον χρόνῳ τὸ θεῖον
αὐτοῖς ἐμάκρυνε, μᾶλλον ἢ πρόσθεν ἀσφαλῶς αὐτοῖς προ-
σέσται, μὴ χιλιοστὴν ἑξακοσιοστὴν σταδίους. διὰ τοσούτων
δὲ μεγάλης σταδίους πληρᾶ. μαρτυροῦσι δέ μου τοῖς
λόγοις πάντες οἱ παρ' ἕλλησι καὶ τῶν βαρβάρων συγ-
γράψασθαι τὰς ἀρχαιολογίας. καὶ γὰρ Μανέθων ὁ τὰ
D
τῶν αἰγυπτίων πραγμάτων ἀναγράψας Βηρωσσὸς
ὁ τὰ χαλδαϊκὰ συναγαγὼν, καὶ μῶχος τε Ἑστιαῖος,
καὶ ἕτερος αὖτις ἐγχωρίων ἱερωνυμος, οἱ τὰ φοινικικὰ
συνταξάμενοι, συμφωνοῦσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις.
πρόσθε τε Ἑκαταῖος, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ ἀκουσίλαος,
καὶ ἕτερος πάντες Ἔφορός τε καὶ Νικόλαος ἱστοροῦντες δε-
καίας ζήσαντας ἔτη χιλίαι. τοὺς μὲν δὴ τούτων, ὡς ἂν
ἑκάστῳ ἡ φιλία, ἔστω σκοπεῖσθαι.

Κεφάλαιον ε'.
E

Περὶ τοῦ πύργου Βαβυλῶνος, καὶ ἀλλοφωνίας
τῶν ἀνθρώπων.

Οἱ δὲ υἱοὶ Νῶε τρεῖς ὄντες, Σήμας, Ἰάφθης,
Χάμας, ἐπὶ πλεῖον ἔτεσιν ἐμπεσεῖσθαι τὴν ἐπομβρί-
ας γεγονυίας, πεζῇ κατέβησαν ἀπὸ τῶν ὀρέων
ἐπὶ τὰ πεδία, τὸν τούτοις εἴδησιν ἐποιήσαντο. καὶ τοὺς
ἄλλους σφόδρα δεδιότας διὰ τὸν κατακλυσμὸν τὰ
πεδία, καὶ σκηπτοὺς ἔχοντας ἀπὸ τοῦ ὑψη-
λοῦ πάντων καταβαίνειν, ἐπειδὴν θρασύνασθαι μιμη-
σάμενοι αὐτῶν ἡμέρᾳ καὶ τὸ μὲν πεδίον εἰς ὃ πεζῇ αὐ-
τοὺς κατῳκίσαν, καλεῖ Σεννααάρ. ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς κελεύ-
σαντος αὐτοὺς εἰς πολυανθρωπίαν στέλλειν ἀποικίας (ἵνα
μὴ στασιάζοιεν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ γῆν πολ-
λὴν γεωργοῦντες ἀφθονίας ἀπολαύοιεν τῶν καρπῶν,)
ἀπαθεῖς παρῆκουσαν τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τὸ πο-
φορᾶς ἐπιστῆσαι, ἦλθόν τε εἰς ἁμαρτίας. ἐπὶ δὲ ἦν-
θησαν νεωτερίζειν πάλιν ὁ θεὸς αὐτοῖς σωτηρίᾳ
G
πάλιν ἀποικίαν. οἱ δὲ, ἐκ τῶν δι' μῆνα τὸ
σκῆπτρον νομίζοντες ἔχειν τὰ ἀγαθὰ, τὸ δὲ ἰσχὺν αὐτοῖς
τῶν σκήπτρων αἰτίαν τὸ ἐπομβρίας ὑπολαμβάνοντες, οὐκ
ἐπείθοντο. πρόσθεν ἦσαν ἡ τοῦ θρασέως τῆς δὲ θεοῦ
γνώμης καὶ τὸ κατ' ἐπιβουλὴν ὑπονοεῖν εἰς ἀποικίαν
αὐτοὺς ἐπορμῶν, ἵνα διαφθείρωσι, δι' ἐπιχειρητέρους
γένωνται. ἐπῆρε δὲ αὐτοὺς πρὸς τὸ ὕβριν τὸ θεὸν καὶ κατα-
φρονητὴν ἀβρώνης. ὡς ἰσχὺς μὲν ἦν χάμας τῷ ναύτῃ,
πλήθους δὲ καὶ χεῖρα ἦν αὐτῷ, ἐπειδὴ αὐτοὺς μὴ
τοῦ θεοῦ διδόντος τὸ δι' σκήπτρου δύναμιν, ἀλλὰ τὴν
ἰδίαν ἀρετὴν ταῦτα παρέχειν αὐτοῖς ἡγοῦντο. καὶ
τέλος δὲ κατ' ὀλίγον εἰς τυραννίδα τὰ πράγματα,

Dominos enim vos feci omnium tam terrestrium qvam natatilium & eorum, qvæ per sublime feruntur, absqve sangvine: nam in hoc inest anima. Arcus cœlestis signum vobis erit cessaturæ meæ jaculationis. nam iris arcus Dei apud illos habetur. His mandatis & promissis Deus abiit. Noë autem cum post diluvium supervixisset trecentos & qvinqvaginta annos, totumqve hoc tempus feliciter exegisset, defunctus est, expletis annis in universum nongentis qvinqvaginta. Nec est, cur aliqvis præsentem vitam annorumqve ejus paucitatem cum priscorum rebus conferendo fidem nobis abroget, aut, qvia nunc eam non peræqvè prorogari videt, conjecturam hinc de illorum longævitate faciat. Illi enim, Deo chari qvum essent, ipsiusqve recens etiam tum opificium, & commodiore victu ad diuturnitatem uterentur, merito per tam multos annos vivebant. Præterea tum propter studium virtutis, tum propter utilitatem inventarum artium, ut Astronomiæ, ac Geometriæ, Deus illis prolixiorem largitus est vitam: qvarum certitudinem assequi non poterant, si minus sexcentis annis vixissent. ex tot enim magnus annus constat. Attestantur autem mihi omnes, qvi Græcas barbaricasve antiqvitates literis prodiderunt. Namqve & Manetho Ægyptiarum rerum scriptor, & Berosus Chaldaicarum, adhæc Mochus, Hestiæus, Hieronymus Ægyptius, qvi Phœnicum res proseqvuti sunt, nobiscum consonant. Hesiodus qvoqve cum Hecatæo, Hellanicus & Acusilaus, Ephorus & Nicolaus, narrant priscos illos ad mille annos vitam produxisse. De his igitur qvisqve, ut sibi visum fuerit, accipiat.

CAP. V.

De turri Babylonica, deqve linguarum mutatione.

TRes verò Noë filii, Semas, Japhetus, & Chamas. centum annis ante diluvium nati, primi, relictis montibus, planiciem habitare cœperunt, & aliis recenti etiam tum cladis memoria pavidis, nec audentibus à celsiore loco descendere, idem faciendi autores & exemplum fuere. Campo, qvem primum colere sunt aggressi, nomen est Senaar. Cæterum Deo jubente, ut propagandi multiplicandiqve generis gratia colonias deducerent, homines rudes non paruerunt: qvamobrem calamitatibus implicati, offensum illum errore suo sunt experti. Cùm enim florerent juventutis multitudine, Deus rursum de colonia deducenda admonebat. Illi verò obliti, se ipsius benignitate præsentibus commodis perfrui, totamqve illam felicitatem suis viribus acceptam ferentes, dicto ejus non fuerunt obedientes. Et qvod pejus erat, consilium de coloniis non favorem numinis, sed insidias interpretabantur, videlicet, qvo facilius dispersi possent opprimi. Hanc superbiam deiqve contemptum excitavit in eis Nabrodes, nepos Chamæ, filii Noe, vir audax & manu promptus, subinde jactans, non deo, sed propriæ virtuti præsentem sel citatem eos debere: atqve ita paulatim rem ad tyrannidem trahebat,

Genes. 10.

ratus fore,ut homines ad se deficerent a deo,si se illis ducem præberet,opem suam offerens contra novum aliud diluvium intentantem. Turrim enim se exædificaturum, excelsiorem, quam quo aqua ascendere posset: & insuper majorum suorum interitum ulturum. Vulgus autem facile Nabrodis placitis obtemperabat. ignavum ratus deo cedere:atque ita structurâ turris occœperunt,nulli labori parcentes, nihilque sibi ad summam industriam reliqvum facientes.Cumq; ingens esset operarum numerus, surgebat opus supra quam speraverant. Crassitudo enim erat tanta,ut proceritatem obscuraret. Struebant autem lateribus coctis,ad firmitatem bitumine ferruminatis. Hanc eorum væsaniam videns deus delere quidem omnes noluit, quando ne priore quidem clade ad meliorem mentem profecerunt: sed dissidium in eos immisit, linguis eorum variatis, ita ut diversitatem sermonis mutuo se non intelligerent. Locus verò turris nunc Babylon vocatur,propter confusam linguam, quæ prius omnibus ex æqvo clara fuerat. Nam Hebræi confusionem nominant Babel. De turri autem hac,deque lingvis hominum mutatis,meminit & Sibylla his verbis: Cum universi homines uno eloquio uterentur, turrim ædificaverunt excelsissimam,quasi ad cœlum per eam ascensuri. Dii verò,procellis immissis, turrim subverterunt, & suam cuique linguam dederunt: Quæ causa fuit,ut urbs ea Babylonis vocabulum acceperit. De loco autem,qui Senaar in Babylonia nominatur,meminit Hestiæus hoc modo: Ajunt sacerdotes cladis ejus superstites, Enyelii Jovis sacra ferentes, in Senaar Babyloniæ perveniſſe.

CAP. VI.

Quomodo Noe posteri per totum terrarum orbem sedes sibi occupaverint.

Genes. 10. ILlo ex tempore dispersi sunt passim, propter diversitatem linguarum coloniis nusquam non deductis,& quo quemque sors & deus tulit, eam terram cum suis occupavit, ut tam maritima quam mediterranea cultoribus replerentur. Nec defuerunt qui,conscensis navibus,ad insulas habitandas trajicerent. Porro gentium quædam adhuc servant derivatam à suis conditoribus appellationem,quædam etiam mutaverunt, nonnullæ in familiarem accolis & notiorem vocem sunt versæ,Græcis potissimum talis nomenclaturæ autoribus. Hi enim posterioribus seculis veterem locorum gloriam sibi usurpaverunt, dum gentes nominibus sibi notis insignirunt, dumque tanquam ad suum jus attinerent, mores quoque proprios in illas invehunt.

CAP. VII.

Quod gentes singula à suis autoribus nomina traxerint.

Genes. 10. ERant autem Noe filiorum liberi, in quorum honorem gentibus nomina imponebant, ut quisque terram aliquam occupaverat. Siquidem Japheto Noe filio filii fuerunt septem. Horum sedes à Tauro & Amano montibus incipientes, per-

μένως ἔτως νομίζων δοποήσειν τὺς ἀνθρώπους τῷ θεῷ. ὁ δὲ θεὸς, εἰ χεωμένοι τῇ αὐτῇ δυνάμει διατελοῖεν, ἀμυνεῖσθαί τε τὸν θεὸν πάλιν ἠπείλει τῷ γλώττῃ ἀποκλύσασθαι βελήσαντα. πύργον γὰρ οἰκοδομήσειν ὑψηλότερον ἢ τὸ ὕδωρ ἀναβεβῆναι δυνηθείη. μεπλῆσθαι δ' καὶ τῆς τῶν προγόνων ἀπωλείας. τὸ δὲ πλῆθος πεῖθόμενον ἦν τοῖς ναυβεώδου δόγμασιν ἕπεσθαι, δειλίαν ἡγούμενοι τὸ εἴκειν τῷ θεῷ. καὶ τὸν πύργον ᾠκοδόμουν, οὐδὲν ἀπολείποντες σπουδῆς οὐδὲ πρὸς τὸ ἔργον ἀκηρῶς ἔχοντες. ἐλάμβανε δ' ἕκαστον ὕψος ἡ προσεδόκησεν ἄν τις ἐκ πολυχειρίας. τὸ μέν τι πάχος ἦν ἰσχυρὸν τοσοῦτον, ὡς ἐκ αὐτοῦ μεσοῦσθαι τοῖς ὁρῶσι τὸ μῆκος. ᾠκοδόμητο δὲ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς ἀσφάλτῳ συνδεδεμένης, ὡς ἂν μὴ διαῤῥέοι. οὕτως δ' μεμηνότας ὁρῶν αὐτοὺς ὁ θεὸς, ἀφανίσαι μὲν ἐκ παντὸς ἐκ ἐκώλυεν. ὅτι μὴ δι' ἐκ τῶν πρώτων ἀπολωλότων σωφρονισθεῖεν. εἰς φάσιν δ' αὐτοὺς ἐνέβαλεν, ἀλλογλώσσους ἀπεργασάμενος, καὶ ἐκ πολυφωνίας ποιήσας ἑαυτῶν ἀσυνέτους εἶναι. ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὸν πύργον ᾠκοδόμησαν, νῦν βαβυλὼν καλεῖται, διὰ τὴν σύγχυσιν τῆς φωνῆς τὴν διάλεκτον πρῶτον ἐναργοῦς. ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν, βαβὲλ καλοῦσι. περὶ δὲ τοῦ πύργου τούτου καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων, μέμνηται καὶ σίβυλλα, λέγουσα οὕτως, πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ᾠκοδόμησαν τινες ὑψηλότατον, ὡς δὴ τὸν θεὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐκπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν. καὶ διὰ τοῦτο βαβυλῶνα σημαίνει κληθεῖσαν τὴν πόλιν. περὶ δὲ λεγομένου σεναὰρ, ἐν τῇ βαβυλωνίᾳ χώρᾳ, μνημονεύει ἑκαταῖος, λέγων οὕτως. τῶν δὲ ἱερέων τοὺς διασωθέντας, τὰ δ' ἐκ τοῦ λίθου διὸς ἱερώματα λαβόντας, εἰς σεναὰρ τῆς βαβυλωνίας ἐλθεῖν.

Κεφάλαιον ς'.

Ως οἱ νώχου ἔκγονοι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπῴκησαν.

Σκίδναντο δὴ τὸ λοιπὸν ἐντεῦθεν, ἀπὸ τῆς ἀλλογλωσσίας τὰς ἀποικίας ποιησάμενοι, πανταχῆ δ' ἐκ ἦν ἔκας ὁ κατελάμβανον τ' ἐντυγχάνουσαι, δ' εἰς ἣν αὐτοὺς ἦγεν ὁ θεός. ὡς πληρωθῆναι πᾶσαν αὐτῶν ἤπειρον μεσόγαιόν τε καὶ παράλιον. εἰσὶ δ' οἱ καὶ περαιωσάμενοι ναυσὶ τὰς νήσους κατῴκησαν. καὶ τῶν ἐθνῶν ἔνια μὲν διασώζει τὰς ἀπὸ τῶν κτισάντων κλήσεις προσηγορίας. ἔνια δὲ καὶ μεταβαλόν. ἃ δὲ καὶ πρὸς τὸ σαφέστερον εἶναι δοκοῦσι τοῖς παροικοῦσι τροπῆν ἔλαβον. ἕλληνες δ' εἰσὶν οἱ τούτου καταστήσαντες αἴτιοι. ἰσχύσαντες γὰρ ἐν τοῖς ὕστερον ἰδίαν ἐποήσαντο καὶ τὴν πάλαι δόξαν, καλλωπίσαντες τὰ ἔθνη τοῖς ὀνόμασι πρὸς τὸ σωφρονεῖν αὐτοῖς, καὶ κόσμον ἡμῖν πολιτείας ὡς ἂν ἀφ' αὐτῶν γενόσιν.

Κεφάλαιον ζ'.

Οπῃ τῶν ἐθνῶν ἕκαστον ἀπὸ τῶν οἰκησάντων προσηγορεύθη.

Ησαν δὲ τῶν νώχου παίδων υἱοὶ ὧν ὀπὶ τιμῇ τοῖς ἔθνεσι τὰ ὀνόματα ἐπετίθεσαν, οἱ γῆν τινα καταλαμβάνοντες. ἰαφὲθ μὲν οὖν νώχου παῖδες, ἦσαν ἑπτὰ υἱοὶ κατοικοῦσι δ' ἔτοι ἀπὸ ταύρου καὶ ἀμανοῦ

ἀμάνου τῶν ὄρων δεξάμβοι. καὶ πεσῶν λθον ἐπὶ μὲν A in Asia ad amnem usque Tanaim, in Europa us-
τ ἀσίας ἄχρι ποταμοῦ τανάιδος. ἐπὶ δ᾽ ἐυρώπης, que Gades, in terris hactenus vacuis occupatæ:
ὡς ἑκάστων γῆν, λὰξ ἔτυχον καταλαμβάνοντες, καὶ quo factum est, ut ipsorum nomina gentibus im-
μισθοὺς πεκατωνομάσαντο, τὰ ἔθνη τῆς αὐτῶν σκά- ponerentur. Quos enim nunc Græci Galatas vo-
λαξι ὀνόμασε. τοὺς μὲν δὴ νῦν ὑφ᾽ ἑλλήνων γαλά- citant, Gomarenses olim dictos, Gomor condidit.
τας καλουμένους, γομαρεῖς δ᾽ λεγομένους, γομαρὸς Magoges vero Magogarum à se denominatorũ
ἐκτισε. μαγώγης δ᾽ τοὺς τὰ αὐτὰ μαγώγας ὀνόμα- fuit autor, qui ab ipsis vocantur Scythæ. Ex aliis
σθέντας ὑπὸ σκυθῶν δ᾽ τὰ αὐτῶν πεσαγορευο- Japheti filiis Javane & Mado, ab hoc Madæi de-
μένους, τῶν δ᾽ ἰάφθου παίδων, ἰαυάνου καὶ μάδου, scendunt, Græcis Medi nominati: a Javane vero
ἀπὸ μὲν δὴ μαδάῖοι γίνονται, ἔθνος δὲ πᾶς ἑλλήνων B Jonia, totumque Græcorum genus. Quin & Tho-
μέρος κέκλανται. ἀπὸ δ᾽ ἰαυάνου ἰωνία καὶ πάντες belus Thobelis sedem dedit, qui nunc sunt Iberi:
ἴλιοι γέγονασι. κατοικίζει δὲ καὶ θοβήλους θο- & Meschini à Mescho autore appellantur. Cap-
βήλους. οἱ τινες ἐν τῆς νῦν ἴβηρες καλοῦνται. καὶ με- padocum enim appellatio nova est, veteris autẽ
χανὸς δ᾽ ἀπὸ μέσου κτισθέντες. καππαδόκες μὲν vestigium adhuc supereſt. Urbs enim est apud
γὰρ ἄρτι κέκλανται. τῆς δὲ ἀρχαίας αὐτῶν πεσαγο- eos hodie qvoque Mazaca, satis indicans intelli-
ρίας σημεῖον δείκνυται. πόλις γάρ ἐστι παρ᾽ αὐτοῖς ἔ- gere volenti, hoc priscum fuisse genti nomen.
τι καὶ νῦν μάζακα, δηλοῦσα τοῖς συνιέναι δυνα- Thires autem Thiras de se vocavit, quorum fuit
μένοις οὕτως ἀπὸ πεσαγορευθὲν τὸ ἔθνος. θειρὰς C princeps, eos Græci Thracas dicere maluerunt.
δ᾽ θίρας μὲν σκάλεσεν ὧν ἦρξεν. ἕλληνες δ᾽ θρᾷ- Et tot gentes à Japheti filiis sunt institutæ. Go-
κας αὐτοὺς μετωνόμασαν. καὶ τοσαῦτα μὲν ἔθνη τοῦ maris autem, trium liberorum parentis, unus fi-
τῶν ἰαφέθου παίδων κατοικέῖται. γομάρου δ᾽ τριῶν lius Aschanaxes originem Aschanaxis dedit, qui
ὄντων γομέρων, ἀσχανάξης μὲν ἀσχαναξὰς ὤκισεν, οἱ nunc Rhegines à Græcis nominantur: Rhipha-
νῦν ῥηγῖνες ὑπὸ τῶν ἑλλήνων καλοῦνται, ῥιφάθης tes vero Rhiphatæis, nunc Paphlagonibus: &
δ᾽ ῥιφαθαίους τοὺς παφλαγόνας λεγομένους. θυγρὰμμας Thygrammes Thygrammæis, qvos Phrygas
δ᾽ θυγραμμαίους. οἱ δόξαν ἕλλησι φρύγες ὠνο- Græcis libuit vocare. Javanis item trium filio-
μάσθησαν. ἰαυάνου δ᾽ ἰάφθου, τριῶν αὐτὸ παίδων D rum unus Alisas Alisæis ut originem ita nomen
ἡγεμόνων, ἀλίσας μὲν, ἀλισαίους σκάλεσεν ὧν ἦρ- dedit, qui hodie sunt Æoles: pariq; modo Thar-
χεν. αἰολεῖς δ᾽ νῦν εἰσί. θαρσὸς δ᾽, θαρσεῖς. οὕτως γὰρ sensibus Tharsus. Sic enim olim appellabatur
σκαλεῖτο τὸ παλαιὸν ἡ κιλικία. σημεῖον δ᾽, θαρσοὶ Cilicia: cujus rei signum est Tarsus urbium ejus
γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς τῶν πόλεων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται celeberrima cæterarumque princeps, prima no-
μητρόπολις οὖσα, τὸ ταῦ πρὸς τὴν κλῆσιν, ἀντὶ τοῦ minis litera in Tau mutata. Porro Chethimus
θητα μεταβαλλόντων. χέθιμος δ᾽ χεθιμὰ τὴν νῆσον insulam occupavit, tunc Chethimam, nunc Cy-
ἔσχεν, νῦν παρ᾽ αὐτῆς νῦν καλεῖται. καὶμὰπ᾽ αὐτῆς νήσους prum: quo factum est, ut tum insulas omnes, tum
τε πάσας καὶ τὰς πλείω τῶν ὡρᾳ θαλάσσαν, χεθὶμ pleraq; loca maritima Hebræi gentili voce Che-
τοὺς ἑβραίων ὀνομάζεται. μαρτυρεῖ δέμοι δ᾽ λόγου, μία E thim significent. attestatur mihi una è Cypriis
τῶν ἐν κυπρῷ πόλεων, ἰσχύουσα τὴν πρωτογενείαν urbibus, quæ adhuc nomen retinet. Citium enim
φυλάξαι. κίτιος γὰρ τοὺς τῶν ἐξελληνισάντων αὐτὴν vocatur ab his, qui in Græcum sonum vocabula
καλεῖται, μὴ δ᾽ οὕτω λαφυγοῦσα δ᾽ χεθίμου τὸ ὄ- detorquent, ne sic quidem abludens a Chethimi
νομα. ἰαφέθου μὲν παῖδες τε καὶ ἡγεμόνοι, τοσαῦτα ἔσχον nomine. Tot gentium fuere principes Japheti fi-
ἴσην. ὁ δ᾽ ἴσος ὑφ᾽ ἑλλήνων ἀγνοεῖται, τὸ δὲ πρόσθεν lii nepotesque. Cæterum, qvod Græci fortassis
φθέγμα πρὸς τὴν ἀφήγησιν ὧν κατέλειπον. πρὸ δὲ ignorant, prius dicam, deinde cœptam narratio-
τούτου διὰ τὸ τὴν γραφὴν ὑπερεπὶς ἑλλήνισαι πρὸς nem prosequar. Nomina ista decoris causa in
κάλλος τῶν ὀπτομένων. ἐγὼ δὲ πειχώρια ἡμῖν ὁ F Græcam formam mutari ad aurium voluptatem.
πατὴρ αὐτῶν τύπα. ἀλλ᾽ ἔν τι αὐτῶν σχῆμα καὶ πε- nostrates enim hujusmodi forma non utuntur:
λάτη μία, γῆχος, γένος, νῶε καλεῖ. καὶ τοῦτον τὸν τύπον sed eandem apud nos perpetuo speciem obti-
ἅπαντες τηροῦσι σχήματος. οἱ δὲ χάμου παῖδες, τὴν nent, nec terminationem variant. Adamus certè
μὲν συρίας καὶ λιβάνου καὶ λιβάνου τῶν ὀρέων γῆν κα- nobis Adam vocatur, & Noë, qui Græcis Nochos
τέσχον, μέχρι πρὸς θάλασσαν αὐτῆς ἐπιτρέποντες κατελα- diceretur, eaque forma nullam variationem ad-
βόντες, ἕως τε μέχρι δ᾽ ὠκεανοῦ ἐξιδιωτισμένοι. αἱ μέν τοι mittit.
πρόσθεν μαι, τῶν μὲν καὶ παντελῶς ἐξίτηλοι γεγόνα- Chamæ vero filii Syriam & regionem Amano
σιν, σῴων δ᾽ μεταβαλλούσαι ἕως μεταρυθμισθεῖσαι πρὸς G Libanoque montibus hærentem obtinuerunt,
ἑτέρας διαγνῶσι τυγχάνουσι. ποτὲ μὲν γὰρ χάμος παι- quicquid ejus ad mare vergit occupando, &
δῶν ὠνομένων, χουσαῖον μὲν οὐδὲν ἔκλαψεν ὁ χρό- Oceanum usque ditionis terminos proferendo.
νος. αἰθιοπὶς δ᾽ ὧν ἦρξεν ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ ἑαυτῶν vocabula tamen partim omnino evanuerunt,
τε καὶ τῶν ἐν τῇ ἀσίᾳ πάντων χουσαῖοι καλοῦνται. partim ita depravata sunt in diversum, ut haud
ἐκπρὸ δὲ καὶ μεσραίοις ἢ κατὰ τὴν πεσαγορείαν facile agnoscantur. ex quatuor enim Chamæ
μνήμη. τὴν γὰρ αἰγυπτίαν, μέσρεα, καὶ μεσρεῖτες liberis Chuso nihil detrimenti tempus attulit.
τοὺς αἰγυπτίους ἅπαντες οἱ πανταῦ οἰκοῦντες κα- Æthiopes enim, quibus præfuit, nunc quo-
λοῦμεν. ἔκποτε δὲ καὶ φούτης τὴν λιβύην, φού- que tam à seipsis, quam ab Asianis omnibus Chu-
τας ἀπ᾽ αὐτὸ καλέσας τοὺς ἀπηρείους. ἔστι δὲ sæi nominantur. Mesræis etiam sua manſit
καὶ παμοὺς ἐν τῇ μαυρῶν χώρᾳ, τοῦτο ἔχων τὸ ὄνομα. appellatio. Ægyptum enim Mesren & Mes-
rzos Ægyptios vocamus, qvotquot eam regionem incolimus. Quin & Libyæ colonos
dedit Phutes, de suoque nomine Phutos dici voluit. extat & flumen in Mauritania hoc nomine:

& complures apud Græcos hiſtorici ejus mentionem faciunt, ſicut adjacentis etiam regionis, quæ Phute dicitur. mutavit autem præſens nomen ab uno filiorum Meſræi, qui vocabatur Libys. cur autem Africa ſit dicta, paulo poſt docebimus. Qvartus Chamæ filius Chananæus Judæam nunc vocatam habitavit, gentemque ſuam Chanaan nominavit. Hi quoque liberos genuerunt, & in his Chuſus filios ſex. qvorum è numero Sabas Sabæorum author fuit, & Evilas Evilæorum, qui nunc Getuli appellantur. Sabathes vero Sabathenos, qui Græcis dicuntur Aſtabarri: Sabactas qvoque Sabactenos inſtituit. Romus item Romæos condidit, & duos filios habuit. alter Judas genti Judæorum inter Occidentales Æthiopes originem dedit & nomen, Sabæus alter Sabæis. Nabrodes autem manens apud Babylonios tyrannidem arripuit, ſicut jam ante diximus. Meſræi vero filii numero octo, quantum terrarum à Gaza Ægyptum uſque patet, poſſederunt, ſed ſolius Philiſtini nomen ipſius regio ſervavit. Paleſtinam enim Græci ejus portionem vocant. reliquorum, Lumæi, Enamiæ, Labimi, qui ſolus, colonis in Libyam ductis, regionem à ſe denominavit, tum Nethemi, Phæthroſimi, Cheſlœmi, Chephthomi, tam res quam nomina ſunt in obſcuro. Bello enim Æthiopico, de quo ſuo loco dicetur, urbes eorum ſunt everſæ. Chananæo quoque filii fuerunt hi Sidonius, qui & urbem ſibi cognominem condidit in Phœnice, Sidonem à Græcis vocatam. Amathus vero Amathen habitavit, quæ adhuc extat, & ab accolis Amathe vocitatur: tametſi hanc Macedones Epiphaniam ab uno è Regum ſucceſſoribus denominavêrunt. Arudæus Aradum inſulam obtinuit, Arucæus Arcen urbem in Libano ſitam. cæterorum ſeptem, Euæi, Chettæi, Jebuſæi, Eudæi, Sinæi, Samaræi, Gergeſæi præter nomina nihil in ſacris codicibus ſupereſt, nam Hebræi urbes eorum exciderunt, quæ clades cauſam habuit hanc:

Geneſ. 9. Poſtquam terra, finito diluvio, in priſtinam naturam eſt reſtituta, Noë cœpit eam colere: quam cum vitibus conſeviſſet, ſuoque tempore vindemiaſſet, invento vini uſu, ſacris prius operatus epulabatur: ebriusq; factus ac ſopore gravatus, parum decore nudatus jacuit, id conſpicatus filiorum natu minimus, per ludibrium fratribus indicavit: illi reveriti parentem operuerunt. Senſit hoc Noë, & precatus aliis filiis felicitatem, ne Chamam quidem diris devovit, reſpectu ſui ſanguinis, ſed tantum ejus poſteros: quas cum *Geneſ. 11.* cæteri evaſiſſent, Chananæi liberos ultio divina eſt conſecuta, ſed de his rebus dicemus poſtea.

Semæ vero tertio Noæ filio filii fuerunt quinque, qui Aſiam uſque ad Indicum Oceanum incoluerũt, ab Euphrate propagãdæ ditionis initio facto. Nam Elymus poſteros reliquit Elymos, à quibus Perſæ originem traxerunt. Aſſuras urbem Ninum condidit, & ſubditos de ſe Aſſyrios denominavit, quorum opes præ cæteris efloruerunt. Arphaxades eos, qui nunc Chaldæi ſunt, Arphaxadæos nominavit, imperio gentis potitus.

ὅθεν καὶ τοὺς πλείσους τῶν ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων ἔστιν ἰδίαν μεμνημένους τῆ παραμοῦ ἐ τῆς ωβαχαρμένης αὐτῶ χώρας, Φούτης λεγομένης. μετέβαλε ἢ νῦν ἐστιν αὐτῆ ὄνομα, ἀπὸ τῶν μεσραμουηῶν ἑνός, λίβυος λεγομένου. μετ' οὐ πολὺ δ' ἐροῦμεν τὴν αἰτίαν δι' ἣν αὐτὴν καὶ ἄφρικαν ωνόμασαν ἕκαστοι συμβέβηκεν. χαναναῖος δὲ πένταρτος ὢν χάμου παῖς, τὴν νῦν ἰουδαίαν καλουμένην οἰκήσας ἀπ' αὐτοῦ τοὺς χαναναίους ωνόμασε. γίνονται μὲν παῖδες ἐξ αὐτῶν, χοῦσος μὲν ἕξ. ὧν σαβᾶς μὲν σαβαίους. δίλας ἢ δίλαγας ἔκτισεν, οἱ νῦν γέτυλοι λέγονται. σαβαθὴς ἢ σαβαθαίους, ὀνομάζονται ἢ, ἀστάβαρροι παρ' ἕλλησιν. οἰκίζει ἢ καὶ σαβάκτας σαβακτηνούς. ῥωμος ἢ ῥωμαίους ὤκησε, καὶ δύο παῖδας ἔσχεν ὧν ἰούδας μὲν ἰουδαίους αἰθιοπικὸν ἔθνος τῶν ἑαυτέρων οἰκήσας ἐπώνυμον αὐτοῦ κατέλιπε, σαβαίους ἢ, σαβαῖος. νεβρώδης ἢ χοῦσου υἱὸς ὑποτεμένους ωνόμασε βαβυλωνίοις ἐτυράννησεν, ὡς καὶ ἕτερόν μοι δεδήλωται. τῶν ἢ μεσραίου παίδων ὀκτὼ ἠριθμημένων, οἱ πάντες τὴν ἀπὸ γάζης ἕως αἰγύπτου γῆν κατέχον. μόνου δὲ φυλιστίνου τὴν ἐπωνυμίαν ἡ χώρα διεφύλαξε. παλαιστίνην γὰρ οἱ ἕλληνες αὐτοῦ τὴν μοῖραν καλοῦσι. τῶν δὲ ἄλλων, λουμαίου καὶ ἐναμίας καὶ λαβίμου τοῦ μόνου κατοικήσαντος ἐν λιβύῃ, καὶ τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ καλέσαντος, νεθέμου τε καὶ φαθρωσίμου καὶ χεσλοίμου καὶ χεφθώμου, οὔτε τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ ἴσμεν. ἐ γὰρ αἰθιοπικὸς πόλεμος, ὡς οὐ δηλώσωμεν ὕστερον, ἀνάστατους αὐτῶν τὰς πόλεις ἐποίησεν. ἐβίωσαν ἢ καὶ χαναναίου παῖδες, σιδώνιος, ὃς καὶ πάλιν ἐπώνυμον ἔκτισεν ἐν φοινίκῃ, σιδῶνα δ' ὑφ' ἑλλήνων καλεῖται ἁμαθος ἢ ἀμάθεια κατῴκησεν, ἥτις ἔστι καὶ νῦν ἔτι μὲν τῶν ἐπιχωρίων ἀμάθη καλουμένη, μακεδόνες δὲ αὐτὴν ἐπιφάνειαν ἀφ' ἑνὸς τῶν διαδόχων ἐπωνόμασαν. ἀρουδαῖος ἢ ἄρουδον τὴν νῆσον ἔσχεν. ἀρουκαῖος ἢ, ἄρκιον τὴν ἐν τῷ λιβάνῳ τῶν ἢ ἄλλων ἑπτὰ, δίαιον, χετταῖον ἰεβουσαῖον, ἐδδαῖον, σεμναῖον, σαμαραῖον, τὴν τῶν ὀνομάτων ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις οὐδὲν ἔχομεν. ἑβραῖοι γὰρ αὐτῶν ἀνέσησαν τὰς πόλεις ἐκ τοιαύτης αἰτίας ἐν συμφορᾷ γινομένας. νῶχος μὲν τὴν ἐπομβρίαν τῆς γῆς καταφθορᾶς εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν, ἐπ' ἔργα χωρεῖ, καὶ καταφυτεύσας αὐτὴν ἀμπέλους, ἡνίκα δ' καρπὸς τελεσφορηθέντος καθ' ὥραν ἐτρύγησε, καὶ παρ' αὐτῶ εἰς χρῆσιν ὁ οἶνος, ἡσθεὶς ἐν δωδώνῃ ἦν μεθυσθείς ἢ, εἰς ὕπνον καταφέρεται. καὶ γεγυμνωμένος ωβαχόσμως ἔκειτο. ἰδασίμβροτος δ' αὐτὸν ὁ νεώτατος τῶν παίδων, τοῖς ἀδελφοῖς ἀπήγγειλεν. οἱ ἢ ωβεισέλλησι τὸν πατέρα. ἐ νῶχος αἰδέσθη, τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσιν, εὐδαιμονίαν εὐχεται. τῷ ἢ χάμ, ἀλλὰ τὴν συγγνώμην αὐτῶ μὲν ἐ κατηρᾶτο. τοῖς δ' ἐκγόνοις αὐτοῦ. καὶ τ' ἄλλων ἀμφιφόβητον τὴν ἄρην, τὸν χαναναίου παῖδας μετέσιν ὁ θεός. καὶ ωβεὶ μὲν τούτων, ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρῶμεν. σημα ἢ τοῦ τρίτου τοῦ νώχου ἦσαν, πεντεκαίδεκα παῖδες. οἱ τὴν μέχρι τοῦ κατ' ἰνδίαν ὠκεανοῦ κατοικοῦσιν ἀσίαν ἀπ' ἐφράτου τὴν ἀρχὴν πεποιημένοι. ἐλυμος μὲν γὰρ, ἐλυμαίους περσῶν ὄντας ἀρχηγέτας κατέλειπεν. ἀσσούρας ἢ, νίνον οἰκίζει πόλιν, ἐ τοὺς ὑπηκόους, ἀσσυρίους ἐπωνόμασεν, οἱ μάλιστα εὐδαιμόνησαν. ἀρφαξάδης δὲ τοὺς νῦν χαλδαίους καλουμένους, ἀρφαξαδαίους ὠνόμασεν, ἄρξας αὐτῶν.

ἀρα-

δραμίτης ἦ, ἄρξαντο ἴσχειν, οὓς Ἕλληνες Σύρους ὠνόμασαν. οὓς ἦ Λυδοὺς νῦν καλοῦσι, Λούδους ἦ πάλιν, λούδας ἐκάλεσαν. τῶν ἦ δὲ Ἀράμου παίδων τέσσαρων ὄντων, ἔσχε μὲν κατὰ τὴν Τραχωνίτιν καὶ Δαμασκόν. μεταξὺ δὲ ἔστι Παλαιστίνης καὶ Κοίλης Συρίας. ἀρυθμίαν ἦ ἔσχε Οὖτος, καὶ γένος Βαθτριανούς. μῆσας ἦ, μησανούς. νῦν δὲ χαλεῖται ἐπὶ τοῦ νῦν καλουμένου. Φαρφαξάδου ἦ γεγονὼς παῖς Σάλης. τὸν ἦ Ἕβερος, ἀφ' οὗ τοὺς Ἑβραίους ἔθνους ἤρξατο ἐκάλουν. Ἕβερος ἦ ἴσχε τὸν καὶ Φάλεγος ὠνόμασεν. ἐκλήθη ἦ Φάλεγος, ἐπειδὴ κατὰ τὸν διαδασμὸν τὴν οἰκουμένην ἔπεσε. Φαλὲκ γὰρ τὸν μερισμὸν Ἑβραῖοι καλοῦσιν. ἴσχε δὲ τῶν Ἕβερου παίδων πρῶτον Ἰελμωδάδ, σὰλεφος, Ἀζερμωθὴς, Ἰσραῆς, Ἰωβάμος, Ὄζαλις, Δαήλης, Ἤβαλος, Ἐβημαήλος, Σάφας, Ὄφιρος, Εὐΐλας, Ἰώβηλος. ἔτι δὲ καὶ Χαφήνους ποταμοῦ Ἰνδικῆς καὶ τῆς πρὸς αὐτὸ συνεχὴς τινὰ κατοικοῦσι. ταῦτα μὲν οὖν τῶν σημαινομένων παίδων ἱστορήσω. μεταβήσομαι δὲ ἐπὶ Ἑβραίων τὸν λόγον. Φαλέγου γὰρ δὲ Ἕβερου γενομένου παῖς ἦν Ῥαγαῦς τοῦτον ἦ, Σερούγ, ὃν ναχώρης ἐξέπεμψε. τοῦτον ἦ Ταῤῥὸς. πατὴρ δὲ οὗτος Ἀβράμου γίνεται. ὃς δεκάτος μὲν ἐστιν ἀπὸ Νῶε, δεύτερος δὲ ἐπὶ τοῖς ἑπτακοσίοις μετὰ τὸν ἐπομβρίαν ἐγένετο. Ταῤῥὸς μὲν γὰρ ἑβδομηκοστῷ πεντέτει τὸν Ἄβραμον ναχώρης ἦ Ταῤῥόν, ἑκατὸν αὐτὸς καὶ ἑκατὸν ἔτη γεγονὼς ἔσπειρε. σερούγ ἦ ναχώρης πέντε καὶ διακοσιοστῷ καὶ ἑκατοστῷ, ἔτεσιν δευτέρου καὶ τριακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, Ῥαγαῦς ἦ σερούγ εἶχεν, ἔτη τριάκοντα γεγονὼς πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ διακοσίοις τοῖς αὐτοῖς ἔτεσι καὶ Ῥαγαῦ Φάλεγος ἔσχεν. ἑβδομηκοστῷ τριακοστῷ ἔτει πρώτου Ἑβραίου Φάλεγος γεννᾷ Ῥαγαῦν, ἡνίκα αὐτὸς ἦν ἐτῶν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα, ὃν Ἀρφαξάδης ἐτέκνωσε τῷ πεμπτῷ καὶ τριακοστῷ ἔτει πρὸς τοῖς ἑκατόν. σῆμα ἦ υἱὸς Ἀρφαξάδου ἦν, μεθ' ἕτη δώδεκα τὴν ἐπομβρίας ἡμέραν. ἀδελφοὺς ἦ ἔσχεν ἀδελφὸς, ναχώρεν, καὶ Ἀράνεν. τούτων Ἀράνης μὲν καταλιπὼν υἱὸν Λῶτον, καὶ θυγατέρας, Σάραν καὶ Μελχὰν θυγατέρας, ἐν Χαλδαίοις ἀπέθανεν, ἐν πόλει οὔρῃ λεγομένῃ τῶν Χαλδαίων. καὶ τάφος αὐτοῦ μέχρι νῦν δείκνυται. γαμοῦσι ἦ τὰς ἀδελφιδᾶς, Μελχὰν μὲν, ναχώρης ὁ πρῶτος Ἄβραμος. Ταῤῥὸς ἦ μισοῦντος τὰ Χαλδαίων διὰ τὸν ἀράνη πένθος, μετοικίζει πάντας εἰς Χαρὰν τὴν μεσοποταμίας. ὅπου ἦ Ταῤῥὸν πλείστους διατρῖψαι, ἔτη βιώσαντα πέντε καὶ διακόσια. συνετίμητο γὰρ ἤδη τοῖς ἀνθρώποις κατ' ἐκεῖνα χρόνος, καὶ βραχύτερον ἐγίνετο μέχρι τῆς μωσέως ἡλικίας. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὰ ἑξῆς ἔτη πρὸς τοῖς ἑπτακοσίοις, τοῦ ζῆν ἀεὶ τοὺς ἀνθρώπους βραχυτέρους ἐποίησε βιῶναι. ναχώρη μὲν οὖν ἐκ τῆς Μελχᾶς, ὀκτὼ παῖδες ἐγένοντο, Οὖζος, Βαῦζος, Μαουήλος, Ζαχαμος, Ἄζαμος, Φέλδας, Ἰαδέλφας, Βαθουήλος. οὗτοι μὲν, ναχώρου παῖδες γήσιοι. Τάβαλος δὲ καὶ Ῥαδάμος καὶ Θαβὰς καὶ Μαχᾶς, ἐκ ῥεμᾶς παλλακῆς αὐτῷ γεγενημένοι, βαθουήλου δὲ τῶν ναχώρου γνησίων παίδων, γέγονεν ἀδελφὴ Ῥεβέκκα θυγάτηρ, καὶ Λάβαν ὁμώνυμος.

A Aramæos Aramus tenuit, quos Græci Syros appellare malunt. qui vero Lydi nunc vocantur, olim Ludi dicti, Ludam autorem generis habuerunt. Ex Arami vero quatuor liberis Usesus habitator Trachonitidis fuit, Damascique conditor. ea sita est Palæstinam inter & Syriam cognomine Cœlen. Armeniam Otrus tenuit, Getheris Bactrianos: Mesas vero Mesanæos: nunc Pasini castrum vocatur. Ex Arphaxade prognatus est Sales, ex hoc Heberus, à quo Judæi Hebræi quondam appellabantur. Porro Heberus Juctam & Phalegum genuit, qui natus est, dum habitationes distribuerentur. nam hæc vox Phalec partitionem Hebræis sonat. Juctæ verò Heberi filio liberi fuerunt, Elmodadus. Salephus, Azermothes, Israes, Edoramus, Uzalis, Daeles, Ebalus, Ebemaelus, Saphas, Ophires, Evilas, Jobelus. Hi à Cophene flumine Indiæ ad Assyriam usq; habitant. Hactenus de Semæ progenie sit dictum: nunc de Hebræis erit narratio. Ex Phalego enim Heberi filio prognatus est Ragaus: ex hoc Serugus, ex quo Nachores est genitus, & ex hoc Tharrus, hic Abrahami fuit pater, qui fuit decimus à Noë, & natus est post diluvium anno secundo supra ducentesimum & nonagesimum. siquidem Tharrus septuagesimo anno genuit Abrahamum. Nachores, cum esset viginti & octo annorum, genuit Tharrum. de Serugo autem Nachores nascitur circa annum trigesimum secundum. Ragaus factus est Serugi pater, cum esset annorum triginta duorum. totidem vero annorum Phalegus genuit Ragaum. Heberus autem quarto & tricesimo ætatis anno genuit Phalegum, ipse de Sale prognatus annum nato tricesimum: quem Arphaxades genuit quinto & tricesimo ætatis anno. Semæ filius Arphaxades natus est post annos duos à diluvio. Abrahamus autem fratres habuit Nachorem & Aranen. Ex his Aranes, relicto filio Loto, & filiabus Sara & Melcha, in regione Chaldæorum est mortuus, in urbe, quæ Ura Chaldæorum vocatur, & sepulchrum eius nunc usque ostenditur. neptes vero ex fratre duxerunt conjuges, Melchan Nachores, Saram Abrahamus. Cæterum cum Tharrus exosam haberet Chaldæam propter luctum Aranis, omnes simul migraverunt Carras Mesopotamiæ, ubi etiam Tharrum defunctum sepelierunt, anno exactæ vitæ ducentesimo quinto. Jam enim paulatim subtrahebatur de vitæ spatiis, usque ad Moysis ætatem: post quem centum & viginti annorum terminus Deo finitore est statutus, quantum temporis & Moyses ipse vixit. Itaq; Nachores è Melcha octo filios suscepit, Uxum, Bauxum, Manhelem, Zachamum, Azamum, Pheldam, Jadelpham, Bathuelem. atque hi legitimi Nachoris filii fuere. nam Thabæum, Gadamum, Tavaum & Macham è Ruma concubina genuit. Porro Bathuelium e legitimis Nachoris filiis nati sunt, Rebecca filia, & filius nomine Labanus.

Κεφάλαιον ἡ.

Ὡς Ἄβραμος ὁ πρόγονος ἡμῶν ἐξελθὼν ἐκ τῆς Χαλδαίων γῆς κατῴκησε τὸν τόπον μὲν Χαναναίαν, νῦν δὲ Ἰουδαίαν λεγόμενον.

CAP. IIX.

Quomodo Abraham generis nostri autor è Chaldæorum terra profectus habitavit regionem quondam Chananæam, quæ nunc Judæa dicitur.

Ἄβραμος δὲ, Λῶτον τὸν Ἀράνου τοῦ ἀδελφοῦ υἱὸν, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σάῤῥας ἀδελφὸν εἰσποιησάμενος γνησίᾳ παιδὸς ἀντὶ τῶν ἰδίων. καὶ καταλείπει τὴν Χαλδαίων ἑβδομηκοστῷ καὶ πέμπτῳ γεγονὼς ἔτει, θεοῦ

ABrahamus vero Lotum, Aranis fratris sui filium, Saræ conjugis suæ fratrem, adoptavit, quod germano careret: & cũ jam esset annorũ septuaginta quinq; monitus oraculo Chaldæam *Gen. 12. 13.*

terram mutavit Chananæa: quam & ipse habitavit, & posteris reliquit: vir sapiens ex æquo & eloquens, & in conjectando sagax. Cumque ob virtutem eximiam sapiens esset præ cunctis habitus ausus est vulgo receptam de Deo persuasionem convellere, & in melius vertere. Ergo primus omnium clara voce prædicavit, unum esse Deum rerum universitatis conditorem: de cætero, si quid ad felicitatem conferat, non nostris nobis viribus, sed illius voluntate contingere. Hoc vero ex terræ ac maris observatione colligebat, tum eorum, quæ circa solem ac Lunam & reliqua sidera videbat accidere: esse nimirum potentiam quandam, quæ horum curam gerat, & omnia decenter administret, qua cessante, nihil nostris utilitatibus serviturum, cum nihil suapte virtute polleat, sed universa omnipotenti ipsius voluntati obsecundent. quapropter huic uni honorem deberi, huic gratias agi oportere. Qvamobrem cum Chaldæi Mesopotamitæque cæteri contra se insurgerent, consilium migrandi cœpit, & voluntate ac favore Dei fretus terram Chananæam tenuit: ubi sedibus positis, Deo struxit aram, & hostias mactavit. Meminit autem patris nostri Abrahami Berosus quoque, non tamen eum nominans, his verbis: post diluvium autem decima ætate apud Chaldæos erat quidam justitiæ cultor, vir magnus & sideralis scientiæ peritus. Hecatæus verò non meminit tantum obiter, sed libro in hoc conscripto res ejus posteritati tradidit. Nicolaus autem Damascenus in quarto historiarum sic scribit: Abrahamus regnavit apud Damascum advena, ut qui cum exercitu venerat e regione supra Babylonem sita, quæ Chaldæorum dicitur, nec ita multo post hinc qvoque migrans cum suo populo, sedem transtulit in terram tunc Chananæam, nunc vero Judæam nominatam: ejusq; posteritas ibi crevit in ingentem numerum, qvorum res alibi sum narraturus. Abrahami vero nomen etiam nunc est apud Damascenos celebre, & vicus ostenditur, quem vocant Abrahami domicilium.

A κελεύουσιν εἰς τὴν χαναναίαν μεταθεῖν. ἐν ᾗ καὶ κατῴκησε, καὶ τοῖς ἀπογόνοις καταλιπὼν, δεινὸς ὢν συνιέναι τε πρὸς πάντων, καὶ πιθανὸς τοῖς ἀκροωμένοις, πρός τε ὧν εἰκάσειεν ὀξὺς Διαμαρτῶν. Διὰ τοῦτο καὶ φρονεῖν ἐπ' ἀρετῇ μείζω τῶν ἄλλων ἠρξατο, καὶ τὴν περὶ τοῦ θεοῦ δόξαν ἣν ἅπασι συνέβαινεν εἶναι, καὶ νικῆσαι καὶ μεταβαλεῖν ἐγνω. πρῶτος γὰρ τολμᾷ θεὸν ἀποφῆναι δημιουργὸν τῶν ὅλων ἕνα. τῶν δ' ἄλλων, εἴπερ τις πρὸς εὐδαιμονίαν συντελεῖ, καὶ παρασκευὴν τῶν τούτου παρέχειν ἑκάστων καὶ κατ' οἰκείαν ἰσχύν. εἰπάσῃ δὴ ταῦτα, τοῖς γῆς καὶ θαλάττης πάθημασι, τοῖς τε περὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ πᾶσι τοῖς κατ' οὐρανὸν συμβαίνουσι. δυνάμεως γὰρ αὐτοὺς παρούσης καὶ προνοησομένης καὶ αὐτοῖς διαξούσης. πειστὴς δὲ ὑστερωτέρας φανερὸς γίνεσθαι μηδὲ ἕπεσθαι πρὸς τὸ χρησιμώτερον ἡμῖν συνεργοῦσι καὶ τὴν αὐτῶν ἐξουσίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ δι' αὐτοὺς κελεύοντα ἰσχὺν ἐπιδοῦναι, B ᾧ καλῶς ἔχειν μένω τὴν τιμὴν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀπονέμειν. διὸ ἅπερ Χαλδαίων τε καὶ τῶν ἄλλων μεσοποταμιτῶν συνιστάντων πρὸς αὐτὸν, μετοικεῖν δοκίμασας, καὶ βουλήσει, καὶ βοηθείᾳ δὲ θεοῦ, τὴν χαναναίαν εἰσῆλθε. ἱδρυθεὶς τε αὐτόθι βωμὸν ᾠκοδόμησε, καὶ θυσίαν ἐτέλεσε τῷ θεῷ. μνημονεύει δὲ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβράμου Βηρωσὸς, οὐκ ὀνομάζων λέγων οὕτως. μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν, δεκάτῃ γενεᾷ, ἄνδρα Χαλδαίων τις θεῖος C ἀνὴρ μέγας καὶ πρὸ ἀρετὴν ἐμπειρίᾳ τῶν κατὰ τοὺς χρόνους ἀληθείαν πλέον τι πεπόνηκεν. βιβλίον γὰρ περὶ αὐτοῦ συντεταγμένον κατέλιπε. νικόλαος δὲ ὁ δαμασκηνὸς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν, λέγει οὕτως. Ἀβράμης ἐβασίλευσε δαμασκοῦ ἐπήλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς γῆς τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνος χαλδαίων λεγομένης. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον μεταναστὰς καὶ σὺν τοῖς τῆς χώρας σὺν τῷ περαίτερω λαῷ, εἰς τὸ τότε μὲν χαναναίαν λεγομένην, νῦν δὲ ἰουδαίαν μετῴκησε, καὶ οἱ D ἀπ' ἐκείνου γενηθέντες, πολὺν ὄχλον ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέξειμι τὰ ἱστορούμενα. τὸν δ' Ἀβράμην ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ δαμασκηνῶν, τὸ ὄνομα δοξάζειν, καὶ κώμην ἀπ' αὐτοῦ δεικνύειν, Ἀβράμου οἴκησις λεγομένη.

CAP. IX.

Qvod, fame Chananæam premente, Abrahamus in Ægyptum est profectus: & ibi aliquanti sper commoratus, retro, unde venerat, est reversus.

Gen. 12. 13. FAme deinde Chananæam terram invadente Abrahamus, audita Ægypti ubertate, proficisci illuc decrevit, tum ut copiis eorum frueretur, tum ut sententiam sacer de totum de divinitate cognosceret: aut secuturus illorum opinionem, si modo melior esset, aut ipse rectiora eis comonstraturus. Cæterum cum & Saram secum duceret, veritus Ægyptiorum libidinem, ne forte ob excellentem uxoris formam à rege interimeretur, artem commentus est talem. Fratrem ejus se finxit, monita prius, ut ob præsentem necessitatem simulationi suæ subseiviat. Ut autem ventum est in Ægyptum, id, qvod suspicatus fuerat, evenit:

Κεφάλαιον θ'.

Ὅτι λιμοῦ τὴν χαναναίαν καταλαβόντος, εἰς αἴγυπτον ἀπῆρεν, καὶ Διατρίψας ἐν αὐτῇ τινα χρόνον ὑπέστρεψεν ὀπίσω.

ΛΙμοῦ δ' ὕστερον τὴν χαναναίαν καταλαβόντος, Ἄβραμος αἰγυπτίων εὐδαιμονεῖν πυθόμενος, διαίρειν πρὸς αὐτοὺς τὸν στρατὸν, τῆς τε ἀφθονίας τῆς ἐκείνων μεθέξων, καὶ τῶν ἱερέων ἀκροατὴς ἐσόμενος, ὧν λέγεσθαί τε περὶ θεῶν. ἢ γὰρ κρείσσοσιν εὑρεθεῖσι κατακολουθήσειν, ἢ μετακοσμήσειν αὐτοὺς ὀρθὰ τὰ βέλτιον αὐτὸς ἄμεινον φρονῶν. ἐπαγόμενος δὴ καὶ τὴν σάρραν, καὶ φοβούμενος τὸ περὶ τὰς γυναῖκας τῶν αἰγυπτίων, μὴ Διὰ τὴν εὐμορφίαν τῆς γυναικὸς ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἀνέλῃ, τέχνῃ ἐπενόησε τοιαύτῃ. ἀδελφὸς αὐτῆς εἶναι προστάσσεται. καὶ κεῖνος τοῦτο ἐπαναλαβὼν, συμφέρειν γὰρ αὐτοῖς, ἐδίδαξεν. ὡς δ' ἦκον εἰς τὴν αἴγυπτον, ἀπέβαινε τῷ Ἀβράμῳ καθὼς ἐπενόησε. κἀ τε

πᾶσαν καλὴν ἐξεβοήθη τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. διὸ καὶ Φαραὼθης ὁ βασιλεὺς τῶν αἰγυπτίων, ἐ τοῖς ἐκεῖ αὐτῆς λεγομένοις ἐρχεδοῖς, ἀλλὰ καὶ ἰδεῖν αὐτὴν ἐπεθύμησε, εἶτα τινὰ ἄψασθαι τῆς σαρρᾶς, ἐμποδίζει ἡ θεὸς αὐτῷ τὸν ἀδόκιμον διὰ θυμίαν, νόσῳ τε καὶ φθορᾷ τῶν πραγμάτων. καὶ πυθομένῳ τοῖς αἰγυπτίοις, ᾗ μέσον θεοῦ τὸ δεινὸν αὐτὸν παρεῖναι ἀπεφήναντο οἱ ἱερεῖς, ἐφ' οἷς ἠδίκησεν ἐνυβρίσας ἐ ξένῃ τὴν γυναῖκα. ὁ δὲ φοβηθεὶς, πῶτα τὸν σαῤῥαν τίς ἐστι καὶ τίνα τῶτον ἐπαγάγοιτο ἐρωτᾷ. πυθόμενος τὴν ἀλήθειαν, ἄδεσμον παρῆκεν. νομίζων γὰ ἀδελφὴν ἀλλ' ἐ γυναῖκα αὐτὸν ἐσεσθαι τοῖς αὐτοῖς συγγένειαν ποιήσασθαι βουλόμενον, ἀλλ' ἐχ ὑβρίσαι κατ' ἐπιθυμίαν ὡρμημένον. δωρεῖται τε αὐτὸν πολλοῖς χρήμασι, καὶ σωτῆναι αἰγυπτίων τοῖς λογιωτάτοις, τὸν τε ἀρετὴν καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ δόξαν ἐκεῖνον ἐπιφανέστερον σωθεῖσαν ἡγεσθαι. τῶν γὰ αἰγυπτίων διαφόροις χρεσκομένων ἔθεσι, καὶ τὰ παρ' ἀλλήλοις ἐκφαυλιζόντων νόμιμα, καὶ διὰ τῶτο δυσμόρως ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους, συμβαλὼν αὐτῶν ἑκάστῳ καὶ διαπύων τοὺς λόγους, ἐ ἐπιοῦσι τοῖς τῶν ἰδίων κενοὺς καὶ μηδὲν ἔχοντας ἀληθὲς ἀπέφηνε. θαυμαθεὶς οὖν ὑπ' αὐτῶν ἐν ταῖς συνουσίαις ὡς σωφρονέστατον καὶ θεῖον ἀνῆρ, ἐ νοῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πεῖσαι λόγῳ πρὸς ἃ ἂν ἐπιχειρήσειν διδάσκειν, τὴν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίσεται, καὶ τὰ πρὸς ἀστρονομίαν συμβάλλεσθαι. πρὸς γὰ τ' ἀβράμου παρουσίας εἰς αἴγυπτον οἱ αἰγύπτιοι τέτων εἶχον ἀμαθῶς. ἐκ χαλδαίων γὰ ταῦτ' ἐπιφοίτησεν εἰς αἴγυπτον, ὅθεν ἀνῆλθεν καὶ εἰς τοὺς ἕλληνας. ὡς δ' εἰς τ' χαναναίαν ἀφίκετο, μερίζεται πρὸς λῶτον τὸν γῆν. τῶν δὲ ποιμένων αὐτοῦ στασιαζόντων πρὸς τῆς χώρας ἐν ᾗ νέμωνται, τὸν μὲν λῶτον τοῖς ἐκείνου ἐπιτρέπει βοσκήμασι. λαβὼν δ' αὐτὸς τὸν τ' σκηνὴ καταλελειμμένην χωρίον ᾤκησεν ἐν τῇ ναβρὼ πόλει. παλαιότερα τε ἔστιν ἔτεσιν ἑπτὰ, πρὸ τάνεως τῆς αἰγυπτίου λῶτος. ὁ δ' πρὸς τὸ πεδίον κειμένην, καὶ τὸν ἰορδάνην ἔχει, σχεδὸν ἄπωθεν τῆς σοδομιτῶν πόλεως. ἦ τὸ τὰ μὲν τότε ἀγαθὴ, γεωὶ δὲ ἠφάνισεν καὶ βέλεσι καὶ μέσῳ θεῷ. τὴν αἰτίαν καὶ χώραν σημανῶ.

Κεφάλαιον ι'.
Η τῶν σοδομιτῶν διαφθορὰ, ὑσυρίων αὐτοῖς ἐπιστρατευσάντων.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἀσυρίων κρατούντων τῆς ἀσίας σοδομιτῶν ἐνῆδεν τὰ πράγματα, εἷς τε τὰλλα ἐπιδεδωκότων αὐτῶν καὶ νεότητι πολλαῖ. βασιλεῖς τε αὐτοῖς διέπον πέντε τὸν χώραν, Βαλλαὶς, βαρεὰς, σενάβαρος, καὶ συμόβορος, ὁ πι βαλὴν βασιλικῆς μοίρας ἦρχον ἕκας ἰδίας. ἐπὶ τέτους στρατεύσαντες ἀσύριοι. καὶ μέρη τέσσαρα ποιησάντες τῆς στρατιᾶς ἐπολέμησαν αὐτοῖς. στρατιᾶς δὲ ἑκάστης ὑπ' ἐκείνῳ τεταγμένης. γενομένης δὲ μάχης, νικήσαντες οἱ ἀσύριοι φόρον ἐπέταξαν τοῖς σοδομιτῶν βασιλεῦσι. δώδεκα μὲν ἔτη δουλεύοντες καὶ τοὺς ἐπιβεβηκότας αὐτοῖς φόρους τελοῦντες, τρισκαιδεκάτῳ ἀπέστησαν. καὶ διαβᾶσι στρατὸς ἀσυρίων ἐπ' αὐτούς. στρατηγοῦντων μαρφάδε. ἀρειόχ. χοδολογομόρου, θαργάλου. οὗτοι τὴν τε συρίαν ἅπασαν διαπορθήσαντο, καὶ τοὺς τῶν γιγάντων ἀπογόνους κατεστρέψαντο. γενόμενοι δὲ κατὰ σόδομα,

A jam enim conjugis pulchritudinem fama divulgaverat: quamobrem Pharaotes gentis rex audita oculis suis cognoscere, ac muliere etiam potiri concupivit. Huic malę libidini Deus obstitit, pestilentia & seditione res regis infestans: consultique de remedio sacerdotes, quove modo placandum esset numen, hanc mali causam responderunt, quod hospitis matrimonio injuriam inferre paravisset. Rex territus primum scitatur, quænam sit, quisve ejus comes. cognita deinde rei veritate, Abrahamo satisfecit: sororem se putasse, non uxorem, & affinitatem contrahere, non injuriam inferre voluisse: donatoque magna pecunia potestatem fecit congrediendi cum præstantissimo quoque Ægyptiorum ac doctissimo: quo factum est, ut virtutis nomine in maximam existimationem veniret. nam cum ea gens in diversos ritus & opiniones scinderetur, & per mutuum contemptum atque insectationem infensis inter se animis ageret, collisos inter se eorum de religione sermones & à sese ipsis confutatos vanissimos esse, nihilque prorsus veritatis habere declaravit: ob has dissertationes in precio habitus, ut qui magnam tam intelligendi, quam eloquendi docendique facultatem præ se ferret, & numerorum scientiam & doctrinam siderum benignè illis communicavit. nam ante Abrahami ad se adventum Ægyptii rudes erant hujusmodi disciplinarum: quæ à Chaldæis ad Ægyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem pervenerunt. Reversus inde in Chananæam, agros cum Loto divisit. orta verò inter opiliones contentione de jure ac terminis pascuorum, arbitrium & optionem Loto permisit: ipse contentus relicta sibi portione agri submontani, domicilium elegit in oppido Hebrone, id septem annis est antiquius quam urbs Ægypti Tanis. Loto vero campi cesserunt, & planities Jordani fluvio contigua, non longè à Sodomorum urbe: quæ tunc bona & magna, nunc divina ultione ac ira, ut ne vestigium quidem supersit, est deleta: cujus rei causa mox suo loco dicetur.

CAP. X.
Sodomitarum clades ab Assyriis accepta.

Eodem tempore cum Imperium Asiæ penes Assyrios esset, & Sodomitarum res tam opibus quam numerosa juventute florebant, ut à quinque regibus administrarentur. hi erant Ballas, Bareas, Senabarus, Symoborus & Balin, suo quisq; regno præpositus. Hos Assyrii bello petierunt, divisisque quadrifariam copiis sub quatuor imperatoribus, regionem illorum oppugnabant, commisso tandem prælio victores Assyrii Sodomitarum regibus tributum imperaverunt. cumque per duodecim annos imperata fecissent, & tributa solvissent, decimotertio defecerunt: quo factum est, ut nova in eos Assyriorum expeditio fieret, ductu & auspiciis Marphedis, Ariochi, Chodollogomori, & Thargali. Hi & Syriam universam rapinis vastaverunt & gigantum posteros perdomuerunt. cumq; in agrum Sodomorum esset ventum, *Gen. 14.*

castrametati sunt in valle puteorum bituminis. tunc enim putei fuerant in eo loco: mox vero Sodomis deletis, lacus ibi, quem à scatenti bitumine Asphaltitem dixere, repente extitit. eo de lacu paulo post dicemus. cæterum Sodomitæ cum Assyriis congressi, post egregiam pugnam editam, partim in acie ceciderunt, partim deditionem fecerunt, cum quibus & Lotus captivus est abductus, qui Sodomitis in auxilium venerat.

CAP. XI.

Quemodo Abrahamus Assyrios aggressus tam captivos quam reliquam prædam victor reduxit.

Gen. 14. His auditis, Abrahamus tum Loti cognati, tum Sodomitarum amicorum ac vicinorũ clade commotus, nil cunctatus in succursum eorum cum suis properavit: & quinta nocte hostem assecutus circa Danum (hoc alteri Jordanis fontium est nomen) oppressum ex improviso facile superavit. Securi enim & incauti partim in cubilibus inermes sunt cæsi, partim præ temulentia pugnæ inutiles in fugam se converterunt, quos Abrahamus acriter à tergo sequenti quoque luce perurgens, ad Soba Damascenorum compulit. Quo facto, nemini dubium reliquit, victoriam non in multitudine militum, sed in bellatorum alacritate consistere, & virtutem nulli numero succumbere, ut qui cum domestica tricenaria cohorte, & insuper decemocto vernaculis, triumo; amicorum auxiliis tantum exercitum profligaverit, qvotquot autem ex hac clade evadere contigit, cum ignominia domum se receperunt: Abrahamus verò, captivis incolumibus reductis, patta pace, victor ad suos rediit. redeunti rex Sodomitarum usque in locum, quem Campũ regium vocant, gratulabundus occurrit: ubi à Solymæ urbis rege Melchisedeco est exceptus, id nomen interpretatur, rex justus. erat enim revera talis, omnium consensu sacerdotio summi Dei ob justitiam dignus habitus. Sed Solyma posterior ætas vocavit Hierosolyma. Hic Melchisedecus milites Abrahami hospitaliter habuit, nihil eis ad victum deesse passus: simulque ipsum adhibitum mensæ meritis laudibus extulit, & Deo, cujus favore victoria contigerat, debitos hymnos, ut sua pietate dignum erat, cecinit. Abrahamus contra de manubiis decimas ei dono dedit. Rex vero Sodomorum Abrahamo prædam omnem cedens solos captivos suæ regionis reposcebat. hanc conditionem ille non accepit, negans ad se quicquam inde rediturum, exceptis alimentis militum: amicis tantum in prædæ partem admissis. hi erant Eschol, Ennerus, & Mambres. Hac viri virtute delectatus Deus: Non carebis, inquit, præmio, quod pro tot rebus egregie gestis tibi debetur. Quo respondente. Et quam voluptatem ista præmia mihi afferre poterunt, cum hærede caream, (nondũ enim pater factus erat) tũ Deus & filiũ illi est pollicitus, & posteritatẽ ex eo tantã, quæ stellas cœli posset æquare

Κεφάλαιον ια'.

Ως Ἄβραμος ὑπὲρ τὴς ἀσυρίους ὑπερασπίσας ἐνίκησεν, καὶ τὰς τε αἰχμαλώτους τῶν σοδομιτῶν ἔσωσεν, καὶ τὴν λείαν ἣν ἔλαβον ἀφείλετο.

Acis distractus jam per ætatem faciei lineamenta mutaverat, ac de tanta dignitate ne suspicari quidem poterant. tentare eos decrevit, qvali mente essent præditi. nam & frumenti emendi potestatem eis negavit, & pro speculatoribus comprehendi voluit, dicens convenisse è diversis regionibus, & cognationem simulare. qvi enim fieri posset, ut vir privatus tot jam insignes filios educaverit, quæ felicitas vel regibus rarò contingeret. Id faciebat, ut de patre cognosceret, qvove in statu per suam absentiam res ejus interim fuerint, quidve de Benjamine sit factum. solicitus enim erat, ne & eum, quemadmodum se de medio sustulerint. at illos magnus pavor occupat, imminens periculum reputantes, & frustra se tantum iter emensos existimantes: cumque crimen amoliendum viderent, Rubelus natu maximus sic communem causam agere cœpit. Nos neque speculatum huc venimus, neqve regi damnum aliqvod allaturi: sed dira fames, cujus effugium quærimus, venire huc compulit fretos vestra humanitate, quos non civibus solis, sed exteris qvoque, salutem vobis debituris, frumentum venale propositum esse audivimus. Qvod autem fratres simus & ex eodem sangvine, vel facies nostræ argumento sunt, non admodum inter se variantes. Pater nobis est Jacobus, vir Hebræus, qui nos duodecim è qvatuor mulieribus suscepit, qui donec omnes essent incolumes, res nostræ satis prosperæ fuerunt. Cæterum uno, cui Josepho fuit nomen, absumpto, domesticæ fortunæ in pejo labi cœperunt. Pater in perpetuo luctu est, cujus lamentatio non minus nos afficit, quam olim suæ vissimi fratris immaturus interitus. nunc frumentatum venimus, patris cura Benjamini natu minimo commissa. Hæc ita esse, potes aliquo ad nostram domum misso cognoscere. Hæc Rubelus pro se ac fratribus, quo falsam Josepho suspicionem eximeret, qui, cognito patrem ac fratrem esse incolumes, jubet eos includi in carcerem, quasi per otium quæstioni admoturus. Post triduum deinde productis, quoniam, inquit, asseveratis vos in detrimentum regis ac regni non venisse, fratresque esse ex patre, quem nominastis, facietis mihi fidem, hæc ita se habere, si, relicto interim uno ex vobis apud me nihil durius passuro, cum frumento ad patrem profecti, rursum ad me revertamini, adducentes vobiscum fratrem, quem ajebatis illic relictum esse: hoc enim erit argumentum vos nihil fingere. His verbis perculsi, ratiq; jam extremam calamitatem instare, lamentabantur, fortunam suam, crebro jactantes, adesse diras ultrices fratris per summam immanitatem oppressi. Rubelus insuper increpabat feram & inutilem eorum pœnitentiam, fortiter ferenda mala dictitans, quæ Deus innocentiæ vindex in impios fratres immitteret. Talibus se invicem alloquebantur, credentes linguæ Hebraæ gnarum interesse neminem: mœrebantque omnes tacti verbis Rubeli, & scelus perpetratum da-

mnabant, ac si non ipsi essent autores facinoris, cui tum justissimam pœnam à Deo judicabant infligendam. In hac anxietate constitutos videns Josephus, dissimulare fratrem ulterius non valens, qvòd lacrymæ jam prorumperent, quas etiam tum celari volebat, subduxit se de medio. Nec multo post reversus, retento Simeone, qui interim obses esset, dum fratres ad se redirent, frumentum emere permissos abire jussit, quum priùs unicè suis mandasset, ut pecunia, quam pro frumento attulerant, clàm in sarcinas indita, potestatem abeundi eis faceret. peregit mandata famulus. Jacobi verò filii reversi in Chananæam, renuntiaverunt patri, quicquid eis in Ægypto acciderat, & quod pro speculatoribus regni fuerint comprehensi: quumque dicerent fratres se esse, & undecimum domi relictum apud patrem, noluisse illos credere. relictum etiam Simeonem apud præsidem, donec Benjamin illuc profectus, verbis eorum fidem astrueret: postulabantqve, ut pater nihil solicitus juvenem cum eis mitteret. Jacobo vero filiorum factum displicuit, & cum ne Simeonem quidem illic relictum probaret, morte durius putabat etiam Benjamine privari. ac ne Rubelo quidem rogante, filiosqve suos dedente, ut si quid Benjamini accidisset in itinere, in illos avus sæviret, Jacobo, ut assentiret, persuaderi potuit. at illos, quid agendum, incertos magis etiam terruit pecunia reperta in saccis frumentariis. Cæterùm deficiente jam tritico, urgente fame, compulsus Jacobus deliberavit Benjaminem una cum reliquis mittere. non enim licebat eis in Ægyptum reverti, nisi servato pacto. Cumqve indies major necessitas incumberet, & filii rogare non desinerent, adhuc tamen hæsitabat. Tandem Judas vir natura vehemens cœpit liberius arguere patrem, qvòd nimis de fratre solicitus esset. cui nihil præter voluntatem Dei posset accidere sive foris sive domi. se verò in certam perniciem tradi, dum ob inanem de puero curam unicum à Pharaothe præsidium adimitur. habendam etiam rationem Simeonis incolumitatis, ne dum Benjaminem peregrinationi committere cunctantur, interim ille ab Ægyptiis occidatur. crederet Deo salutem filii: se certè aut eum salvum reducturum, aut illic una periturum. ac tum demum Jacobus cedens tradit eis puerum, & duplex frumenti pretium: addit & dona ferenda Josepho ex proventu Chananææ, balaninum unguentum, stacten, terebinthum & mel: atque ita, multis utrinqve fusis lacrymis, à patre digrediuntur, sene miserè timente saluti filiorum, illis contrà solicitis, ne per suam absentiam mœrori pater succumberet. in hoc dolore integrum diem exegerunt. mox pater afflictans se domi subsistit, illi in Ægyptum tendentes præsentem tristitiam spe melioris fortunæ leniebant. quo postquam est perventum, apud Josephum divertunt, non parum soliciti, ne calumnia sibi intenderetur, quasi dolo malo prioris frumenti pretium secum ab-

Gen. 43.

A μεταμελῶ, ὥσπερ οὐκ αὐτῶν ταῦτα ψηφισαμένων, ἐφ' οἷς δίκαιον ἔκρινον. τὸν θεὸν κολαζόμενα. βλέπων δ' οὕτως ἀμηχανοῦντας αὐτοὺς ἰώσηπος, ἀνὸ δ' πάλιν εἰς δάκρυα τραπόμενος, ἐ μὴ θελόμενος τοῖς ἀδελφοῖς ἡμέρᾳ καταφανὴς, ἀναχωρῇ, ἢ ἀναλειπών, πάλιν ἦκε πρὸς αὐτούς. καὶ συμεῶνα καταχὼν ὅμηρον τῆς ἐπανόδου τῶν ἀδελφῶν ἡνιησόμενον, ἐκείνους μεταλαβόντας τῆς ἀγορασίας τὸ σῖτου, προσέταξεν ἀπιέναι, κελεύσας τὸν ἀποθησέτην, ἀργύριον ὃ πρὸς τὴν ὠνὴν

B εἶεν δ' σίτου κεκομικότες, κρύφα πῖς φορτίοις ἐνθέντα, ἀπολύειν κἀκεῖνα νομίζοντας. καὶ ὁ μὲν τὰ ἐπιταλμώμενα ἐπραττεν. οἱ δ' ἰακώβε παῖδες, ἐλθόντες εἰς τὴν χαναναίαν, ἀπήγγελλον τῷ πατρὶ τὰ κῇ τ' αἴγυπτον αὐτοῖς συμπεσόντα, καὶ ὅτι κατάσκοποι δόξειεν ἀφῖχθαι δ' βασιλέως. καὶ λέγοντες ἀδελφοί τε εἶναι καὶ τὸν ἑνδέκατον οἶκοι καταλιπεῖν ὠδῇ τῷ πατρὶ ἀπιστηθεῖεν. ὡς καταλείποιέν τε συμεῶνα ὠδῇ τῷ στρατηγῷ μεχρὶ βενιαμὶν

C ὡς αὐτὸν ἀπιὼν πίστι αὐτῷ τῶν εἰρημένων παρ' αὐτῶν γένηται, ἠξίουν τε τὸν πατέρα μηδὲν φοβηθέντα, πέμπειν σὺν αὐτοῖς τὸν νεανίσκον. ἰακώβῳ δ' οὐδὲν ἤρεσκε τῶν πῖς ἑαυτοῖς πεπραγμένων. ἢ περὶ τὸν συμεῶν δ' κατοχῆς, λυπηρῶς εἶχε. καὶ λυπηρῶς φέρων, ἤνα τὸν ἡγεῖτο, πρὸς ἠδέναι τὸν βενιαμίν. καὶ ὁ μὲν πατὴρ ἀδὲ βουλόμενος δεδοικὼς καὶ πῦς αὐτῷ παῖδας ἀντιδιδόμενος, ἵν' εἴ τι πάθοιε βενιαμὶς ἢ τὸν ἀποδημίαν ἀποκτείνειεν

D αὐτοὺς ὁ πάππος, πείθεται πῖς λόγοις. οἱ δ', ἤπερουν ἐπὶ τῆς κακοῖς, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπέρασε τὰ ἐργύριον, σακκίοις δ' σίτου κατακεχρυμμένον δ μεθέν. δ' ὅτε κομισθέντος ἀπ' αὐτῶν ἐπλείπον τες, δ' τὸ λιμὸ μᾶλλον ἀπορμένου, βιαζομένης αὐτὸν τ' ἀνάγκης, ὁ ἰακώβος ἐκπέμπειν ἐγίνωσκε τὸν βενιαμὶν, μ' τῶν ἀδελφῶν. οὐ γὰρ ἐξῆν αὐτοῖς εἰς αἴγυπτον ἐλθεῖν, μὴ μ' τῶν ἐπηγγελμένων ἀπερχομένοις. καὶ δ' πάντως ἐμὲ χείροι

E καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένα, καὶ τῶν ἐῶν δεομένων οὐκ εἶχεν ὅτι χρήσαιτο πῖς παροῦσιν. ἰούδας δ', τολμηρὸς πάλλα τ' φύσιν ἀνδρὸς χρησαμένου πρὸς αὐτ παῤῥησία πρὸς τὸν ἀδελφοῦ δεδοικέναι, ἀδὲ τὰ τυχὸν δι' ἀσφαλείας λαμβάνειν. πρᾳχθησε γὰρ οὐδὲν τῶν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ᾧ μὴ παρέσεσθαι ὁ θεὸς, τοῦτο δ' συμβήσεσθαι πάντως καὶ παρ' αὐτῷ μένοντι. φανερὰν δ' οὕτως ἀπώλειαν αὐτ μὴ καταδικάζειν, μηδὲ τῷ σκαφαιῶθαι δ' τρισσῆς δ' πείαν αὐτὸς ἀφαιρεῖσθαι ἀλογως περὶ παιδὸς φρονοῦντα. φρονεῖν δ' καὶ τὸ συμεῶνος σωτηρίας, μὴ φειδοῖ τῆς βενιαμὶν ἀποδημίας σκέπειν δ' ἀπολῆται. πιστεύσαι δ' πρὸς αὐτὸ τοῦ θεοῦ πρόνοιαν, ἢ αὐτῷ, ὡς ἢ σῶον ἐπανάξειν δ' τὸν ἑῶν αὐτῷ, ἢ συναπολεῖν δ' ἅμα ἐκείνῳ τὸν βίον. πρὸς θεὶς ἰακὼβ δ' παρεδίδου τὸν βενιαμὶν, καὶ τ' τιμὴν δ' σίτου διπλασίονα, τ' τε πρὸς τοῖς χαναναίοις γινομένων τό τε τ' βαλάνε μύρον καὶ σάκιτης περέβινθον τε καὶ μέλι δωρεὰς ἰωσήπῳ κομίζειν.

G πολλὰ δ' ἰούδᾳ δ' παῖδες ὅπι τῇ τῶν παίδων ἐξόδῳ δάκρυα κἀκείνων αὐτ. ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἑῶν εἰκομεῖ δ' σῶας ἐκ τ' ἀποδημίας ἐφρόντιζεν. εἰ δ', οἱ τ' πατέρα καταλαβοιεν ἐῤῥωμένον καὶ μηδὲν ἐπὶ τ' ἐπ' αὐτοῖς λύπῃ κακωθέντα. ἢ μερίσιον δ' αὐτοῖς ἰούδᾳ τὸ πένθος. καὶ ὁ μὲν πρεσβύτης κοπωθεὶς, ἐμέμενεν. οἱ δ', ἐχώρουν τὴν ἐπ' αἴγυπτον, μ' κρεῖττον ἐλπίδ τὴν ὅπι τοῖς παροῦσιν λύπαν ἰώμενοι. ὡς δ' ἦλθον εἰς τὴν αἴγυπτον, κατάγονται μὲν ὠδῇ τὸν ἰώσηπον. φθάσ δὲ αὐτοὺς οὐχ ὁ τυχὼν διεπέρασε μὴ περὶ τῆς δ'

σίτου

πάνυ πικρῶς ἐγκλήματα λαβόντων ὡς αὐτοί τι κακουρ-
γήσαντες. καὶ ὡς τὸν ταμίαν Ἰωσήπου πολλὰ ἀπο-
λογησάμενοι πεισαντο. κατ' οἶκον τι φασκοντες εὑρόν-
τες ἐν τοῖς σάκκοις τὸ ἀργύριον, ὃ νῦν ἦκειν ἐπανάγοντας αὐ-
τὰ πάλιν. ὃ δὴ μηδεπώποτε εἰδέναι φήσαντος, ἀνήμησαν τοῦ
δείνος. λύσας τι τὰ συμβάντα ἀπέλυσεν σωφρονοῦντας τοὺς
ἀδελφούς. ἐλθόντος δὲ ἐν τούτῳ καὶ Ἰωσήπου δῶρα τοῦ Θε-
ραπίωνος βασιλέως, τά τε ἄλλα παρήγαγον αὐτῷ, καὶ
πυθόμενοι περὶ τοῦ πατρός, ἔλεγον ὅτι παραλαβοιεν αὐ-
τὸν ἐρρωμένον, ὃ δὴ μαθὼν ὡβείσατο τὸ βενιαμὶν, εἰ ὄντος
ἑνὸς παῖδος ἀδελφὸς εἴη, καὶ δὴ λοιδορήσας αὐτὸν ἀνέ-
κραγεν. τῶν δὲ φησάντων, τὸν θεὸν ὅτι πᾶσιν εἰπὼν εἶναι
προνοητὴν, τὸν δὲ παῖδα νεαγόμενον εἰς θάλαμον, μεί-
ζονα μηδὲν ἐλέγξας καταφανῆ εἶναι τοῖς ἀδελφοῖς.
ὅπερ δεινὸν τι αὐτοὺς ὑπολαμβάνει, καὶ καταπλῆξαν δὲ
αὐτοὺς ὡς καὶ ὑπὸ τοῦ πατρός. πάντας δὲ αὐτοὺς ὁ Ἰωσή-
που οἰκονόμος, διαπασῶν μοίρας τῶν αὐτῷ παρα-
κειμένων τῷ βενιαμὶν ἐπίμα. ὅπερ δὲ μὴ τὸ δεῖπνον εἰς ὕ-
στερον ἐτράπετο, κελεύει τὸν ταμίαν τὸν τε σῖτον αὐτοῖς
ὅσον μέτρον ὑδρίαν, καὶ τὸν πρίω πάλιν ἐγκρύψαι
τοῖς σάκκοις, καὶ τὸν βενιαμὶν φορτίον, καὶ σκύφον ἀργυ-
ροῦν ὡ πίνων ἔχαιρε, βαλεῖν καταλιπεῖν. ἐπεὶ δὲ ταῦ-
τα, ἀφ' ἑσπέρας βυλόμενος τὰ ἀδελφῶν λαβεῖν, πέμπει
τὸν οἰκονόμον τοῦ βενιαμὶν κλοπῆς ἐναγόμενον καὶ δο-
κοῦντα κινδυνεύειν. ὁ καταλιπόντες ὡς οὐδὲν αὐτοὶ κα-
κακουργήκοτες, ἀπίασι πρὸς τὸν πατέρα. ποιησαντος δὲ
εἰκότα τὰ ἐπεγκλήματα, μεθ' ἡμέραν οὐδὲν τούτων
εἰδότες οἱ Ἰακώβου παῖδες, ἀπέσεσαν ἀπελαυνόμενοι τὸν
σωτῆρα, καὶ διαλῆ χαρὰ χαίροντες, ὅτι τε τοῦτο, καὶ
ὅτι τῷ βενιαμὶν ἀποκωλύειν τοῦ πατρὸς καθῶς ὑπέσχε-
το. ἐπεὶ δὲ ἀπῆσαν αὐτοὺς ἱππεῖς ἄγοντες τὸν οἰκέτην ὡς
διαπεπραγμένου τοῦ βενιαμὶν φορτίου τὸν σκύφον. παρα-
χθέντες δὲ τῆς ἀδοκήτου τῶν ἱππέων ἐφόδου, καὶ τὴν
αἰτίαν πυθόμενοι δι' ὃν ἐπ' ἄνδρας ἐληλύθασιν οἱ μι-
κρὸν ἐμπροσθεν τιμῆς καὶ ξενίας τετυχήκασιν αὐτῶν
ὑπὸ θαυμαστοῦ, κακίστους ἀπεκάλουν, οἱ μηδ' αὐτὸ
τυγχάνειν τῶν ξενίων καὶ τὸν φιλοφροσυνίου Ἰωσήπου
ἀμνήμονας λαβόντες εἰς οἰκησιν εἰς αὐτὸν ἀδικοῦ-
μενοι σκύφου ᾧ φιλοτησίας αὐτοῖς προὔπινεν ἀράμε-
νοι φέρειν, κέρδους ἀδικεῖ τοῦ τε πρὸς Ἰώσηπον φι-
λίαν, τόν τε ἑαυτοῦ εἰ φωραθεῖεν κίνδυνον ἐν δευτέρῳ θε-
μένους πλημμέλημά τε σὺν αὐτοῖς ὑφεξειν ἢ πείσειν Ἰ λα-
βόντας τὸν θεὸν, οὐδὲ ἀποδράντας μὴ τῆς κλοπῆς, κἂν
τὸν ἀφανισθέντα οἰκέτην διελαθον. πονηρεύεσθαί τε
τὸν τι παρανοοῦντες εἶεν, ὡς οὐκ εἰδότες, γνώσεσθαι μὴν
τὸν καλοῦμενους αὐτίκα. καὶ ταῦτα καὶ πέρα τούτων
πρὸς αὐτοὺς λέγων ὁ οἰκέτης, ἐνύβριζεν. οἱ δὲ, ἐπὶ τοῖς ἀγνοίαις
τῶν θείων αὐτοὺς ἐλάζοντο ὅτι τοῖς λεγομένοις, καὶ τὴν
καταφρόνησιν τὸν οἰκέτην ἐθαύμαζον, πλημμοῦντα αἰτίαν
ὑποφέρειν ἀνδράσιν, οἱ μηδὲ τὸν τὸ σῖτος πρίω ἐν τοῖς
σάκκοις αὐτῶν ὑρεθέντος κατέχον. ἀλλὰ σκόμενοι
μηδ' ἐκ εἰδότος τὸ πραχθὲν, ἐπιτρέπειν τὸ
ζητεῖν κακουργοῦντι. τῆς μὲν τοῦ μὴ ἀρνήσεως ἀξιοπι-
στίαν καταλαβόντες τοῦ ἐρεύνων, σκέλλον ταύτῃ
χρῆσθαι ὑρεθέντος ὑφηρημένος, ἅπαντας κολάζειν.
οὐδὲν γὰρ αὐτοὺς συνειδότες, ἦγον παρρησίαν ὡς ἐδόκουν
ἀκαθόνον. οἱ δὲ, τοῦ ἐρεύνων μὲν ἠξίωσαν ποιήσα-
σθαι. τοῦ μέντοι τιμωρίαν ἑνὸς ἕκαστον εἶναι τοῦ τοῦ
κλοπῆς ὑρεθέντος πεπαῦσθαι. τοῦ δὲ ζήτησιν ποιοῦ-
μένου, καὶ πάντας τοὺς ἄλλους σκοπεῖν ἐλθόντος τοῦ τοῦ

stulerint: quod mox apud Josephi dispensatorem diligenter excusaverunt, dicentes, pecuniam domi repertam in frumento, dum saccos exinaniunt, quam nunc bona fide reportarent. illo vero negante, se unquam eam pecuniam desiderasse, liberati hoc metu securiores esse cœperunt. moxque Simeon jam liber inter fratres versari est permissus. Interea Josepho ab officio reverso, dona ei offerunt, & scitanti de patre, bene valere, ajunt. tum ille, cognito Benjaminem superesse, quem inter eos videbat percontatur, an is esset frater natu minimus: & audito quod is esset, hoc tantum effatus, Deum universis rebus providere, secessit, nolens ab eis adverti lachrymas, quas ulterius continere non poterat. Acceptos deinde convivio jussit ordine, quo apud patrem solebant, discumbere: cumque omnes comiter haberet, duplicibus partibus Benjaminem honorabat.

VI. *Genes. 44.*

Post cœnam autem illis jam cubantibus, jubet dispensatorem frumentum admetiri, quod asportaturi erant, & precium rursus in saccis abscondere: in Benjaminis vero sarcinam cyphum argenteum, quo ipse præcipuè delectabatur, immittere. id faciebat, volens experiri fratrum animum, essentne adfuturi Benjamini reo furti, an illo relicto, ac si maleficium hoc nihil ad se attineret, ad patrem reverterentur. quæ ubi facta sunt, ut imperatum erat, prima luce omnium ignari filii Jacobi proficiscuntur, assumpto Simeone, læti tam hujus restitutione, quam Benjaminis reditu, quem patri se reducturos fidem dederant. & ecce agmen equitum repente illos circumvenit, inter quos erat famulus, qui cyphum in sarcinam indiderat. illis vero turbatis inopinato incursu, & rogantibus, cur irruerent in viros, quos paulo ante honore hospitii dignati fuerint: Ægyptii contra sceleratos inclamabant, qui hujus ipsius beneficii, Josephique comitatis immemores, ausi sint pro talibus meritis injuriam reponere. daturosque furti pœnas, minitabantur. non fefelliſſe enim eos Deum, licet ad tempus ministrum mensæ fefellerint. & nunc rogitare, satisne sani essent, quasi vero nesciant statim se ad pœnam rapiendos. his & similibus verbis famulus præ cæteris insultabat. at illi, ut qui nihil de dolo composito sciebant, convicia bantur ei, demirari se hominis intemperias temere objicientis furti crimen eis viris, qui ne frumenti quidem pretium in saccis inventum retinuerint, sed secum reportaverint, cum nullus de ea pecunia præter ipsos sciret: tantum abesse, ut, data opera, damnum inferre vellent: certiorem tamen rati inquisitionem quam negationem, jubent eos scrutari sarcinas: nec recusabant universi pœnas dare, si ullus aliquis ex ipsis in furto deprehenderetur. tanta erat securitas & innocentiæ fiducia. acceperunt illi conditionem inquisitionis, supplicium tamen solius fore, penes quem furtum inventum fuerit. Inquisitionem deinde aggressi, omniumq; ordine sarcinas scrutati, postremo ad Benjaminem veniunt,

non qvod nescirent in ejus sacco latere cyphum, sed ut accurate officium facere viderentur. itaque cæteri jam securi de se, de uno Benjamine adhuc nonnihil erant soliciti. sperabant tamen, ne ipsum quidem in maleficio deprehendendum, adeo ut jam liberius indignarentur persecutoribus, per quorum importunitatem stetisset, ne bonam partem itineris jam confectam haberent: ut vero Benjaminis sarcinam scrutati scyphum protulerunt, ad lamenta & ploratus continuo versi, tum fratrem defiebant mox furti supplicium daturum, tum suam ipsorum vicem, qui fidem de Benjaminis salute parenti datam præsenti casui fallere cogerentur. augebat etiam dolorem eorum, qvod, cum maxime evasisse omnia pericula videbantur, fortunæ invidia pervenerint in tantam calamitatem. atque hujus tam fratris quam parentis infortunii se autores fatebantur, qui invitum ac reluctantem ad puerum simul mittendum precibus importunis compulissent. Et equites quidem comprehensum Benjaminem ducebant secum ad Josephum, sequentibus & reliquis fratribus. Tum ille videns, fratre in carcerem contruso, cæteros lugubri habitu adstare, Itane, inquit, sceleratissimi omnium, vel meam humanitatem vel Dei providentiam contempsistis, ut tam nefarium facinus contra hospitem ac benefactorem vestrum auderetis? at illi vicarios se pro Benjamine ad supplicium offerebant: rursumque Josephi crebra mentio, felicem eum, qui morte à vitæ calamitatibus sit exemptus, si tamen esset mortuus: qvod si vivat, qui dignus sit habitus, ob cujus injuriam Deus tam severe in ipsos vindicaret. patris quoque se pestem esse & infortunium maximum, cui ad veterem luctum recentem hunc afferrent. nec desinebat Rubelus denuo illis scelus eorum exprobrare. Josephus vero negabat se alios morari, quorum innocentiam compertam haberet, contentus unius pueri supplicio. nam neque hunc dimitti in gratiam insontium æqvum esse, neque illos alieni peccati pœnas persolvere. abirent, quo vellent, se curaturum, ut tutum iter facere liceat. his verbis graviter ictos, cæteros præ dolore vox defecit; Judas vero, qui patri adolescentem mittere persuaserat, vir alioquin etiam strenuus decrevit se pro fratris salute periculo objicere. Fatemur, inquit, Præses, graviter a nobis peccatum, suppliciumque commeritos, quod parati sumus omnes luere, licet non omnium sit culpa, sed unius natu minimi. sed quamvis salutem ejus pene pro deplorata habeamus, unica tamen effugii spes in clementia tua bonitateque superest. quamobrem oramus, ut non tam nostri commissi rationem habeas, quam tuæ naturæ, & in hac causa non indignationem justam, sed nativam tuam bonitatem in consilium adhibeas: iramque magno animo comprimas, cui vulgares homines in magnis juxta ac parvis rebus succumbere solent. dispice, qvæso, num ex tua dignitate sit eos occidere, qui ipsi se dedunt ad pœnam, & salutem nonnisi precario tibi debere cupiunt, quam non nunc primum tuæ benignitati sunt

A ἐρεύναν, ὅπι τὸν πλούτιον βενιαμὶν ἦκον. ὐκ ἀγνοοῦντες, ὅτι εἰς τὸ σκεύους σακκίου τὸν σκύφον ἐναπεκρυφότες, ἀλλ' ἀπελθεῖν τὴν ζήτησιν ποιεῖσθαι βουλόμενοι δοκεῖν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι τὰ καθ' αὑτοὺς ἀπηλλαγμένοι δεινοὺς ἐν τῇ τοῦ βενιαμὶν φροντίδι τὸ λοιπὸν ἦσαν. ἐπιῤῥώσω δ' ὡς οὐδ' ἐν ἐκείνῳ τῆς κακουργίας ἀνεῤῥησόμενης, σκληρίζειν τε τοὺς ὑπηδιώξαντας, ὡς ἐμποδίζοντας αὐτοῖς τὴν ὁδὸν διωλυμένοις ἤδη τοῦ πεπεκοφέναι. ὡς δὲ τὸ τοῦ βενιαμὶν φορτίον ἐρευνῶντες λαμβάνουσι τὸν σκύφον, εἰς οἰμωγὰς καὶ θρήνους ἅμα ἐτράποντο. καὶ τὰς στολὰς ἀποπαρῤῥήξαντες, ἔκλαιον τε τὸν ἀδελφὸν ὅπι τῇ μελλούσῃ κολάσει τῆς κλοπῆς, αὐτούς τε ἀλαφυδωλυμένους τὸν πατέρα τοῦ τῆς βενιαμὶν σωτηρίας. ἐπέτεινε δὲ τὸ δεινὸν αὐτοῖς καὶ τὸ, δόξαντας ἤδη ἀλαφυγεῖν τὰ σκυθρωπὰ ἀλαφθονηθῆναι. τῶν δὲ τοῦ τὸν ἀδελφὸν κακῶν, καὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπ' αὐτῷ λύπης ἐσομένης αὐτοὺς αἰτίους ἔλεγον βιασαμένους ἄκοντα τὸν πατέρα συναποστεῖλαι. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς, καταλαβόντες τὸν βενιαμὶν, ἦγον πρὸς ἰώσηπον καὶ τῶν ἀδελφῶν ἑπομένων. ὁ δ', τὸν μὲν ἰδίαν ἐν φυλακῇ, τοὺς δ' περιθήμιος σχήμασι, τί δήφησιν ὦ κάκιστοι φρονήσαντες ἢ τοῦ τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας, ἢ τοῦ δ' θεοῦ τῆς προνοίας, τοιαῦτα πράττειν εἰς διεργάτην καὶ ξένον ἐτολμήσατε; τῶν δὲ καταδιδόντων αὐτοὺς εἰς κίλασιν ὅπι τὸ σώζεσθαι βενιαμὶν, καὶ πάλιν ἰώσηπος ἀναμιμνησκομένων. κἀκεῖνον ἀποκαλούντων μακαριώτερον, εἰ μὲν τέθνηκεν ὅτι τῶν κατ' τὸν βίον ἀπήλλακται σκυθρωπῶν. εἰ δὲ ζῇεσιν, ὅτι τῆς καταδ' θεοῦ κατ' αὐτῶν ἐκδικίας τυγχάνει. λεγόντων δὲ αὐτοὺς ἀληθεῖς δ' πατρὸς ὅτι τῇ λύπῃ ἰῶ ἐπ' ἐκείνῳ μέχρι νυῦ ἔχει καὶ τῷ ὅπι βενιαμὶν πεσθήσουσι. πολὺς δ' ἰῶ κἀνταῦθα ὁ ῥοῦβηλος, αὐτῶν καθαπτόμενος. ἰώσηπου δὲ τοὺς μὲν ἀπολύοντος, οὐδὲν γὰ αὐτοὺς ἀδικεῖν, ἀρκεῖσθαι μόνῃ τῇ δ παιδὸς τιμωρίᾳ λέγοντες. οὔτε γὰ τὸν ἀπολύειν διὰ τὰς οὐδὲν ἐξαμαρτῶντας σῶφρον ἐλεγχῶ ὅτι συγκολάζειν ἐκείνους τῷ τῷ κλοπῇ εἰωθασμένῳ, βαδίζοσι δὲ παρέξειν ἀσφάλειαν ἐπαγγελλομένου. τὰς μὲν ἄλλας, ἔκπληξις ἔλαβε καὶ πρὸς τὸ παθεῖν ἀφωνία. ἰώδας γ' ὁ καὶ τὸν πατέρα πείσας σκέμψαι τὸ μειράκιον, καὶ τἆλλα δραστήριος ὢν ἀνὴρ, ὑπὲρ τῆς ταδελφοῦ σωτηρίας ἔφη ὑπολαλεῖσθαι. καὶ δεινὰ μὲν εἶπεν ὦ τράπεζ' τετολμηκαμὲν εἰς σε, καὶ τιμωρίας ἄξια, καὶ δ κέλασιν ὑποσχεῖν ἅπαντας ἡμᾶς δικαίως, εἰ καὶ τὸ ἀδίκημα μὴ πάντων ἡμῶν ἀλλ' ἑνὸς δ νεωτάτου γέγονεν. ὅμως δὲ ἀπεγνωκόσιν ἡμῖν τ' δι' αὐτοῦ σωτηρίαν, ἐλπὶς ὑπολέλειπται ὧδ' τ' σῆς χρηστότητος ἐγχωμένη τῷ δ κινδύνου φυγεῖν. καὶ νυῦ μὴ πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀφορῶν, μὴ δὲ τὸ κακούργημα σκοπῶν, ἀλλὰ πρὸς τὸν σοῦ δ φύσιν, καὶ τῷ ἀρετῷ σύμβουλον ποιούμενος ἀντὶ τῆς ὀργῆς, ᾧ οἱ τἆλλα μικροὶ πρὸς ἰσχὺν λαμβάνουσι σθι ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν αὐτῇ χρώμενοι, γνοῦ πρὸς αὐτῷ μεγαλόφρων. καὶ μὴ νικηθῇς ὑπ' αὐτῆς ὥστε ἀποκτεῖναι τοὺς οὐδ' αὐτοὺς ὡς ἰδίας ἐπὶ τῆς σωτηρίας ἀντιποιουμένους, ἀλλὰ ὧδ' σοῦ λαβεῖν αὐτῷ ἀξιοῦντας. καὶ γὰ οὐδὲ νυῦ πρῶτον αὐτῷ ἡμῖν παρέξεις. ἀλλὰ τάχιον ἐλθοῦσιν ὅπι τῷ ἀγορᾶν τοῦ σίτου, καὶ τῷ

τὴν ἐπαρχίαν τῆς τροφῆς ἐλαττόω, δοὺς ἀποκομίζειν. Aacceptam laturi. ne committas, ut illud beneficium tibi pereat, dum fami ereptis, & frumento liberaliter adjutis, etiam ad familiam eodem periculo laborantem domum alimenta perferendi poteſtatem feciſti. Ejuſdem enim bonitatis eſt, ſervare fame de vita periclitantes, & mortem meritis culpam condonare, quibus fortuna tuam beneficentiam invidiſſe viſa eſt. eadem planè gratia eſt, diverſo modo collata. Servabis enim, quos paviſti, & vitam, quam præ fame deficere non es paſſus, denuo donabis, quo commendabilior ſit tua clementia, dum & vitam donas, & per quæ vita retinetur. Quin etiam Deum ipſum exiſtimo tibi hanc virtutis exercendæ materiam ſuppeditare: ut appareat te proprias quoque offenſas benefaciendi voluntati poſthabere, & non in ſolos innoxios egenos liberalem eſſe. Quantumvis enim magna laus eſt opem ferre in rebus anguſtis, non minus tamen principem ornat clementia, præſertim in cauſa, quæ ad ipſius injuriam privatim attinet. Si enim parva peccata remittentes merita laus ſequitur, quid in capitali crimine iram cohibuiſſe, an non divinæ clementiæ proximum videri debet? Quod niſi Joſephi interitu compertum haberem, quam moleſte ferat pater orbari filiis, non adeo pro ſalute noſtra laborarem, niſi quatenus tibi clementiæ laudem conciliatura videtur: &, ſi non haberemus, quibus mors noſtra luctum ac mœrorem ſit allatura, æquo animo ſupplicium perferremus. Nunc vero quando non tam noſtri nos miſeret, tametſi juvenes adhuc non multum fructum aut voluptatem vitæ percepimus: quam parentis miſeri, ætate curiſq; confecti, has tibi preces illius quoque nomine offerimus, & vitam nobis donari oramus, ſupplicio per hodiernum malefactum obnoxiam. ille certe vir bonus eſt, nosque, ut ſimiles eſſemus, genuit, dignus, qui nunquam talem calamitatem experiatur, qui nunc ob noſtram abſentiam curis ac mœrore diſcruciatur. quod ſi talem noſtri interitus nuncium acceperit, ſimulque ejus cauſam, non ſuſtinebit amplius vivere: noſtræ mortis infamia illius mortem approperabit, hoc ipſo infeliciorem, quia, ne noſtri dedecoris rumorem ſentiret, è vivis exceſſiſſe videbitur. His igitur perpenſis, tametſi ad juſtam indignationem hoc ſcelere permotus, patri tamen vindictæ gratiam facito: & plus illius miſeratio apud te valeat, quam noſtra iniquitas. Defer hoc honoris ſenectuti ejus, quæ ſi nobis orbetur, ſuperſtes durare nec volet nec poterit, defer tui parentis memoriæ, defer ipſi patris vocabulo, quod tibi jam contigit, ita tibi Deus omnium pater hoc felix faxit ac perpetuum. quem & ipſum honorabis hac pietate propter commune nomen, ſi te calamitatis ſenis patris miſeret, quem orbatum manere eſt credibile. Nunc tuum eſt, quæ nobis Deus dedit, cum jure poſſis non autrendo iterum dare, & hoc pacto Dei benignitatem imitari, & hac parte ſimilem ei fieri.

Cum enim tantundem ad utrumlibet valeas, A
præstat bene facere quam male, & potestate contentum sui juris non meminisse, sed tantum ad
servandos homines potentiam tibi datam existimare, & quo pluribus salutem dederis, hoc teipsum illustriorem fore; potes autem, fratri erroris venia data, nos omnes servare. neque incolumes esse possumus nisi hoc incolumi, neque
domum absque hoc ad patrem redire licet, sed B
hic ferendum est, quicquid frater tulerit. neque
enim aliam gratiam à te, Præses, petimus, si hanc
non impetramus, quam ut nos eodem afficias
supplicio, non secus ac sceleris socios. hoc enim
satius fuerit, quam si præ mœrore nobis ipsi manus inferamus. Non addam juvenem esse, &
per ætatem nondum satis sapere & talibus non
gravatim veniam dari solere: sed hic finem di-
cendi faciam, ut sive damnemur, mihi impute- C
tur non satis diligenter huic causæ patrocinato:
sive absolvamur, in solidum hanc gratiam tuæ
clementiæ ac bonitati debeamus, cujus laudi
hoc quoque accedet, quod non solum nos servaveris, sed plura etiam, quam nos ipsi in causa
nostra, quæ pro nobis faciant, videris. Sive igitur plectere vis hunc, me vicario ad supplicium
accepto, patri eum remittito. Sive ad servitium D
addicere mavis, ego tuis ministeriis magis sum
idoneus, & ad utrumvis, ut vides, magis paratus. His dictis, Judas promptus ad quidvis pro
fratris salute libenter subeundum, accidens Jo-
sepho ad pedes, quantum in se erat, mollire ac
placare iram conatur. parique modo & cæteri
prosternuntur, pro Benjamine sese offerentes.
Josephus autem pietate victus & jam ægrè per-
sonam irati fustinens, ablegat alios, qui tum ad- E
erant, ut sine arbitris à fratribus agnoscere-
Genes. 45. tur, cumque soli essent, aperit seipsum & infit:
Pietatem vestram & amorem, quo fratrem pro-
sequimini non laudare non possum, quem majo-
rem comperio, quam expectaram, conjecturam
faciens ex his, quæ mihi olim acciderunt: in hoc
enim hæc omnia feci, ut fraternæ benevolentiæ
caperem experimentum. cujus quoniam egre- F
gium specimen edidistis, ne illud quidem in me
commissum vestræ naturæ imputare libet, sed
Dei potius voluntati totum ascribo, qui vobis in
præsentia commoda procuravit, & majora est
largiturus, si nobis propitius favorem suum non
subtraxerit, quando igitur & patris incolumita-
tem optatam magis quam speratam cognovi, &
vos tales, quales cupiebam, erga fratrem com-
peri, libenter injuriæ olim mihi factæ oblivi- G
scor, malens vobis ut ministris divinæ prouidentiæ in hoc tempus communi nostræ utilitati prospicientis gratiam habere, quam vestræ,
ut tum videri poterat, malitiæ meminisse. Vos
quoque temporis illius immemores jubeo bono
animo esse, & mali consilii bonum eventum libenter ferre, neque pudore præteriti errati
quicquam contristari. qvid est enim, cur vos male habeat iniquæ qvondam vestræ sententiæ
pœnitentia, quam frustratam esse jam videtis? Læti igitur hac divina dispensatione ite feli-

λέσθαι δοῦναι, καὶ μηδὲν ἐκείνου θᾶττον ἐγκεῖσθαι τῇ χάριτι. τῆς γὰρ ὑπ' ἀμφότερα δυνάμεως παντὸς κύριος, καλὸν πίστευε ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιδείκνυσθαι. καὶ παρὸν καὶ ἀπολλύειν τῆς μὴ κατ' ἐξουσίας ὡς μὴ δὲ ὑπαρχούσης, ἐπιλαμβάνεσθαι, μόνον δὲ ἐπιτρέφθαι τὸ σώζειν ὑπολαμβάνειν μᾶλλον ἢ τὸ παρέχειν φαίνεσθαι δίδοντα. σὺ γὰρ πάντας ἡμᾶς σώσεις τὸν ἀδελφὸν συγχωρούς, ὑπὲρ ὧν ἠτύχησεν. ἐδὲ γὰρ ἡμῖν βιώσιμα, πατρὸς κολαζομένου, οἷς γε πρὸς τὸν πατέρα μὴ ἔξεστιν ἀναστρέφεσθαι μόνοις, ἀλλ' ἐνταῦθα δὴ κοινωνῆσαι τῆς αὐτῆς καταστροφῆς ἢ βίου. καὶ πρότερον δεησόμεθα στρατηγὸν κατακρίναντος τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν ἀποθανεῖν, συσκολάσαι κἀμᾶς ὡς τὰ ἀδικήματος κεκοινωνηκότας. ἀγὼ ἀξιώσομεν ἡμεῖς ὡς ἐπὶ λύπῃ πεθνηκότος ἑαυτοὺς ἀνελεῖν ἀλλήλους, ἀλλ' ὁμοίως αὐτῷ πονηροὶ γενέσθαι ἀποθανεῖν ἅπαντες. κἂν ὅτι μὲν καὶ νέος ὢν, ἥμαρτε καὶ μήπω τὸ φρονεῖν ἐνηλεσμένος, ὡς ἀνθρώπινον τῆς τύχης συγγνώμῃ νέμειν σοι, καταλιπὼν παύομαι πρεσβύτερα λέγων. ἵν' εἰ μὲν καθαρεύσεως ἡμῶν, τὰ μὴ λεχθέντα δόξῃ βεβλάφειναι πρὸς τὸ σκυθρωπότερον ἡμᾶς. εἰ δ' ἀπλότητος καὶ κενὰ τῇ σαυτοῦ χρηστότητι σωτιδῶν ἀπτεψηφίζῃ νομισθῆς, ἀ σώσας μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὧν δικαστὴς μᾶλλον φανήσῃ τυχεῖν χαριζόμενος, καὶ πλέον ἡμῶν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας νεησάσ σωτηρίας. εἰ τ' οὖν κτείνειν αὐτὸν θέλεις, ἐμὲ τιμωρούμενος ἀντὶ τούτου, τῷ πατρὶ τὸν ἀποπεμψον. εἰ δὲ καὶ κατέχειν σοι δοκεῖ δοῦλον, ἐγὼ πρὸς τὰς χρείας σοι ὑπηρετικώτερος, ἀμείνων, ὡς ὁρᾷς, πρὸς ἑκάτερον τῶν παθῶν ὑπάρχων. ἰδοὺ μὲν οὖν πᾶν ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς ἀδελφοῦ σωτηρίας ἡδέως ἔχων, ῥίπτει πρὸ τῶν ἰωσὴφ ποδῶν ἑαυτὸν, ἵνα ὡς ἐκμαλάξειε τῷ ὀργῇ αὐτὸν, καταπεφυκὼς ἀγωνιζόμενος. πέπτωκεν γὰρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες καὶ προδιδόντες ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς βενιαμὶν ψυχῆς ἀποδυρόμενοι. ὁ δὲ ἰωσὴφ ἐλεγχόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους, καὶ μηκέτι δυναμένος τῷ τοῦ ὀργῆς φέρειν ὑποκρίσιν, κελεύει μὲν ἀπελθεῖν τοὺς παρόντας ἵνα μόνοις ἑαυτὸν τοῖς ἀδελφοῖς ποιήσῃ φανερόν. ἀναχωρησάντων δὲ, πρὸς γνώριμον ἑαυτὸν τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ φησίν. τί μὲν δρᾶτε ὑμᾶς καὶ διάνοιας τοῦ περὶ τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν, ἐπαινῶ καὶ κρείττονας ἢ προσεδόκων ἐκ τῶν περὶ ἐμὲ βεβελλημένων διέγνωκα, πάντα παῦλα ποιήσας ἐπὶ πείρᾳ τὸ ὑμέτερας φιλαδελφίας. φύσει δὲ, οὐδὲ περὶ ἐμὲ νομίζω πονηροὺς γεγονέναι, θεὸν δὲ βεβλημένῳ τῷ πεπωκότι πραγματευομένῳ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαῦσιν, καὶ τῷ εἰς ὕστερον ἂν εὐμενεῖς ἡμῖν προφανῆναι. πατρός τε ἂν σωτηρίαν ἐγνωκὼς ἀδόλ ἐλπιδέσιν, καὶ πιστοὺς ὑμᾶς ὁρῶν περὶ τὸν ἀδελφὸν, οὐδ' ὧν εἰς ἐμὲ δοκεῖτε ἁμαρτῶν ἔτι μνημονεύω. παύομαι δὲ τῆς ἐπ' αὐτοῖς μισοπονηρίας, καὶ ὡς σωματίοις τῶν τοῦ θεοῦ βεβουλλομένων εἰς τὰ παρόντα χάριν ἔχειν ὁμολογῶ. ὑμᾶς τε βούλομαι καὶ αὐτοὺς λήθην ἐκείνων λαβεῖν ἥδεσθαι μᾶλλον, τῆς τε ἀβουλίας εἰς τοῦτον ἐλθούσης τέλος μὴ δυσφορεῖν αἰσχυνομένους ὅτι τοῖς ἡμαρτημένοις. μὴ οὖν δόξῃ λυπεῖν ὑμᾶς τὸ κατ' ἐμοῦ ψῆφον ἐνεγκεῖν πονηράν, καὶ ἡ ἐπ' αὐτῇ μετάνοια τοῦ γε μὴ προχωρῆσαι τὰ βεβουλλόμενα. χαίροντες οὖν ἐπὶ τοῖς ἐκ θεοῦ γεγλυμμένοις, ἄπτε τοῦτο δηλώσοντες τῷ πατρὶ, μὴ καὶ τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν

Φρον-

φρονῆσαι ἀναλωθεὶς ζημιώσῃ μὲ τὸ κάλλιστον τῆς εὐ-
δαιμονίας πρὸ ἐκ ὄψω ἐλθεῖν τοῦ ἐμοῦ καὶ μεταλα-
βεῖν τῶν παρόντων ἀγαθῶν δοκοῦντων. αὐτὸν ἢ τέκνα,
καὶ γυναῖκας ὑμετέρας καὶ τέκνα, καὶ πᾶσαν τοῦ συγ-
γένους ὑμῶν ἀναλαβόντας εὐθέως μετοικίζεσθε. οὐ γὰρ
πρέπει μοι τῶν ἀγαθῶν δὴ τῶν ἡμετέρων τοὺς
ἐμοὶ φιλτάτους, ἄλλως τε καὶ ἔτι λιμοῦ λοιπὸν ἐπὶ πέν-
τε ἔτη μένοντος. ταῦτ' εἰπὼν ἠσπάσατο, ὡς ἐβάλ-
λετο τοὺς ἀδελφούς. οἱ δ' ἐν δάκρυσιν ἦσαν καὶ λύπῃ, τὸ B
δ' ἐπ' αὐτοῖς βεβουλευμένων τιμωρίαν ἐν αὐτοῖς ἐκτο-
λασπῶν ἑβόκει τὸ ἄγνωμον τῶν ἀδελφοῦ. καὶ τότε μὲν
ἦσαν ἐν ἀνίᾳ. βασιλεὺς δ' ἀκούσας ἥκοντας τοὺς
ἰωσὴφ τοὺς ἀδελφοὺς, ἥδη τε μεγάλως, καὶ ὡς ἐπ'
αἰσίοις ἀφ' ἡλίου ἀγαθοῖς, παρεῖχεν αὐτοῖς ἁμάξας σί-
του πλήρεις, καὶ ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἀποκομίζειν τοῦ
πατρὸς λαβόντας ἤθελεν ὡς τοῦ ἀδελφοῦ, τὰ μὲν τοῦ
πατρὶ φέρειν, τὰ δ' αὐτοῖ δωρεὰς ἔχειν ἑκάστοις ἰδίας C
πλείονα τῶν μετρίων βενιαμὶν παρ' αὐτοῦ ἀπῆσαν. ὡς
δὲ ἀφίκοντο τῶν παίδων ἰακὼβος τοὺς ὡς ἐν τὸν ἰωσὴ-
φ ἐμαθεν, ὅτι μὴ μόνον ἔφη τὸν θάνατον ἀφ' ἡλίου φυγὼν
ὡς ὠπιθῶν διῆγε, ἀλλὰ καὶ ἐν μὴ λαμπρᾷ καὶ δαι-
μονίᾳ βασιλεῖ συνδιέπων τοῦ αἰγύπτου, καὶ τοῦ ἀ-
πάντων ἔχειν ἐπιμελούμενος αὐτῆς ἐπιμέλειαν, ἄπι-
στον μὲν ἐδόκει τῶν ἐπηγγελμένων, λογιζόμενος
τὴν τοῦ θεοῦ μεγαλουργίαν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν,
ἐν καὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ διέλεπεν. ὥρμητο δ' ὡς D
πρὸς τὸν ἰωσήφ.

Κεφάλαιον δ'.

Ἡ τῶν πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῆς ὑφ' αὐτὸν πάσης, πρὸς αὐ-
τὸν μετάβασις, ἀφ' ὧν ὑφ' ὁμόλογον λημῶν.

Ὡς δὲ κατέσχεν ἤδη τὸ ὄρυσσον φρέαρ, θύσας αὐτό-
θι τῷ θεῷ, καὶ φοβούμενος ἀφ' τοῦ δαιμονίου
τῶν τοῦ αἰγύπτου, τῶν παίδων ἐμφιλοχωρούν-E
των τῇ οἰκουμένῃ τῇ ἐν αὐτῇ, μὴ ἐκ ἔτι εἰς τοὺ χαναναίαν
ἀνέλθοιεν μεταθέντες κατέχωσιν αὐτὴν ὡς ὁ θεὸς τοῦ
ἐπηγγείλατο, ἅμα τε μὴ δίκαι βουλήσεως θεοῦ γνωμέ-
νης τῆς εἰς αἴγυπτον ἀφόδου ἀφανίσειε τὸ γένος αὐτοῦ,
πρὸς δὲ τύχης δεδιὼς μὴ πρεξέλθῃ ὁ βίου πρὶν
ἐν ὄψει ἰωσὴφ ὠφελῆσαι, καταφέρεται φρένων
ταυτὶ τὸν λογισμὸν εἰς ὕπνον. ἀπεῖσε δ' ὁ θεὸς
αὐτῷ, καὶ δὶς ὀνόματι καλέσας, πυνθανομένῳ τίς
εἴη. οὐ δίκαιον εἶπεν ἰακὼβ θεὸν ἀγνοεῖσθαι τ F
αἰώνιον φρασάτω καὶ βοηθὸν πρεσβύτου τὸ τοῖς σοῖς, καὶ
μετ' αὐτοὺς σοὶ γένεσθαι. πρεσβεύοντί τε γάρ σοι τῆς ἀρ-
χῆς ἀπὸ πατρὸς, ἐγὼ παρεῖχον. καὶ νῦν ἐμοὶ εὐνοίαν,
ὡς τοῦ μεσοπταμίαν μόνον φεύγεις, γάμων τε ἀφορ-
μὰς ἔσχες, ἐκ παίδων ἐπαγόμενος πλῆθος, καὶ χρημά-
των εὐπορίας. παρέμεινέ τι σε γένεσι πᾶσι τῇ ἐμῇ πρόνοι-
ᾳ, καὶ οὐ δοκαλαίνεις τῶν ὑπ' ἐμοῦ δόξαν ἰώσηπον, τὸν
ὡς δοκαλαίνων μείζονα ἀγαθῶν ἤγαγον, ἐκ τῆς αἰγύπτου G
κώμης ἐς ἀλγὼ ἀφ' ἅρμα καὶ βασιλέως ἐπίπεμψας. ἴσκατ
τοῦ τοῦ τοῦτο ἡμῶν ἐσόμενος, καὶ βίᾳ σοι πλάτ
τοῦ ἰωσὴφ χεροὶν ἡμφιεσμένῳ πρὸ ἡλίου, ἐκ μακρὸν
αὐτὸν τῶν ὀφθαλμῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐκ δόξῃ κατεγγέλ-
λων καταίσχυνον τι αὐτὸς εἰς τοῦ θεοῦ κατόχημα. τού-
τῳ χρησθεὶς τοῦ ὀνείρατι, πρόθυμότερον εἰς τὸ αἴγυ-
πτον σὺν τοῖς ἰδίοις καὶ πᾶσι τοῖς τούτων ἀπηλλάττετο.

Aces patri hæc renuntiaturi, ne forte, illo consumpto immodica de vobis solicitudine, præcipuus felicitatis meæ fructus intercidat, priusquam ille in conspectum meum veniat, & horum bonorum fiat particeps. quamobrem & ipsum & uxores ac liberos vestros totamque cognationem assumentes migrare vos huc volo. Non enim decet mihi charissimos ab hac mea felicitate abesse, præsertim fame quinq; adhuc annis duratura. Hæc locutus complectitur fratres; illi vero in lachrymis erant ac mœrore, tanto majore pœnitentia, quod in tam bonum fratrem peccavissent. mox convivium est secutum. Rex autem, cognito fratrum Josephi adventu, quasi sibi ipsi aliquid boni accidisset, lætatus est, donavitque eis currus onustos frumento & aurum ac argentum, munera ad patrem deferenda. qui, pluribus etiam à fratre acceptis, partim patri, partim in singulos donatis, sed præcipuis Benjamini, reversi sunt ad suos.

Jacobus autem postquam ex filiis statum Josephi cognovit, quod non solum mortem effugit, quam tamdiu luxerat, sed etiam in splendida fortuna vivit cum rege administrans Ægyptum & pene totam illius regionis gubernationem commissam habens, facile ista credidit, cogitans tum magnificentiam Dei, tum erga se favorem, tametsi aliquantisper, ut videbatur, intermissum: nec diu moratus iter aggressus est ad Josephum properans. VII.

CAP. IV.

Quomodo Jacobus cum tota progenie ad filium migravit.

UT vero ventum est ad puteum juramenti, oblato Deo sacrificio, cum timeret, ne, filiis propter ubertatē Ægypti cupiditate habitandæ regionis captis, posteritas sua non rediret in Chananæā occupatura eam juxta promissa Dei: neve, inconsulto Deo migratione præsenti facta, genus ipsius clade aliqua feriretur: ad hæc, ne forte ipse, antequam Josephum aspicere contingat, ex hac vita eximatur: talia volutanti in animo & somno gravato Deus per visionem astitit, eumque bis nominatim inclamavit. Quo rogante, quisnam esset, an non agnoscis, inquit, Jacobe, Deum perpetuum, tam tuum quam tuorum majorum protectorem simul & auxiliatorem? qui contra patris tui propositum principem familiæ te constitui, & cum solus in Mesopotamiam profectus esses, effeci, ut conjugium nactus fortunatum redires & liberis multis & facultatibus auctus: incolumem etiam progeniem tuam servavi, & quem amisisse videbaris Josephum, ad tam sublime dignitatis fastigium evexi, ut non multum à rege Ægypti differat. Nunc quoque in hoc veni, ut me ducem hujus itineris habeas, utque tibi prænunciem inter manus Josephi te e vita exiturum, & posteritatem tuam per multa secula potentem fore simul & illustrem, occupaturamque terram, cujus ditionem ei sum pollicitus. Hoc somnio fretus eo libentius in Ægyptum cum filiis ac nepotibus properabat, qui erant in universum septuaginta. Genes. 46.

Eorum nomina cum sint duriora, non eram ad-
scripturus, nisi propter qvosdam, qui nos Ægy-
ptios contendunt esse, non Mesopotamenos. Er-
go Jacobi filii fuere duodecim, ex quibus Jose-
phus jam antea venerat. recensendi sunt nunc
reliqui, cum sua quisque progenie. Rubeli fue-
runt quatuor filii, Anoches, Phalles, Essaron,
Charmissus. Simeonis sex, Jumilus, Jaminus,
Puthodus, Jachenus, Zoar, Saar. Levis quoque
tres fuerunt, Gelsemis, Caathus, Mararis. Ju-
dæ item tres, Sala, Phares, Zara, & duo filii Pha-
ræ Esron & Amyrus. Issacharæ quatuor, Thu-
las, Phruras, Jobus, Samaron. Zabulonis tres,
Saradus, Elon, Janel. & hoc quidem genus e Lia,
quæ secum ducebat filiam Dinam, quorum nu-
merus triginta tres. Rachelis autem filii fuerunt
duo, qvorum alter Josephus filios habuit Ma-
nassem & Ephraimen. alteri vero Benjamini fue-
runt decem, Bolossus, Baccharis, Asabel, Gela,
Nemanes, Ises, Aros, Nompluthis, Optais, Saro-
dus. isti quatuordecim superioribus additi, fi-
unt numero quadraginta septem. & legitimum
quidem Jacobi genus hoc fuit. è Bala vero fa-
mula Rachelis fuerunt Danus & Nephthalim,
quem qvatuor sequebantur filii, Eleinus, Gu-
mes, Sares, Hellimus: Dano vero unicus erat fi-
lius nomine Usis. his ad jam dictos additis,
quinquaginta quatuor numerus expletur. Ga-
des autem & Asserus nati fuerunt è Zelpha Liæ
famula. ex his Gadem sequebantur filii septem,
Zophonias, Ugis, Sunis, Zabros, Ærines, Ero-
des, Ariel. Asserum vero una filia, & mares nu-
mero sex, qvorum nomina Jomnes, Essus, Jubes,
Baris, Abarus, Melmiel. his quindecim adje-
ctis ad prædictos quinquaginta quatuor, supra
dictus numerus completur, annumerato. etiam
Jacobo. Josephus autem, cognito patrem ad-
ventare (etenim Judas præcurrens id significa-
verat) profectus obviam ad Heroum oppidum
illi occurrit: qui præ nimia lætitia minimum ab-
fuit, quin expiraret. sed Josephus eum refovit,
quamvis & ipse præ gaudio periclitaretur, non
tamen æque ac pater. deinde jusso eo, paulatim
progredi, ipse, assumptis quinque fratribus, pro-
peravit ad regem, nunciaturus adesse cum fami-
lia Jacobum. quo audito, lætus ille percontatus
est Josephum, quibusnam studiis potissimum de-
jectarentur. ait, pastoralem artem callere, &
nihil aliud exercere: idqve eo consilio re-
spondit, ne forte distraherentur, sed ut una
degentes curam patris haberent: tum ne qua
æmulatio cum Ægyptiis interveniret, si circa
Genes. 47. eadem cum illis studia versarentur. Nam ei gen-
ti non erat licitum greges aut pascua curare. Ja-
cobo autem salutatum ad regem perducto,
post faustas ominationes acceptas rogavit
eum Pharao, quantum temporis vixisset. &
cum audisset, triginta supra centum annos na-
tum, admiratus est hominem tam longævum.

ἦσαν δ' οἱ πάντες ἑβδομήκοντα. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα
δηλώσας τούτων, ὧν ἐδοκίμαζον, καὶ μάλιστα διὰ τὴν
δυσκολίαν αὐτῶν ἵνα μή τι προσθήσω τοῖς ἐχ ὑπο-
λαμβάνουσιν ἡμᾶς ἐκ Μεσοποταμίας ἀλλ' Αἰγυπτίους
εἶναι, ἀναγκαῖον ἡγησάμην μνημονεῦσαι τῶν ὀνομάτων.
ἰακὼβ μὲν οὖν παῖδες ἦσαν δώδεκα. τούτων ἰώσηπος
ἤδη προαφῆκεν. τοὺς οὖν μετ' αὐτὸν ἢ τοὺς ἐκ τούτου
γεγονότας δηλώσωμεν. ῥουβήλου μὲν ἦσαν παῖδες τέσ-
σαρες, ἀνώχης, Φάλλης, ἐσσάρων, χάρμισος. συμεών
ἦ, ἑξ. ἰούμηλος, ἰάμινος, πούθους, ἰαχήνος, σόαρος, σάα-
ρος τρεῖς ἦ λαός γεγόνασιν οἱ μήλοσμις, καὶ δὰν,
μαραίρος. ἰούδα ἦ παῖδες ἦσαν τρεῖς, σαλᾶς, Φάρης, ζάρας.
οἱ ἦ δύο γεγόνοτες ἐκ Φαρέσου, ἕσρων καὶ ἄμαρος. ἰσσα-
χάρου δὲ τέσσαρες, ἰούλας, Φρουρᾶς, ἰώβος, σαμάρων. τρεῖς
ἦ ζαβουλῶν ἦγεν υἱούς, σάραδον, ἤλωνα, ἰάνηλον. τὸ μὲν
οὖν τῆς λείας ἔθνος, καὶ αὐτὴ σωωμὴ καὶ θυγάτηρ αὐ-
τῆς δίνα. τρεῖς οὗτοι καὶ τριάκοντα. ῥαχήλας παῖδες
ἦσαν δύο. τούτων ἰωσήπῳ μὲν γεγένηται υἱοὶ, μανασσῆς
καὶ ἐφράμης. βενιαμὶν ἦ τῷ ἑτέρῳ δέκα, βολοσσός,
βακχαρὶς, ἀσσήβηλος, γήλας, ναμμανῆς, ἴσις, ἀρώς,
νομφθεὶς, σφᾶις, πειρόδος. οὗτοι τέσσαρες καὶ δέκα σὺν
τοῖς πρότερον κατειλεγμένοις, εἰς ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα
γίνονται τὸν ἀριθμόν. ἡ τῆ μὲν γνησίου ἰακώβου
ἔθνος τοσοῦτον. ἐκ βάλας δ' αὐτῷ γίνονται τῆς ῥαχήλας
θεραπαινίδος, δάνος, καὶ νεφθυλὶς. ὧν τέσσαρες ἐσποντο
παῖδες, ἐλήϊνος, γοὺμις, σάρις τε, καὶ ἔλλιμος. δάνῳ μὲν,
μονογενὴς ἦν παιδίον, οὖσις. τούτων προειρημένων τοῖς
προειρημένοις, πεντήκοντα καὶ τεσσάρων πληροῦσιν
ἀριθμόν. γάδης ἦ, καὶ ἄσηρος, ἐκ ζελφᾶς μὲν ἦσαν. ἡ
λίας δὲ αὐτῇ θεραπαινίς. παῖδες δ' ἑπήοντο, ζώφης
μὲν, ἑπτὰ ζοφωνίαν, οὐγὶν, σουνὶν, ζάβρων, ἀπρίνιν, ἐ-
ρωεδὴν, ἀρὶηλον ἀστήρωνές τε ἦν θυγάτηρ, καὶ ἄρσενες
ἀριθμὸν ἓξ, εἰς ὀνόματα, ἰωμνῆς, ἠσσοῦς, ἰούβης, βάρις,
ἄβαρός τε καὶ μελμιήλος. τούτων ἐνδεκα ὄντων ἐκ προσ-
τεθειμένων τοῖς προειρημένοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ὁ
προειρημένος ἀριθμὸς πληρῶται, μὴ συγκαταλεγομένου
αὐτοῖς ἰακώβου. μαθὼν ἦ ἰώσηπος ἀπαγγόμορον τὸν
πατέρα, καὶ γὰρ προλαβὼν ἰούδας ὁ ἀδελφὸς ἐδήλω-
σεν αὐτῷ τὴν ἄφιξιν, ἐξαναπηδήσας ἔξεισι καὶ καθ' ἡ-
ρώων πόλιν αὐτῷ συνεβάλετο. ὁ δὲ ὑπὸ τῆς χαρᾶς ἀ-
προσδοκήτου τε καὶ μεγάλης γενομένης, μικροῦ δεῖν
ἐξέλειπεν. ἀλλ' ἀνεζωπύρησεν αὐτὸν ἰώσηπος. αὐτὸς
αὐτὸς μὲν κρατήσας δυνηθεὶς, ὡς μὴ ταὐτὸ παθὼν
ὑφ' ἡδονῆς. οὐ μέντοι τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ πατρὶ γε-
νόμενος ἤθων τοῦ πάθους, ἔπειτα τὸν μὲν πρέσβυν μελ-
λήσας εὐθέως, αὐτὸς ἦ σὺν ἀδελφοῖς πέντε τοῖς ἀδελ-
φοῖς, ἐπείγεται πρὸς τὸν βασιλέα, φράσων αὐτῷ προ-
γεγενημένον μὴ τοῦ γένους τὸν ἰακώβου. ὁ ἦ τοῦτο χα-
ρέων ἤκουσε, καὶ τὸν ἰώσηπον ἐκέλευεν αὐτῷ λέγειν, τί-
νι βίῳ διατρεπόμενοι, ὡς αὐτοῖς διατελοῦσι τὸν πάντα
τρέφειν διαγήν. ὁ δὲ, πιμένας αὐτοὺς ἀγαθοὺς ἔλε-
γε, καὶ μηδενὶ τῶν ἄλλων ἢ τούτῳ μόνῳ προσέχειν,
τότε μὴ διαζῶντας, ἀλλ' ἐν ταὐτῷ τυγχάνοντας
ἐπιμελήσασθαι τὸ πατρὸς προσόμενοι, τότε τοῖς αἰ-
γυπτίοις εἶναι προσφιλεῖς, μηδὲν πεπιστευκότας τ' αὐτῶν
ἐκείνους. αἰγυπτίοις γὰρ ἀποτεθρεμμένον ἦν τοῖς νομεῦσι ἀνα-
στρέφειν. ἦ ἰακὼβ ὑπαγγελθέντα τὸν βασιλέα, καὶ ἀπαντήσαντα τε, καὶ καταχθέντα εἰς τὴν βασιλέ-
ως αὐτῷ. ὁ Φαραὼ ἐπυνθάνετο πόσον ἤδη ἔτος ὢν ἰακὼβ ἐπὶ-

χρόνον. τοῦ δ' ἑκατὸν ἔτη καὶ τριάκοντα γεγονέναι φήσαντος, ἐθαύμασε τοῦ μήκους τῆς ζωῆς τὸ ἰακὼβ ἐπὶ-

ἐπὶ τοῦ θ', ὡς ἥβησε τῶν προγόνων ἐν βεβιωκὼς A cumque ille adjecisset majores suos longioris ætatis fuisse, jussit eum cum filiis degere in Heliopoli, ubi etiam regii pastores habebant pascua. Fames autem crescebat in Ægypto, nec aderat remedium, neque flumine agros rigante, non enim ascendebat, neque ullis de cœlo pluviis: ad hæc gravius erat malum, quia vulgo improvisum, qui nihil parati habebat, neque Josephus frumentum dabat, nisi numerata pecunia, quæ B postquam defecit, pecudes ac mancipia pro frumento permutabant. quibus vero agri fuere, partem aliquam in precium alimentorum regi decidebant. cumque ad hunc modum omnes eorum possessiones in jus regis devenissent, alius alio migrabant, qvo certius esset regium dominium. soli sacerdotes immunitatem & agros retinuerunt. postremo hæc necessitas adeo non C corpora solum, sed & animos gentis in servitutem redegit, ut nihil turpe putarent, qvo victus utcunque parari posset. postquam autem cessavit fames, &, rigante flumine, terra ad pristinam fertilitatem rediit, Josephus regionis urbes obeundo, convocata per singulas multitudine, agrorum, qvos regi cesserant, usumfructum illis restituit, & adhortatus, ut non secus quam prios colerent, jussit quintam partem fructuum D regi pendere, quæ ei jure dominii deberetur. qui læti insperata restitutione agrorum culturam strenue aggrediebantur, atque hoc pacto tum Josephi autoritas, tum gentis erga regem benevolentia non mediocriter crevit: & jus quintæ partis frugum etiam penes regum posteros ac successores permansit.

Jacobus autem cum decimum septimum annum in Ægypto exegisset, inter manus filiorum E vitam finivit, precatus eis prius prosperitatem & abundantiam, & vaticinatus, qvod singulorum posteri in partem possessionis Chananææ terræ essent perventuri, id qvod factum est aliquanto post tempore. præterea collaudato Josepho, qvod oblitus injuriarum plura fratribus bona contulerit, quam vel benefactoribus deberentur, mandavit suis filiis, ut Josephi filios Ephræmen & Manassen in suum numerum admitterent divisuri sorte Chananæam, quemadmodum postea dicetur. postremo rogavit, ut in Hebrone sepeliretur. Mortuus est autem cum vixisset annos centumquinquaginta minus tribus, ex majoribus suis nulli pietate secundus, cujus digna præmia Dei benignitate est consecutus. Josephus vero, permittente rege deportatum patris corpus in Hebronem magnifice sepelivit. cæterum fratribus recusantibus cum eo reverti, quod timerent, ne defuncto patre, in se vindicaret, cum non amplius esset, in cujus gratiam daturum veniam sperarent, jussit eos, posito metu, nihil mali suspicari: & reductis secum magnas possessiones largitus est, nec unqvam eos summa benevolentia prosequi destitit. Moritur autem & ipse centesimo & decimo vitæ anno exacto, vir admirabili virtute præditus, in omnibus negotiis prudens, & potestate bene usus: quibus artibus factum est, ut neque externum genus, neque calamitas, de qua diximus,

VIII. *Genes.* 48. 49. 50.

quicquam offecerit, quo minus ad ſummam dignitatem eveheretur. Reliqui etiam fratres, vita feliciter exacta, in Ægypto ſunt mortui, quorum corpora filii & nepotes in Hebronem relata ſepeliverunt. Joſephi autem oſſa poſtea tranſlata ſunt in Chananæam per Hebræos, dum ex Ægypto populariter migrarent. hoc enim ipſe adjuratis prius mandaverat. Sed & hoc & alia hujus populi geſta narraturi, dicemus prius cauſam, propter quam ex Ægypto exiverunt.

CAP. V.

De afflictionibus Hebræorum in Ægypto per annos quadringentos.

IX. *Exod. 1.* ÆGyptii gens delicata & ad laborem ſegnis voluptatibus ſolum & captandis undecunque lucris dedita, male volebat Hebræis, quod per invidiam ferre æquo animo illorum felicitatem non poterat. videntes enim genus Iſraelitarum florere, & opibus labore atque induſtria quæſitis abundare, non ſatis tuta ſibi eorum incrementa exiſtimaverunt: & cum jam Joſephi beneficiorum memoriam tempus oblitteraſſet, regnumque Ægypti in aliam familiam demigraſſet, inhumane tractabant Iſraelitas & variis laboribus atterebant. nam & flumen in multas foſſas diducere ſunt juſſi & mœnia exædificare, & aggeres exſtruere, quibus inundationes fluminis arcerentur. pyramidum etiam inſanis ſubſtructionibus vexabant gentem noſtram, cogendo varias artes ediſcere, & laboribus ferendis aſſuefcere. atque in hunc modum per quadringentos annos fuit laboratum, Ægyptiis id agentibus, ut Iſraelitas nimio labore perderent, noſtris contra omnes difficultates eluctari conantibus. Exortum eſt deinde aliud quiddam, cur genus noſtrum magis etiam cuperent extinctum. Quidam ex eo genere hominum, quos gens illa vocat ſacrorum ſcribas, quorumque prædictionibus multum tribuit, prænunciat regi naſciturum per id tempus apud Iſraelitas quendam, res Ægyptiorum olim graviter afflicturum, Iſraelitas contra evecturum, ſi modo ad ætatem adultam pervenerit. nam & virtute fore præcellentiſſimum, & gloria per omne ævum celebrem. Quo terrore percitus rex, edicit ex ipſius monitoris ſententia, quicquid maſculini ſexus inter Iſraelitas naſceretur, in flumen projectum necari: obſtetrices etiam Ægyptias diligenter obſervare partus Hebræarum ac parturitiones. Sic enim cautum putabat, ne obſtetrices ob cognationem edictum regium contemnerent. propoſuit etiam pœnam, ſi quis clam ſervare fœtus auderet, ut cum tota familia tolleretur. Gravis fuit hæc calamitas non eo ſolum, quia liberis orbabantur, & quia parentes ipſi miniſtri eorum interitus eſſe cogebantur: ſed futurum quoque tempus proſpicientes inconſolabiliter triſtabantur, certum generis exitium expectantes, quandoquidem & proles necabantur,

καὶ λογισμῷ πάντα δικαίων, ⸗ τὰ ἐξουσίαν περιβάλλωμος. ὁ δὴ καὶ τῆς τοιαύτης δόξαμονίας αἴτιον αὐτῷ ἐφάνη τοῖς αἰγυπτίοις, ἀλλ' οὐχ ὅτι ἦκουσι καὶ μὴ τοιαύτης κακοπραγίας, μεθ' ἧς περιῆκαμον ⸗ παρῆχεν. τελευτῶσι δ' αὐτὸς ⸗ οἱ ἀδελφοὶ ζήσαντες δόξαμένως ἐπὶ τ αἰγύπτῳ. ⸗ τούτων μὲν τὰ σώματα κομίσαντες μετὰ χρόνον αὐτῶν οἱ ἔκγονοι ⸗ οἱ παῖδες, ἐθάψαν ἐν χέβρωνι. τὰ δ' ἰωσήπου ὀστᾶ ὕστερον ὅτε μεταναίστησαν ἐκ τῆς αἰγύπτου οἱ ἑβραῖοι εἰς τὴν χαναναίαν ἐκόμισαν. οὕτως δὲ αὐτοὺς ὁ ἰωσήπ ⸗ ἐξώρκισε. τούτων οὖν ἕκας ⸗ ὡς ἔχε, καὶ τίσι πόνοις κρατήσαν τῆς χαναναίας, σημανῶ προδιηγησάμ ⸗ τὴν αἰτίαν δι' ἣν τὴν αἴγυπτον ἐξέλιπον.

Κεφάλαιον ε.

Ὅσα τοῖς ἑβραίοις ἐν αἰγύπτῳ συνέβη κακοπαθοῦσιν ἐπ' ἔτη τετρακόσια.

Αἰγυπτίοις τρυφερὸς καὶ ῥᾳδύμοις οὖσι πρὸς πόνους, καὶ τῶν τε ἄλλων ἡδονῶν ἥττοσι, καὶ δὴ καὶ τῆς κατὰ φιλοκέρδειαν, συνέβη δεινῶς πρὸς τοὺς ἑβραίους διατεθῆναι καὶ φθόνον τῆς δόξαμονίας. ἐρῶντες γὰρ τ ἰσραηλιτῶν γένους ἀκμάζον, καὶ δι' ἀρετὴν καὶ πρὸς τὰ πονεῖν εὐφυΐαν τελέθη χρημάτων ἤδη λαμπρούς, καθ' αὑτῶν αὔξεσθαι τούτους ἐπελάμβανον. οἳ δὲ τ ἦσαν εὖ ἐπὶ ἰωσήπου τετυχηκότες, διὰ χρόνου μῆκος λήθην λαβόντες, καὶ τῆς βασιλείας εἰς ἄλλον οἶκον μεταλλυθείσης, δεινῶς ἐνύβριζον τοὺς ἰσραηλίτας, καὶ τὰλαιπωρίας αὐτοῖς ποικίλας ἐπενόουν. τόν τε γὰρ ποταμὸν εἰς διωρυχὰς πολλὰς αὐτοῖς προστάξαν διατεμεῖν, τείχη τε οἰκοδομῆσαι τῇ πόλει, καὶ χώματα, ὅπως ἂν ἔργου τὸν ποταμὸν μὴ λιμνάζειν εἰς ἐκείνων ἐπεκβαίνοντα. πυραμίδας τε ἀνοικοδομοῦντες ἐξέτεινον ἡμῶν τὸ γένος, ὡς τέχνας τι παντοίας ἀναδιδασκόμενος, καὶ τοῖς πόνοις γυμνάζεσθαι. καὶ τετρακοσίων μὲν ἐτῶν χρόνον ἐπ' αὐτοῖς διῆλθον τὰς ταλαιπωρίας ἀντεφιλονεικοῦντες γὰρ, οἱ μὲν αἰγύπτιοι τοῖς πόνοις ἐξαπολέσαι τοὺς ἰσραηλίτας ἐθέλοντες. οἱ δ', αἰὲι κρείττους φαίνεσθαι τῶν ἐπιταγμάτων. ἐν τούτοις δ' ὄντων αὐτῶν τοῖς πράγμασιν, αἰτία μᾶλλον ἀπουδάσαι τοῦ τὸν ἀφανισμὸν ἔθνους ἡμῶν τοὺς αἰγυπτίους περιγενέσθαι τοιαύτη. τῶν ἱερογραμματέων τις, καὶ δὴ ἦσαν οἱ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις σοφοί, σημαίνει τῷ βασιλεῖ πεπρῶσθαί τινα τοῖς ἰσραηλίταις κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὃς ταπεινώσει μὲν τῶν αἰγυπτίων ἡγεμονίαν. αὐξήσει δὲ τοὺς ἰσραηλίτας, τροφῆς ἀρετῆ τε πάντας ὑπερβαλεῖ καὶ δόξαν ἀείμνηστον κτήσεται. δείσας δ' ὁ βασιλεὺς καὶ γνώμῃ τῶν σκεψαμένων κελεύει πάντα τὸν γεννηθέντα ἄρσενα τῶν τ ἰσραηλιτῶν εἰς τ ποταμὸν ῥιπτοῦντας διαφθείρειν. ⸗ φυλάττειν τε τὰς ὠδῖνας τ ἑβραίων γυναικῶν, ⸗ τὰς τοκετὰς αὐτῶν ⸗ διατηρεῖν τὰς αἰγυπτίων μαίας ὑπὸ γὰρ τούτων σκέλλον αὐτὰς μαθεῖν, αἳ διὰ συγγένειαν ἔμελλον μὴ ⸗ δράσειν τ δ βασιλέως θέλησιν. τοὺς μὲν τοι καταφρονήσαντας τὸ πρόσταγμα ⸗ καὶ σῴζειν λάθρᾳ τολμήσαντας τὰ τέχθεν, τούτους ἀναιρεῖσθαι σὺν τῇ ἡμέρᾳ προσέταξε. θᾶττον δ' ἂν τοὺς ἰσραηλίτας τὸ πλῆθος, ⸗ καὶ δι' παίδων ἀπεστερῆντο, καὶ γονεῖς ὄντες αὐτοὶ πρὸς τ ἀπώλειαν ὑπουργοῦν τῶν γεννωμένων. ἀλλὰ καὶ ἡ θεῖνοια τ ἧς ψυχῆς αὐτῶν θηλειῶν ψέως φθειρομένων μὲν τῶν τικτομένων, αὐτῶν δ' ἀλυ-

λυθησομένων, καλεσαμένους αὐτοὺς καὶ ὀυσωδομήσοντον A & ipsis parentibus non multo post erat moriendum: atque ita in extremo infortunio constituti sibi videbantur. Sed nemo potest Dei voluntati resistere, etiamsi infinitas artes in hoc comminiscatur. nam & puer, de quo sacrorum scriba prædixerat, elusis regiis observatoribus, clam fuit educatus, & vatem non fuisse vanum eventus rei comprobavit. Amarames Hebræus vir inter suos nobilis, solicitus tum publico periculo, ne gens defectu juventutis ad nihilum redigeretur tum privatim, qvod domi prægnantem uxorem haberet, inopia consilii laborabat; & ad implorandum divinum præsidium conversus orabat, ut tandem miseraretur homines, à quibus unis perpetuo cultus fuerit: daretque finem præsentis afflictionis, quæ toti generi perniciem minaretur. Deus autem precibus supplicis ad misericordiam flexus, astitit ei per somnum, jussitque in futurum bene sperare. Memorem se esse pietatis eorum à majoribus acceptæ, nec ipsis defutura præmia, sicut nec progenitoribus defuisse. Se enim illorum progeniem ad tam numerosam multitudinem auxisse: suo favore Abrahamum solum è Mesopotamia in Chananæam profectum præter reliquas felicitates ex uxore antea sterili liberos suscepisse, & successoribus amplas regiones reliquisse, Ismaheli Arabiam, Chæturæ filiis Troglodytidem, Isaco Chananæam. Res etiam bello meis auspiciis feliciter ab eo gestas nunquam sine impietatis & ingratitudinis nota non meminisse potestis. Jacobi vero nomen etiam apud exteras gentes celebre est, tum ob eam felicitatem, in qua ipse vixit, tum ob eam, quæ posteris ejus quasi hæreditario jure obtigit: qui à septuaginta viris patrem in Ægyptum comitatis oriundi jam ad sexcentorum millium numerum creverunt. nunc quoque scito, mihi cordi esse & publicam vestram incolumitatem, & privatim tuam gloriam. puer enim iste cujus nativitatis metu Ægyptii fœtus vestros ad necem damnaverunt, tibi nascetur. hic neque deprehendetur ab observatoribus, & postquam evaserit præter opinionem, educatores nactus, suo tempore Hebræos ex Ægyptia servitute liberabit, memoriamque sempiternam hoc præclaro facinore consequetur non apud suos tantum, sed & apud exteros, me istud beneficium in te tuosque posteros conferente. fratrem quoque talem habebit, qui dignus sit meo sacerdotio ipse & posteri ejus in omne ævum. His per visionem cognitis, Amarames experrectus narravit hoc Jochabeli uxori, quæ res utrisque solicitudinem auxit. jam enim non puero tantum timebant, sed ne quo pacto promissa felicitas intercideret. sed mox oraculo fidem fecit mulieris partus, quæ tam facile est enixa, ut observatores fefellerit, nihil sentientes eorum, quæ in vulgaribus puerperiis sentiri solent. hunc infantulum per tres menses clam nutrierunt. deinde Amarames veritus, ne, re deprehensa, iram regis incurreret, ac mox & ipse una cum puero sublatus è medio promissionem Dei faceret irritam,

Exod. 2.

malvit ſalutem filii totam ipſius providentiæ committere: ratus etiamſi puer lateret, qvod tamen perdifficile erat, moleſtum tamen in continuo periculo vivere, non ejus tantùm, ſed & ſuo. De Deo verò certam ſpem habebat, proviſurum, ut oraculi veritatem eventus indicaret. Hoc conſilium poſtquam ſatis placuit, excogitaverunt tale quiddam: lectulo è papyro contexto, quantus infantulum commode capere poterat, bitumineque illito, ne aqua penetrare poſſet, indiderunt puerum: atque ita in flumen projecti ſalutem divinæ providentiæ commiſerunt. in hunc modum cum à flumine deferretur, Mariame infantuli ſoror juſſu matris ex adverſo per ripam deſcendebat, obſervatura, qvo tandem papyraceum illud vas deportaretur à flumine. Hic vero manifeſtiſſimè Deus declaravit, nihil humana ſapientia, ſed omnia bonitate illius omnipotenti confici: eosque, qui propter utilitatem ſuam aut ſecuritatem aliis perniciem moliuntur, quantalibet utantur diligentia, ſæpe tamen voti compotes non fieri: rurſum, qui ſuam ſalutem Deo committunt, præter opinionem è mediis periculis emergere: qvod & in hoc puero videre licet. Erat filia regi nomine Thermuthis. hæc dum ludit ad ripas fluminis, conſpicata vas fluitans, miſſis natatoribus jubet lectulum ad ſe in ripam extrahi. qvo, ut juſſum erat, allato, mire placuit puer, quod eſſet magnus ac pulcher. Tanto enim favore Deus Moyſen proſecutus eſt, ut eum fecerit ab illis ipſis nutriri & educari, qui propter ejus nativitatem reliqvos quoque Hebræos perdendos decreverant. Itaque jubet Thermuthis mulierem alicunde adduci, quæ puero mammam præbeat. qvo non admittente mammam, ſed adverſante, idque cùm alia poſt aliam adduceretur. Mariame, quaſi non data opera, ſed fortuito ad ſpectandum interveniſſet, Nihil agis, inquit, regina, dum nutrices infanti adhibes alieni generis mulieres. qvod ſi Hebræam aliquam accerſeres, tum forte popularis mammam admitteret. cumque recte monere videretur puella, juſſa eſt ipſa hoc negotium exequi & lactantem quampiam adducere: ac mox uſa permiſſa poteſtate, rediit adducens communem matrem, ignotam omnibus, qui tum aderant. tum infans perquam libenter inhærere mammillæ viſus eſt: &, rogante regina, mulier commiſſi infantis curam ſuſcepit. & quia projectus fuerat in profluentem, ab hoc caſu nomen eſt ſortitus. aqvam Ægyptii vocant, Mo, yſes vero ſervatos. quare compoſita voce ex utrisque nomen infanti fuit inditum, qui deinde citra controverſiam prudentiſſimus Hebræorum evaſit, ita ut Deus jam ante prædixerat. erat enim ab Abrahamo ſeptimus. nam ipſe Amaramæ filius fuit, ſicut pater ejus Cathi, hic vero Levis, & Levis Jacobi, qui ex Iſaco erat prognatus: hic autem Abrahami erat filius. puer autem non pro ætate proficiebat intellectu, ſed inter ludendum præ cæteris æqualibus ſapere videbatur. & quicquid ageret, nova quadam indole

A ἐγὼ μᾶλλον ὅτι τούτῳ πιστεύσαντες τῷ θεῷ τὸ παιδὸς σωτηρίαν καὶ τροφὴν. τῷ τε λήσεσθαι πεπιστευκώς, τὸ δὲ τῷ θεῷ ἄδηλον, ἐναπικινδυνεύειν, καὶ τῷ παιδὶ μόνον κρυφαίως τροφὴν, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ. τὸν δὲ θεὸν ἡγεῖτο πῶσαν ἐκπορίσειν ἀσφάλειαν ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ψεῦδος γνῶναι τῶν εἰρημένων. ταῦτα κρίναντες, μηχανῶνται τοιόνδε πλέγμα βιβλινον ἐμφορεῖς τῇ καλαμίδῃ κοιτίδι, μέγεθος αὐτῇ πεποιήσαντες αὐταρκες εἰς τὸ μετ' ὀλίγον χωρεῖν ἐναπεῖσαι τὸ βρέφος. ἔπειτα χρίσαντες ἀσφάλτῳ, τῷ γὰρ ὕδατι τοῦτο τῶν πλεγμάτων ἀποφράττειν εἴωθεν ἡ ἄσφαλτος φύεται, ἐντίθασι τὸ παιδίον. καὶ κατὰ τοῦ ποταμοῦ βαλόντες, ἔασαν ὅπῃ τοῦ θεοῦ τοῦτο σωτηρίαν αὐτοῦ. καὶ τὸ μὲν ὁ ποταμὸς ὠθεῖ λαθεῖν ἐφέρε. μαριάμη δὲ τοῦ παιδὸς ἀδελφὴ κελευθεῖσα ὑπὸ μητρὸς, ἀντιπαρεξίει, ὅπου φερόμενον χωρήσοι ὀψομένη τὸ πλέγμα. ἐνθα δὲ διέδειξεν ὁ θεὸς μηδὲν μὲν τοῦ ἀνθρωπίαν σώσειν, πᾶν δ' ὅτι κατὰ βουλὴν θείαν πεπρᾶξθαι αὐτοτελοῦς ἀγαθοῦ τυγχάνον. ἐξαμαρτάνοντας μὲν τοὺς ὑπὲρ ἰδίας ὠφελείας καὶ ἀσφαλείας ἄλλων κατακρίνοντας ὄλεθρον καὶ πολλῇ ὥρᾳ πύπτειν χρησαμένους αὐτοῦ. σωζομένους δ' ἐκ ὠδαδόξου καὶ ἀχρεῖον ἐκ μέσου τῶν κακῶν ἀφεισομένους τοῦ ἀπαγαγεῖν τοὺς κινδυνεύοντας τῇ θεοῦ γνώμῃ. τοιοῦτον γάρ τι καὶ τὸν παῖδα τοῦτον ἡμφιέσμενον ἐμφανίζειν τοῦ ἰσχὺν τοῦ θεοῦ. θερμουθὶς οὖν θυγατηρ τοῦ βασιλέως. αὕτη παίζουσα ὠδὶ παρὰ τὰς ἠϊόνας τοῦ ποταμοῦ, καὶ φερόμενον ἐπὶ τοῦ ῥεύματος θεασαμένη τὸ πλέγμα, κολυμβητὰς ἐκπέμπει, κελεύσασα τὴν κοιτίδα πρὸς αὐτὴν ἐκκομίσαι. παραγενομένων δὲ τῶν ὅπῃ τούτῳ σταλέντων μὴ τῆς κοιτίδος ἰδοῦσα τὸ παιδίον, ἐπερηρώτησε, μεγέθους τε ἕνεκα καὶ κάλλους. τοσαύτη γὰρ ὁ θεὸς πρὸς μουσεῖον ἐχρήσατο αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ πάντων τῶν καταψηφισαμένων διὰ τοῦ αὐτοῦ φύσιν καὶ τῶν ἄλλων ἐκ τοῦ ἑβραίων φύσεως ἀπώλειαν ποιῆσαι τροφῆς καὶ ὑπομελείας ἀξιωθῆναι. κελεύει τι γένεσιν ἡ θερμουθὶς ἀχθῆναι, παρεῖσθαι θηλαῖαν τοῦ παιδίου. μὴ προσιεμένου δὲ αὐτοῦ τοῦ θηλὴν, ἀλλ' ἀποστρεφόντος, καὶ τοῦτ' ὑπὸ πολλῶν ποιησαντος, ἡ μαριάμη ὠδαὶ τυγχάνουσα τοῖς γινομένοις, ἐκ ὡς τι ἐκ ὠδαισθῆς δοκεῖν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν, ἔφη μάτην ὦ βασίλισσα ταύτας ὑπὸ τροφῆς παιδὸς μεταλλᾷ τὰς γυναῖκας, αἳ μηδεὶ πρὸς αὐτὸν συγγένειαν ἔχουσιν. εἰ μέν τοί τινα τῶν ἑβραΐδων γυναικῶν ἀχθῆναι ποιήσειας τάχα ἂν προσοίτο θηλαῖ ὁμοφύλου. δόξασα ἡ καλῶς λέγειν ἐκέλευεν τοῦτ' αὐτὴν ἐκπορίσαι, κατῶν γαλουχησῶν τινὰ μεταπλθεῖν. ἡ δὲ τοιαύτης ἐξουσίας λαβομένη, παρελθοῦσα ἄγουσα τὴν μητέρα μηδενὶ γνωσκομένην. κατὸ παιδίον ἀσμένως πρὸς προσφύεσθαι τῇ θηλῇ. καὶ δεηθείσης τῆς βασιλίδος, πιστεύεται τοῦ τροφὴν τοῦ παιδὸς πρὸς τὸ πᾶν. ἐκ αὐτὸ τὴν ὀπίκλησιν ταύτην κατὸ συμβεβηκὸς ἔσχετο εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι. τὸ γὰρ ὕδωρ, μῶ οἱ αἰγύπτιοι καλοῦσι. ὅσης δ', τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. σωθέντες οὖν ἐξ ἀμφοτέρων τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ταύτην τιθέντων. καὶ θεοῦ ἐμολογημένος κατὰ τοῦ τὸ θεοῦ προφήσιν φρονήσει ἑβραίων ἄριστος, ἄβραμος γὰρ αὐτοῦ πατὴρ ἔβδομος. ἀμαράμου μὲν γὰρ αὐτὸς θοῦ παῖς. κάθυ δὲ ὁ πατὴρ. ὁ δὲ λάβι. καὶ λευὶ τοῦ ἰακώβου, ὃς θοῦ ἰσαὰκου γνώριμος. ἀβράμου δὲ ἕκτος θεοῦ σώσεως δὲ κατὰ τοῦ ἡλικίαν ἐφύετο αὐτῷ, ὃ δὲ πάντης μέτρα πολὺ κρείττω κατὰ πεσοῦσαν διεδήκνυε ταύτης τὴν προϊοῦσαν ἐν ταῖς παιδείαις.

καὶ

res magnas olim gerendas præ se ferebat. post tertium vero annum ætatis admirandam gratiam ei Deus addidit. nemo enim erat adeo tetricus, ut, visa Moysis pulchritudine, non obstupesceret: & persæpe accidebat, ut dum gestatur ac circumfertur, obvios quosque in se converteret, ita ut, relictis feriis negotiis, mallent præcellenti ejus forma oculos pascere. Tanta erat pueilis gratia, ut inviti homines ab hoc spectaculo discederent. quo factum est, ut Thermuthis hunc sibi filium adoptaverit, cum alioqvin germanis liberis careret: allatumque patri ostentabat, dicens de successore se cogitare, etiamsi Deus illi nullum filium gignere dederit. Hunc puerum, inquit, ego educavi non minus indole quam pulchritudine divina excellentem, quem Nilus ipse in sinum meum tradidisse videri potest, quem decrevi adoptare mihi filium, tibi vero in principatu ac imperio successorem. & cum dicto patri infantem in manus imposuit. at ille postquam acceptum ad pectus appressisset, filiæ gratificaturus comiter diadema suum ejus capiti imposuit. Moyses vero capiti puerililer detractum prolabi in humum passus, pedibus etiam calcavit; id qvod mox ominosum est visum, & regno nihil boni portendere. moxque ille sacrorum scriba, qui nativitatem ejus Ægypto cladem allaturam prædixerat, occidere puerum, volebat, vociferans: Rex puer iste, per cujus necem nobis securitatem Deus pollicetur, vaticinium jam confirmavit, insultando tuo regno & diadema calcando. Hoc interempto, tam Ægyptiis metum quam Hebræis spem & fiduciam adime. Thermuthis vero confestim eum eripit, rege quoque non invito, cui Deus talem animum indiderat, Moysis saluti providens. itaque educabatur quam accuratissime. Quamobrem Hebræi quidem felicitatem suo generi sperabant, Ægyptiis vero suspecta erat hæc educatio. sed cum nemo extaret vel è cognatis regiis vel ex aliis optimatibus, qui, etiamsi Moyses sublatus esset, magnopere videretur procuraturus Ægyptiorum commoda, abstinuerunt ab ejus cæde.

Itaque sic natus, & sic educatus, postquam adolevit, brevi suæ virtutis specimen edidit, & quantum momenti vel suis vel Ægyptiis esset allaturus, occasionem nactus talem. Æthiopes, qui supra Ægyptum incolunt, agebant & ferebant facultates Ægyptiorum. illi moti indignatione ducunt in eos exercitum, contumeliam cum injuria conjunctam ulturi: mox prælio comisso, partim in acie ceciderunt, partim in fugam turpiter compulsi retro ad suos se recepserunt, quo successu elati Æthiopes fugientibus instabant, & ignavum rati, si fortuna non uterentur, concepta spe subjugandæ Ægypti, late eam populabantur: degustataque prædæ dulcedine, non temperantes sibi ad majora audenda accendebantur. cumque vicinas regiones pervagantibus nemo cum armis obviam iret, pergebant ulterius Memphim usque & mare; nulla civitatum tutiore valente. Quibus calamitatibus Ægyptii pressi,

mittunt, qui remedium ab oraculis petant. cumque responsum esset, Hebræum in auxilium advocandum, rex à filia postulat Moysen, qui universis copiis cum imperio præsit. paruit illa, sed prius rege jurejurando obstricto, nihil in perniciem juvenis machinaturum, pro magno hoc auxilium imputans, & sacerdotibus probro dans, quod non puderet nunc ejus opem implorare, quem prius ut hostem occidendum esse monuerint ac jusserint. Moyses vero Thermutidis simul ac regis rogatu libenter hoc negotium suscipit. qvod factum gentis utriusque vatibus lætitiam attulit. Ægyptii post partam ejus virtute de Æthiopibus victoriam, occasionem sibi per dolum tollendi non defore sperabant: contra Hebræi, Moyse copiis præposito, adfore sibi facultatem evadendi ex Ægyptia servitute. Ille vero volens hostem opprimere, priusquam de adventu suo cognosceret, non per fluminis ripam, sed per interiora terræ expeditionem fecit. qua in re satis declaravit, quantum ingenio polleret ac prudentia. cum enim hoc iter difficile esset præ multitudine serpentum (nam hic tractus plurimos gignit, aliquot etiam genera, quæ nusquam alibi reperiuntur, noxios omnes & ipso aspectu horrendos, & in his quosdam volucres, ut non solum humi latentes insidientur, sed & sublimes ex improviso noceant) commentus est ad securum iter exercitus stratagema dignum admiratione. vasa enim plexilia non pauca è papyro in arcæ formam fieri curavit, quæ completa ibibus secum deferebat. est autem hoc animal infestissimum serpentum generi. quapropter fugitant earum infectationem, & interfugiendum sicut à cervis retracti devorantur: sunt autem mansuetæ alites, & contra solos serpentes feroces. de quibus nunc desino plura, utpote apud Græcos non incognitis. postquam igitur ventum est in terram venenosis bestiolis scatentem, ibes illis immisit, quarum bona opera usus, itinere impune peracto, nec opinos Æthiopes invasit: commissoque prælio, fusos ac fugatos, & spe occupandæ Ægypti frustratos retro in suam regionem compulit. nec hoc contentus oppida illorum evertebat, & ubique magna cædes hostium patrabatur. quo factum est, ut post hæc auspiciis Moysis feliciter gesta tantam alacritatem exercitus præ se ferret, ut nihil non laboris toleraturus videretur, jamque aut excidium aut captivitas Æthiopibus immineret. ad ultimum compulsi in Saba regiam ejus gentis, quam postea Camby ses Persarum rex de sororis suæ nomine Meroen appellavit, obsidione sunt cincti. erat autem pene inexpugnabilis, utpote Nilo circumquaq; cincta, accedentibus ad ejus munitionem & aliis fluviis Astapo & Astoborra, qui objectu suo difficiliorem trajectum facerent. itaque sita in insula, & muro valido inclusa, non fluminibus tantum arcebat hostem, sed & aggeribus, qui mœnia inter & flumina ad eorum inundationes prohibendas instructi, ad hoc quoq; tũ proderant, qvod hosti etiam post superata flumina aditum ad urbem oppugnandum negabant.

σμοὺς αἰγύπτιοι καὶ μαντείας πέμπονται, συμβουλεύοντο τῷ θεῷ εἰ αὐτοῖς ἐπὶ θεοῦ συμμάχου χρήσασθαι τῷ ἑβραίῳ, κελεύει ὁ βασιλεὺς τὸν θυγατρίδεον προσκαλεῖν τὸν μωϋσῆν, σφετερον αὐτῷ γνήσιον. ἡ δὲ ἔρχους ποιησαμένη τὸν μηδὲν ἀπὸ τοῦ παιδὸς κακὸν, προσδιδώσιν. ἀντὶ μεγάλης μὲν ἀνδρείας κέκτηται τὸν συμμαχίαν. κακίζουσι δὲ τοὺς ἱερεῖς εἰ κτείνειν ἐπιχειροῦντες αὐτὸν ὡς πολέμιον, οὐκ ἠδέσθη νῦν χρήζοντες αὐτοῦ τῆς ἐπικουρίας. μωϋσῆς δὲ, ὑπό τε τῆς θερμουτίδος προσκληθεὶς, καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἡδέως ἐπεδέξατο τὸ ἔργον. ἔχαιρον δὲ οἱ ἱερογραμματεῖς ἀμφοτέρων τῶν ἐθνῶν. αἰγυπτίων μὲν, ὡς τόν τε πολέμιον τῇ ἐκείνου χρησόμενοι ἀρετῇ, καὶ τὸν μωϋσῆν τῷ αὐτῷ δόλῳ κατεργασάμενοι. οἱ δὲ τῶν ἑβραίων, ὡς φυγεῖν αὐτοῖς ἐσομένου τοὺς αἰγυπτίους διὰ τὸ μωϋσῆν αὐτῶν στρατηγεῖν. ὁ δὲ φθάσας πρὶν ἢ πυθέσθαι τοὺς πολεμίους τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, τὸν στρατὸν ἀνάλαβὼν ἦλθε, οὐ διὰ τοῦ ποταμοῦ ποιησάμενος τὴν ἐλάσιαν, ἀλλὰ διὰ γῆς. ἔνθα τῆς αὐτοῦ συνέσεως θαυμαστὸν ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. τῆς γὰρ γῆς χαλεπῆς οὔσης ὁδευθῆναι διὰ πλῆθος ἑρπετῶν (πάμφορωτάτη γάρ ἐστιν, ὡς καὶ τὰ παρ' ἄλλοις τούτων οὐκ ὄντα μόνη τρέφειν, δυνάμενή τε καὶ κακίαν τῆς ὄψεως ἀσυήθη διαφέροντα, τινὰ δ' αὐτῶν ἐστι καὶ πτερωτὰ, ὡς λαθόντα μὲν ἀπὸ γῆς κακουργεῖν, καὶ μὴ προειδομένους ἀδικεῖν (ἑωρπετῆ γὰρ νόμῳ) νεῖ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ ἀλλαδὴ πέμαν τὸ στρατεύματος στρατήγημα θαυμαστόν. πλέγματα γὰρ ἐμφερῆ κιβωτοῖς ἐκ βίβλου κατασκευάσας, καὶ πλήρωσας ἴβεων, ἐκόμιζε. πολεμιώτατον δ' ἐστὶν ὄφεσι τοῦτο τὸ ζῶον. φεύγουσί τε γὰρ ἐπερχομένας, καὶ ἀφιστάμενοι καθάπερ ὑπὸ ἐλάφων ἁρπαζόμενοι κατατήκονται. χειροήθεις δ' εἰσὶν αἱ ἴβεις, καὶ πρὸς μόνον τὸ τῶν ὄφεων γένος ἄγριοι. καὶ σφᾶς μὲν τούτων, παρέμιμε νῦν γράφειν, οὐκ ἀγνοουμένων τῶν ἑλλήνων τῆς ἰδιοτροπίας τε καὶ ἰδιοτροπίας. ὡς οὖν εἰς τὴν γῆν ἐνέβαλε τὸ θηροτρόφον, πᾶσαν ἀπεμάχετο, τὴν τῶν ἑρπετῶν φύσιν ἐπαφεῖς αὐτοῖς, καὶ προπολεμούσας χρώμενος. τὸν οὖν ὁδεύσας πρόσω, οὐδὲ προμαθοῦσι παρῆν τοῖς ἀθίοψι. καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς, κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τῶν ἐλπίδων ἃς εἶχον ἐπὶ τοὺς αἰγυπτίους, ἀφαιρεῖται. τάς τε πόλεις αὐτῶν ἐπῆει καταστρεφόμενος, καὶ φόνος πολὺς τῶν ἀθίοπων ἐπεγένετο. καὶ τῆς διὰ μωϋσῆν ἐπαγομένης τὸν τῶν αἰγυπτίων στρατεύμα προσεῖναι οὐκ ἐκαμνεν, ὡς δεῖ ἀνδραποδισμοῦ καὶ παντελοῦς ἀναστάσεως τὸν κίνδυνον ἔνειναι τοῖς ἀθίοψι. καὶ τέλος, συνελαθέντες εἰς σφέτερα πόλιν βασίλειον οὖσαν τῆς αἰθιοπίας, ἣν ὕστερον καμβύσης μερίδων ὠνόμασεν, ἀδελφῆς ἰδίας τοῦτο καλουμένης, ἐπολιορκεῖτο. ἣν δὲ δυσπολιόρκητον σφόδρα τὸ χωρίον, τῷ τε νείλου περιέχοντος αὐτὴν καὶ κυκλουμένου, ποταμῶν τε ἄλλων ἀσπίδου καὶ ἀστοβόρρα δυσμάχητον τοῖς περῶσιν διαβαίνειν τὸ ῥεῦμα ποιούντων. ἦν δὲ πόλις ἐντὸς οὖσα νῆσος οἰκεῖται, τείχους τε αὐτῇ καρτεροῦ περιεσταμένου, καὶ πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους περίβλημα τοὺς ποταμοὺς ἔχουσιν, χώματά τε μεγάλα μεταξὺ τοῦ τείχους, ὡς τε ἀνεπίκλυστον εἶναι βιαιότερον ὑπὸ πλημμύρας φερομένων, ἅπερ καὶ τοῖς περιεστεμένοις τοὺς ποταμοὺς ἄπορον ποιεῖ τὸ πόλεως τ' ἅλωσιν.

φέρον

φέρειν πόνων ἀνδρὸς τὴν μονὴν τὴν τοῦ στρατεύματος ἀγόμενον, ὡς χεῖρας οὐδὲν ἐτάλμων ἀπάντων οἱ πολέμιοι, κατέχει τι παιδίον. Ταρβὶς θυγάτηρ λεγομένη τοῦ Αἰθιόπων βασιλέως. αὕτη τὴν μονὴν τοῦτον τοῖς τείχεσι στρατοπεδεύοντα τὸν στρατὸν καὶ μαχόμενον γενναίως ἀστόνητον καὶ τὴν εὐψυχίαν τῶν ἐγχειρούντων θαυμάζουσα, καὶ τοῖς τὰ αἰγυπτίοις αὖθις μεταγνώσεσιν ἤδη τὸν Ἀφρικὴν, τὴν δὲ πεζαίαν καταλαμβάνουσα, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἐπὶ τοῖς ἐπὶ αὐτῶν κατορθώμασιν B τὸν τοῦ ὅλων κίνδυνον, οὗ ἔρωτα δεινὸν ὠλίσθησεν αὐτῇ. καὶ αὖξοντος παῖδους, πέμπει πρὸς αὐτὸν τῶν οἰκετῶν τοὺς πιστοτάτους ἀγαλεγομένη τοῦ γάμου. πρὸς δὲ ἐκείνου ἢ τὸν λόγον ἐπὶ τῷ παραδείσου τὸν πόλιν, καὶ παραμένου πίστεις ἐνόρκους ἢ μὲν ἄξεσθαι γυναῖκα, καὶ κρατήσασα τῆς πόλεως μὴ προδώσεσθαι τὰς σωτηρίας, φάναι τὸ ἔργον τοὺς λόγους. καὶ μετὰ τοῦ αἱρεῖσθαι τῶν ἱερῶν ἀχαρίστους τῷ θεῷ, συνεπλάκη τὸν γάμον μονῶσις, καὶ τοὺς αἰγυπτίους ἀπήγαγον C τῶν ἑαυτῶν. οἱ δ' ἐξ ὧν ἐσώζοντο τοῦ μονώσεως, μισθὸν τῶν πρὸς αὐτὸν ἀνελάμβανον, καὶ θερμότερα ἀπέδοσαν κατ' αὐτοῦ βουλεύματα ἠξίουν. τοιούτως μὲν μὴ ἀγαθοῦ δύναμιν νεωτερίσειεν ἐν τῷ αὐχμῷ, διδάσκοντες δὲ τὸν βασιλέα περὶ τῆς ἀρχῆς, ὑποκρυπτόμενον καθ' αὑτὸν μὲν ἔχειν τοῦ δράγματος ὑποψίαν, τοῦ τε φθόνου τῆς μονώσεως στρατηγίας, καὶ τοῦ δείους ταπεινώσεως, ἐπισχεθεὶς τοῦ τῶν ἱερο- D γραμματέων, ὃν τε λοῦ ἐγχειρεῖν τῇ μονώσεως ἀναιρεῖν φάσκοντος τὴν ὑπερβολὴν λαθόντων τοῦ ἐξεῖσιν. καὶ τῶν ὁδῶν φυλαττομένων, ποιεῖται ἀγῶνα τῆς ἐρήμου τὸν ὅρασιν καὶ ὑπὸν λοῦ τοῦ νοσεῖν μὴ λαθεῖν τοὺς ἐχθρούς. ἀπορούσης τῶν τροφῆς, ἀπαλλάττεται τῇ καρτερίᾳ καταφρονῶν. ὡς τε πόλιν μαδιάμ λοῦ ἀφικόμενος πρὸς τῇ μεσημβρίᾳ θαλάσσῃ κειμένῃ, ἐπαύνυμον ἑνὸς τῶν ἑπτὰ θυγατέρων ἱερέως ἐκ χαπτύρας ὑῶν καθεζομένας ἐπὶ E τινος φρέατος, ἐν δ' κόπῳ καὶ τῆς παλαιπωρίας ἠρέμα μεταβαίνοντας εἰσὶς οὐ πόρρω τῆς πόλεως. ἐνταῦθα αὐτὸ συμβὰν καὶ πάζις ἐκ διαίτης τῶν αὐτόθι συσκιάσαι τὸν ἀρετὸν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἀφορμὴν ἔσχειν. τῶν γὰρ χωρίων δυσύδρων ὄντων, προκαταλαμβάνουσι οἱ ποιμένες τὰ φρέατα, ἵνα μὴ ἐξαναλωθὲν τὸ ὕδατος τοῦ τ' ἄλλων, ἀναγκαίοις ποτὲ τὰ ἑαυτῶν. προσγίνονται οὖν ἐπὶ τὸ φρέαρ ἑπτὰ παρ- F θένοι ἀδελφαί, θυγατέρες Ραγουήλου ἱερέως, καὶ πολλὰς ἠγαμένου τιμὰς παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις. αἱ τῶν τὰ πατρὸς ποιμνίων ἐπιμελούμεναι διὰ τὸ πενιχρὸν ὑπάρχειν αὐταῖς καὶ γυναικῶν ἐπιχώριον παρὰ τοῖς τροφύλοις, φέρουσαι τὰ ἀναρκῆ σὺν τοῖς φρέασι τοῦ ἀνέπαυσαν ὕδατος τοῖς ποιμνίοις ταῖς δεξαμέναις, αἱ πρὸς σκέπην ὕδατος ἐγεγένηντο. ἐπιόντων δὲ ποιμένων, καὶ ἀπελαυνόντων τὰς παρθένους ὡς αὐτοὶ τοῦ ὕδατος κρατεῖν, μονῶσις δεινὸν ἡγησάμενος εἶναι πρεῖδεῖν ἀδι- G κουμένας τὰς κόρας, καὶ τὸν βίαν τὸν τῶν ἀνδρῶν ἐλαύνειν χρεῖττονα ἡγεῖσθαι τοῦ τῶν παρθένων δικαίου, τοὺς μὲν ἀρχὴ πλεονεκτεῖν ἐθέλοντας, ταῖς δὲ πυρέχειν τὸν θείαν βοήθειαν. αἱ δὲ διεξεταθεῖσαι παρῆσαν πρὸς τὸν πατέρα, τὸν τε ὕβριν τῶν ποιμένων αὐτοῦ ἀγωνιάσας, καὶ τὸν ἀπόνοιαν τοῦ ξένου. παρεκάλουν τε μὴ παθεῖν αὐτοῦ ἡγεῖσθαι τὸν ἀπόνοιαν μὴ ἀμοιβῆς ὑστερῆσαι. ὁ δὲ, τοὺς τε παῖδας ἀπε-

A Hic cum Moyses desidere exercitum otiosum ægre ferret, hoste non audente manus conserere, interim tale quiddam accidit. erat Æthiopum regi filia nomine Tharbis: hæc Moysen mœnibus exercitum admoventem & egregiè dimicantem conspicata, virtutemque viri admirata, qui & Ægyptiorum fortunam labantem in integrum restituisset, & Æthiopas modo victores in extremum periculum adduxisset, vehementi ejus amore est correpta: quo in dies crescente, mittit ad eum è servis fidissimos conjugium suum offerens. assensit ille, hac conditione jurejurando firmata, post urbem sibi traditam ducturum se eam uxorem: ac mox dicta factum sequitur. Sævitum est nihilominus in hostem, & actis Deo gratiis nuptiisque celebratis, Ægyptiorum exercitus victor domum est reductus. illi vero, accepta salute, odium pro gratia Moysi reposuerunt, & majoribus studiis insidias contra eum machinabantur: suspicatique, ne, rebus feliciter gestis, elatus res novas in Ægypto moliretur, apud regem eum cædis accusaverunt. jam enim & ipse suspectum hominem habere cœperat, partim invidia motus ob bellum fortiter ac prudenter administratum, partim etiam metu alicujus cladis, sollicitantibus huc & irritantibus indesinenter scribis ac sacrificis. Ut jam Moyses minimo minus abesset à pernicie, opprimendus dubio procul, nisi rem olfaciens in ipso temporis articulo se clam subduxisset, & cum vias observari intelligeret, per solitudines fugam arripuit, qua evasurum inimici minime suspicabantur: & quamvis alimenta nusquam inveniret, inediam patientia superabat. cumque ad urbem Madienam perveniisset in rubri maris litore sitam, denominatam ab uno ex Abrahami & Cheturæ filiis, sedens ad quendam puteum lassitudinem ex laborioso itinere contractam recreabat. Erat enim tempus meridianum, & urbem jam in prospectu habebat. Hoc loco ei negotium incidit natum ex incolarum vivendi ratione, per quod & virtutem suam declaravit, & melioris fortunæ occasionem invenit. cum enim ea regio laboret aquarum inopia, pastores operam dabant, ut primi puteos occuparent, ne forte, exhausta aqua ab aliis, ipsorum pecora potu carere cogerentur. Veniunt igitur ad puteum septem virgines sorores, Raguelis sacerdotis filiæ, qui in magno honore ab ejus loci habitatoribus habebantur: quæ patris gregum curam gerentes, id qvod etiam per fœminas apud Troglodytas ex more fit, hausta aqua, quantum satis videbatur, gregibus eam potandam in lacunas ad hunc usum factas diffundunt. cumque pastores supervenissent, & repellendo puellas aquam sibi usurparent, Moyses iniqvum ratus non ferre opem injuriam patientibus virginibus, &, se inspectante, vim virorum plus pollere quam jus puellarum, abactis usurpatoribus, auxilium eis ita, ut decebat, præbuit. at illæ, accepto beneficio, postquam ad patrem venerunt, & pastorum injuriam, & quomodo ab hospite adjutæ fuerint, ei retulerunt: rogabantq; ne illi hoc

XL

beneficium periret. tum ille, collaudata puellarum erga benefactorem gratitudine, jussit, ut Moysen adducerent meritam gratiam recepturum. Qui ubi venit, indicavit ei, quomodo ex filiabus cognovisset de auxilio, quod eis tulerat, & virtutem ejus admiratus, in non ingratos hoc beneficium collocatum ajebat. relaturum enim se gratiam, non modo parem, sed aliquanto majorem. deinde adoptato in filium unam ex filiabus nuptum tradit: ad hæc pecorum, ex quibus olim universa barbarorum possessio constabat, curatorem eum ac dominum constituit. Hanc

XII. fortunam Moyses nactus apud Jetheglæum, *Exod. 3.* quod Raguelis cognomen erat, degebat apud socerum pascens pecora. aliquanto vero post, egit pastum greges in montem, qui dicitur Sina, omnium in ea regione celsissimum, & pascuis valde commodum. abundabat enim herba, eo quod, vulgato rumore numen illic habitare, pastoribus hactenus inaccessus ob religionem loci fuerat. in eo monte mirabile vidit prodigium. ignis enim rubi frutem depascere visus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam læsit, cum tamen inde maxima & flagrantissima flamma emicuisset. ille tam inopinato spectaculo non mediocriter attonitus magis etiam obstupuit, postquam vocem ex igne emissam & nominatim sibi vocato verba facientem audivit: quibus & audaciam ejus taxavit, qui non sit veritus locum hactenus ob religionem hominibus inaccessum calcare, & consuluit insuper, ut quam longissime à flammis abscederet: & contentus quidem sit hac visione, non indignus ea propter suam ac majorum suorum virtutem habitus, cæterum ulterius nihil curiose inquirat. prædixit etiam, quantum honorem ac gloriam consecuturus esset apud homines, divino favore assistente: jussitque confidenter in Ægyptum proficisci, futurum illic ducem ac ductorem Hebræorum multitudinis, & liberaturum cognatum populum ab iniqua ejus gentis dominatione. Etenim habitaturi sunt, inquit, terram illam, quam Abrahamus generis vestri princeps tenuit, & omnia bona ejus percepturi, tua prudentia ad hanc felicitatem illos perducente. Sed fac, memineris, ut, eductis Hebræis ex Ægypto, in hoc loco sacrificium gratiarum actionis ob felicem successum offeras. & oraculum quidem tale ex igne prodiit. Moyses vero tam visis quam auditis territus infit, Potentiæ quidem tuæ, Domine, quem & ego veneror & majores mei coluerunt, non sum tam insanus, ut parere dubitem: attamen non intelligo, qvomodo vir privatus & nullis viribus præditus, vel meis persuadere potero, ut, relicta terra, quam nunc habitant, me ducem seqvantur; vel, etiamsi persuasero, qvomodo Pharaothes sit cogendus, ut illos exire permittat, quorum opera & labore constat Ægyptiorum felicitas. Deus autem jussit illum securum esse de toto hoc negotio, se illi nunqvam non adfuturum pollicitus, & sive verbis opus fuerit, vim persuadendi largiturum, sive operibus, virium satis additurum. mox jussit,

A δέξατο τῆς ὠφελείας τὸν εὐεργετηκότα ἀποδῶναι, καὶ τὸν Μωυσῆν εἰς ὄψιν ἐκέλευεν ἀγαγεῖν αὐτῷ πυθομένου χάριτος καὶ δικαίας. ὡς δ' ἦκεν τῷ θεῷ τῶν θυγατέρων ἀπεσήμαινεν αὐτῷ μαρτυρίαν ἐπὶ τῇ βοηθείᾳ, καὶ τῆς ἀρετῆς αὐτὸν θαυμάζων, ὅτι οὐκ εἰς ἀναισθήτους εὐεργεσιῶν κατατίθεται τὸν ἔπικουρίαν ἐλέγχῳ, ἀλλ' ἱκανοὺς ἐκτίσαι χάριν, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἀμοιβῆς ὑπερβάλλειν τὸ μέτρον τῆς ὑποιήσεως. παιδίσκην δ' αὐτὸν ἰδὼν, καὶ μίαν τῶν θυγατέρων γάμου δίδωσιν. τῶν τε θρεμμάτων, ὧν τούτοις ἦν ἡ πᾶσα κτῆσις τὸ παλαιὸν ἦν τοῖς βαρβάροις, ἀποδείκνυσιν ἐπιμελητὴν καὶ δεσπότην. καὶ μωυσῆς μὲν τοιούτων τυχὼν ὧν ἠβούλετο, τὸ ἱερὸν ὄρος τοῦτο γὰρ ἦν ἐπίκλημα τῷ ῥαγουήλῳ, διῆλθε· αὐτόθι πολλῶν τὰ βοσκήματα. χρόνῳ δ' ὕστερον νέμων, ἐπὶ τὸ σινᾶιον καλούμενον ὄρος ἦλθε τὸ πόιμνια. τοῦτο δ' ἔστιν ὑψηλότατον τῶν τούτῃ ὀρῶν, πρὸς νομὰς ἄριστον ἁπάσης φυομένης πόας, καὶ διὰ τὸ δόξαν ἔχειν ἐνίδρυσθαι αὐτῷ τὸ θεῖον οὐ κατανενεμῆσθαι πρότερον, οὐ τολμώντων ἐμβατεύειν εἰς αὐτὸ τῶν ποιμένων. ἔνθα δὴ καὶ πέρας αὐτῷ συντυγχάνει θαυμάσιον. πῦρ γὰρ ἄμυνον βάτον νεμόμενον, τῷ θεῖ αὐτὸν χλόην τό τε ἄνθος αὐτῆς παρῆλθεν ἀβλαβές, καὶ τῶν ἐγκάρπων κλάδων οὐδὲν ἠφάνισεν, καὶ ταῦτα τῆς φλογὸς πολλῆς καὶ ὀξυτάτης ὑπαρχούσης. ὁ δὲ καὶ αὐτὸν μὲν ἔδεισε τῷ ὄψιν παράδοξον ἡμένῳ. κατεπλάγη δ' ἔτι μᾶλλον, φωνῆς τε πρὸς ἀφιέντος, καὶ ὀνόματι καλέσαντος αὐτὸν καὶ ποιησαμένου λόγους, οἷς τότε χαρὸν αὐτῷ τολμήσαντα παρελθεῖν εἰς χωρίον, εἰς ὃ μηδεὶς ἀνθρώπων πρότερον ἀφίκτο διὰ τὸ εἶναι θεῖον, ἐσήμηνεν, καὶ συνεβούλευεν τῆς φλογὸς πορρωτάτω χωρεῖν. καὶ ἀρχεῖσθαι μὲν οἷς ἐώρακεν, ἀγαθὸν ὄντα καὶ μεγάλων ἀνδρῶν ἔκγονον, πολυπραγμονεῖν δὲ μηδὲν τούτοις πρόσω. προήγαγεν δὲ τὸν ἐσόμενον αὐτῷ δόξαν, καὶ τιμὴν ὡς ἀνθρώπων τοῦ θεοῦ συμπαρόντος. καὶ διερρώσατο ἐκέλευεν εἰς τὸν ἄγκωνα ἀπιέναι, στρατηγὸν καὶ ἡγεμόνα τῆς ἑβραίων πληθύος ἐσόμενον, καὶ τῆς ὕβρεως τῆς ἐκεῖ τοὺς συγγενεῖς ἀπαλλάξοντα. καὶ γὰρ γῆν οἰκήσουσι φησὶ ταύτην τὸν ἀβραμον, ὃν ἔθρεψεν ὁ ὑμέτερος πάππος. καὶ τῶν πάντων ἀπολαύσουσιν ἀγαθῶν, εἰς ταῦτα σοῦ καὶ τῆς σῆς σωφρονέσεως αὐτοὺς ἡγουμένης. ἐξαγαγόντα μέν τοι τοὺς ἑβραίους ἐκ τῆς γῆς αἰγύπτου, θυσίας ἐκέλευεν ἐπιχαριστηρίους ἀφικομένους εἰς ἐκεῖνον ἐκτελέσαι τὸν τόπον. τοσαῦτα μὲν ἐκ τοῦ πρὸς θεὸν λυτείτας. μωυσῆς δ' ἐκπεπληγμένος οἷς ἔδε καὶ πολὺ μᾶλλον οἷς ἤκουσεν, δυνάμει μὲν ἀπιστεῖν, ἔφη, τῇ σῇ δέσποτα, λόγῳ δ' αὐτὸς τε θρησκεύω καὶ προγόνοις οἶδα φανερὰν ἡγουμένοις, μανιωδέστερον ἢ κατὰ τὸν ἐμαυτοῦ φρόνησιν ἡγοῦμαι πολλὰ διαπορῶ, πῶς ἂν ἰδιώτης ἀνὴρ καὶ μηδεμιᾶς ἰσχύος ὑπάρχων, ἢ πείσω λόγοις τοὺς οἰκείους ἀφέντας τὴν ἄρτι κατοικουσι γῆν ἑπεσθαί μοι, πρὸς τὸν αὐτοὺς ἡγοῦμαι. καὶ ἐκεῖνοι πεισθῶσιν, πῶς ἂν βιασάμενον Φαραώθην ἐπιτρέψαι τὴν ἔξοδον τούτοις, ὧν τοῖς πόνοις καὶ τοῖς ἔργοις τὴν οἰκείαν αὔξουσιν εὐδαιμονίαν. ὁ δ' θεὸς αὐτῷ πάντων συνεβούλευε θαῤῥεῖν ἀσυνοχλήμονος αὐτὸς παρέσεσθαι. ἐὰν δέῃ μὲν λόγων πείθω παρέξειν, ἐὰν δ' ἔργων, ἰσχὺν χορηγήσειν. ἐκέλευεν δ' τὸν βακτηρίαν ἐπὶ τὸν

γῆν

γῶν ἀφεῖς πάντων ὧν ἐκράτησεν λαμβάνειν. καὶ ποιήσαντος, δράκων ἤρπυε, καὶ σπειρόμενος ἀπεκόμιζεν, ὡς δυνάμενον τὰ ἀμυνεῖν τῶν κεφαλῶν ἐπανέτεινεν. ἐπιτάττει βάπτειν εἰς τὸν κόλπον αὐτόν. ἐκβαλόντος δὲ λευκὸν καὶ πάντων τὴν χρόαν ὁμοίαν ἀπεκόμισεν. εἶτ' εἰς τὸ σωμάτιον κελεύσας ἐμβαλεῖν καὶ ἐκ τοῦ πλησίον ὕδατος λαβεῖν ὅπως τῶν γῶν ἐκχέαι, ὁρᾷ τὴν χρόαν αἱματώδη γινομένην, καὶ μᾶλλον ἐκπλήττεται, καὶ βοηθὸν ἰδέαν μέγιστον αὐτῷ συνεσόμενον, καὶ σημείοις τοῖς τὸ πιστεύεσθαι ὧδε πᾶσι χρῆσθαι, ὅτι παρὰ θεοῦ πέμπτα καὶ τοῖς ἐμοῖς ἑταίροις πίστις. κελεύει μηδὲν ἔτι μελλήσαντα πορεύεσθαι εἰς τὴν αἴγυπτον, καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐπείγεσθαι, καὶ μὴ τρίβειν τὸν χρόνον, τελεῖν πιεῖν τὸ τοὺς ἑβραίους ἐκ δουλείας κακοπαθοῦσιν. μωυσῆς δ' οὐκ ἔχων ἀπιστεῖν οἷς ἐπηγγέλετο τὸ θεῖον θεατὴς τηλικούτων βεβαιωμάτων καὶ ἀκροατὴς γεγονώς, ἐξαίφνης αὐτὸ, καὶ προσθεὶς ταύτης τῆς δυνάμεως ὁ αἰγύπτιος ἀκηδὴς, λοιπὸν ἐκέλευε μηδὲ ὄνοματος αὐτοῦ γνῶσιν τοῦ ἰδίου φθονῆσαι, φωνῆς δ' αὐτῷ μετέχειν καὶ ὄψεως ἔτι, καὶ τῶν προσόντων ἰσχύν, ἃ λαβὼν ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ παρέναι τοῖς ἱεροῖς παρεκάλει. καὶ ὁ θεὸς αὐτῷ σημαίνει τὸν ἑαυτοῦ προσηγορίαν, οὐ πρότερον εἰς ἀνθρώπους παρελθοῦσαν, πρὶν ἢ οὐ μεγίστοις ἐπεῖν. μωυσῆς μὲν τὰ σημεῖα ταῦτα, οὐ τὴν μόνον ἀλλ' ἅπαντος δ' ὅσα δεηθεὶς συνεπιγνώμων ἐξ ὧν ἁπάντων τελέων τῆς ἀληθείας τοῦ περὶ αὐτῶν, καὶ τὸν θεὸν ἐμμενῆ ὧδε πίστιν ἔχειν πάντων, τοὺς πολίτους σώζειν ἤλπιζεν, καὶ τοὺς αἰγυπτίους κακῶς ἀπολεῖν. καὶ πυθόμενος τὸν τῶν αἰγυπτίων βασιλέα φασὶ τεθνάναι, ἐφ' ᾧ καὶ τὸν αὐτὸν ἐφυγεν, δεῖται ῥαγουήλου συγχωρῆσαι αὐτῷ ὠφελείαν αὐτὸν τῶν συγγενῶν εἰς αἴγυπτον ἀπελθεῖν, καὶ ὡς ἀγαθὸν τὴν ἐπιφοράν, τὸν γαμβρὸν καὶ ῥαγουήλ ἀφιεῖσι, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας γήρους καὶ ἐλεάζαρον ἀπολουσιν εἰς τὴν αἴγυπτον. τῶν δὲ ὀνομάτων τούτων γήρσος μὲν σημαίνει τὸν ἑβραίων ἀλλόφυλον, ὅτι εἰς ξένην γῆν. ἐλεάζαρος δὲ, συμμαχία τοῦ πατρῴου θεοῦ γέγονεν αὐτὸν αἰγυπτίους ἀλλοφύγων. γνωμόνων δὲ αὐτῶν τελείων τῶν ὁρῶν ὁ ἀδελφὸς ἀαρὼν ἀπαντᾷ καὶ ἀσπάζεται αὐτὸν, ἕως ὃν δοκεῖ μενεῖν τὸν τοῦ ἔθνους πάντων καὶ τοῦ θεοῦ τοὺς ἑταίρους. πεφοβημένοι δὲ αὐτοὺς ἀπιστίας ὄντας ἑβραίων οἱ ἀξιολογώτατοι τῶν πρεσβυτέρων αὐτὸ μεμαθηκότες, οἷς μωυσῆς τῶν σημείων, ἃ τοῖς ἄλλοις, παρεσχεν τὴν ὄψιν. οἱ δὲ ἐπ' ἐκπλήξεως τῶν ὧδε δόξαν αὐτοῖς γνωμόνων ἀνεθάρσουν, καὶ τὰς τῶν ὅλων ἦσαν ἐλπίδας ὡς θεοῦ πεφροντικότος τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ καταπεπεισθεὶς ἦν ἤδη τοῖς ἑβραίοις ὁ μωυσῆς, καὶ οἷς ἂν κελεύσῃ πάντας ἀκολουθήσειν ὁμολογοῦντας, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐρῶντας, ὡς ἐγένετο πρὸς τὸν βασιλέα τὴν ἡγεμονίαν νεωστὶ παρειληφότα. καὶ ὅσα τε ὠφελήσειν αἰγυπτίους τοὺς ἀδίκως κατεφρονουμένους, καὶ ἀλλαξομένης αὐτῇ τῆς χώρας ἑσπέρας, φρατρίαν ἕπεσθαι χαμαιμύους ὡς πρὸς οἰκείων. τοὺς δὲ κινδύνων ὅτι τούτοις ἐν αὐτῷ ἀμοιβὰς ἐν δικαίας κομιζόμενος ἀνεδιδάσκειν.

A ut, virga in terram projecta, fidem promissorum acciperet. quo facto, draco humi repebat, & in spiras se convolvens caput erigebat, quasi repugnaturus, si quis insequeretur: ac mox denuo in virgam est mutatus. post hoc manum in sinum mittere jussus, cum paruisset, albam & colore calci similem exemit, quæ mox in pristinum colorem rediit, jussus deinde aquam è propinquo
B hausta humi effundere, vidit in colorem sanguineum versam. Ad hæc stupentem, ut confirdat, hortatur, cum sciat maximum sibi adjutorē affore. utque apud omnes his prodigiis utendo fidem illis faciat à Deo se missum, ejusque jussu omnia facere. iret sine cunctatione, & festinus in Ægyptum properaret, neque die neque nocte iter intermittendo, neve diu tempus terendo longiorem Hebræis servitutem & afflictionem
C redderet. Moyses autem nihil amplius dubitans de promissionibus, quarum certitudinem, tot argumentis auditis & visis, satis colligebat, precatus, ut eandem potentiam in Ægypto, cum exerta opus fuerit, experiretur: supplex illud etiam rogabat, ut quem conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, ei nomen quoque suum volens ac libens indicaret, ut rem divinam illi aliquan-
D do facturus nominatim eum ad sacrificium invocare posset. tum Deus aperit ei suum nomen, nunquam antea hominum ulli auditum aut cognitum, qvod mihi eloqui nec jus nec fas esse arbitror. Moysi vero non tunc tantum, sed qvotiescunque opus esset, talium prodigiorum facultas aderat, atque ita nihil dubitans de oraculi ex igne redditi veritate, deque Dei adjutoris favore, magnam spem concepit, fore, ut tandem &
E sui liberarentur, & Ægyptii insigni aliqua clade afficerentur. Cumq; cognovisset Pharaothen Ægyptiorū regem, sub quo ipse fugerat, esse defunctum, à Raguele commeatum rogat, ut, salva ejus pace, ac gratia liceat sibi in Ægyptum ob publicā cognatorum ac tribulium suorum utilitatem proficisci, quo impetrato & assumpta, quam ibi duxerat Raguelis filia, liberisque communibus, Ger-
F so & Eleazaro, iter in Ægyptum arripuit: qvorum nominum prius peregrinum significat, posterius Dei auxilium, qvod divina ope insidias Ægyptiorum evasisset. cumque jam non longe à limitibus abessent. Aaron frater venit obviam, Deo sic jubente: cui mox indicavit, quicquid in monte viderat, & omnia mandata, quæ divinitus illic acceperat. mox ulterius progressus obvios in-
G venit præstantissimos quosq; Hebræorum, qui adventum ejus præsensérant: & mox, ne quid amplius de fide Moysis dubitarent, prodigia divinæ voluntati attestantia sunt eis ob oculos exhibita: quibus præter omnem opinionem visis, attoniti sperare jam cœperunt, providentiam Dei securitati illorum & incolumitati non defu-

XIII.

turam. Atque ita obsequentiores nactus Hebræos, & in potestate ipsius se futuros pollicentes, accensos nimirum libertatis amore, ad novum regem se confert. Ibi, posteaquam commemorasset operam suam, pro Ægyptiis contra Æthiopas contemptim agros eorum vastantes navatam, laboresque exhaustos, dum non aliter quam pro suis popularibus bellum administraret, adjicit malam gratiam pro tot beneficiis sibi redditam. oraculum deinde in Sina monte acceptum re- *Exod. 5.4.*

gi aperit, necnon prodigia, quibus de voluntate Dei confirmatus omnem hæsitationem posuerit, singillatim enumerat addit deinde preces ne per incredulitatem Dei decretis obstaculo esse velit, cæterum cum à rege contemptim audiri se animadverteret, exhibet illi specimen prodigiorum, quæ in Sina viderat. Rex vero iratus sceleratum eum appellat, qui Ægyptiorum olim fugitivus, nunc magicis præstigiis instructus ad reliquos decipiendos venerit. Habere secum quoque sacerdotes, qui eadem ostenta repræsentare nossent, non minus peritos hujusmodi artium: nec esse, cur se Moyses jactare debeat, quasi solus divina præ cæteris virtute polleat, atque ita apud rudem multitudinem, quasi supra mortalem conditionem positus, se venditet: confestimque cum & ipsi suas virgas projecissent, in dracones sunt versæ. Tum Moyses nihil his motus, ne ipse quidem, inquit, ignoro aut contemno artes Ægyptiorum, attamen, quæ ego operor, tanto præstantiora esse ajo, quam istorum magiam, quanto intervallo res divinæ humanas post se relinqvunt. jamque manifeste declarabo non esse hæc præstigias veritatis specie parum cautis imponentes, sed ipsissimam Dei virtutem, argumentum omnipotentis illius voluntatis apud incredulos futuram: & cum dicto virgam in terram mittit, jubens, ut fiat draco, quæ mox dicto parens Ægyptiorum virgas, quæ draconum specie reptabant, unam post aliam aggressa omnes ad unam devoravit. ac mox in pristinam speciem reversam Moyses rursum sustulit. Rex autem ad indignationem magis quam admirationem hoc facto commotus, cum nihil acturum respondisset, neque quicquam Ægyptiacis artibus profecturum, mandat operarum exactori, qui Hebræis erat præpositus, ut de labore nihil eis remittat, sed gravioribus etiam quam antea operum difficultatibus premat. at ille prius paleas eis ad lateres fingendos præbere solitus, posthac id facere desit: sed interdiu detentos in opere noctu ad comportandas paleas dimittebat, pristini laboris onus conduplicaturus. Moyses autem neque minis regis à proposito deterrebatur, neque assiduis suorum querelis, ut à cœpto desisteret, vel minimum flectebatur: sed obfirmato contra utrumq; animo, in hoc totus erat, ut suos in optatissimam libertatem restitueret. Itaque denuo regem accedit, suadens, ut dimittat Hebræos in Sina montem, illic Deo sacrificaturos. hoc enim ipsum jussisse, nec posse quenquam ejus voluntati resistere. quapropter dandam operam, ne favorem ejus contemnere videatur, utque populo potestatem exeundi faciat, ne forte contra moliendo posthac culpam in se transferat, si quid ipsi tale acciderit, qualia Dei voluntate resistentibus evenire solent. Nam necessario calamitates eos comprehendere qui divinam iram in se provocaverint: & tum terram tum aërem illis infestum existere, tum procreationem filiorum parum feliciter procedere, elementis etiam ad vindicandum in eos concitatis. atque hæc mala non posse evitare Ægyptios, etiamsi Hebræos regionem eorum exire contingat, nisi hanc profectionem bona pace ipsorum impetraverint.

Exod. 6.

τοῦ τε κῦ τὸ σημαῖον ὄρος αὐτὸ σκοπουμένοις, καὶ τὰς τοῦ θεοῦ φωνὰς καὶ τὰ σημεῖα πίστιν ὧν ἔστιν αὐτῷ μεσιτεύειν τοῖς αὐτὸ δεχομένοις σημεῖα καθ' ἕκαστον ἐξεπίτηδες παρεκάλει τε μὴ ἀπιστοῦντας τούτοις ἐμποδὼν ἴσασι τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ. χαλεπαίνοντος δὲ τοῦ βασιλέως μωσῆς ἔργῳ παρεῖχεν αὐτῷ βλέπειν τὰ σημεῖα τὰ τοῦ κυ τὸ σημαῖον ὄρος ῥηθέντα. ὁ δὲ, ἀγανακτήσας πονηρὸν μὲν αὐτὸν ἀπεκάλει, καὶ ἕτερον φυγόντα τὴν παρ' αἰγυπτίοις δουλείαν, καὶ νεὸν ἐξ ἀπείρου αὐτὸ τοῦτο ἀφῖξιν πεποιημένον, καὶ περιττῳ γόητας καὶ μαγείας καταπλήξειν ἐπικεχειρηκότα. καὶ τοῦτ' ἄρα λέγων, τοὺς ἱερεῖς τοὺς αὑτοῦ ὄψεις αὐτῷ ποιήσαι κελεύει, ὡς αἰγυπτίων σοφῶν ὄντων καὶ τῶν τοιούτων ἐπιστήμων, καὶ ὅτι μὴ μόνον ἐμπειρῶς ἂν αὐτὸς εἰς θεὸν δύναται. τὸ γὰρ ἐπ' αὐτῷ θαῦμα δόξαν ἀνάφερον, πλῆθος εἰς παρ' ἀπαιδεύτοις ἐπάρχειν. καὶ τῶν μὲν βακτηρίας δράκοντες ἦσαν. μωσῆς δ' οὐ καταπλαγεὶς, ἀλλ' αὐτὸς μὲν, ἔφην, ὦ βασιλεῦ, τὴν αἰγυπτίων σοφίαν καταφρονῶ. τοσοῦτον μέντοι κρείττονα τὰ ὑπ' ἐμοῦ παραδείγματα τῆς τούτων μαγείας καὶ τέχνης φημὶ, ὅσῳ τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων διαφέρει. δείξω δὲ, οὐ κῆρ γοητείαν καὶ πλάνους ἀληθοῦς δόξης τάμα, κῆρ δὲ θεοῦ βούλευμα καὶ δύναμιν φανέντα. καὶ ταῦτ' εἰπὼν μεθίησιν ὅπῃ τῆς γῆς τὴν βακτηρίαν, κελεύσας αὐτὴν εἰς ὄφιν μεταβαλεῖν. ἡδὲ, ἐπιστᾶσα καὶ τὰς τῶν αἰγυπτίων βακτηρίας οἱ δράκοντες ἐδέξαντο πᾶσιν οὖσι καταφθίσαι, μάχῃ πάσους ἀνήλωσεν. εἶτ' εἰς τὸ αὐτῆς σχῆμα μεταπεσοῦσαν χαμαίζε παρέμενεν. ὁ δὲ βασιλεὺς οὐδὲν τι μᾶλλον τούτῳ πεπαχθῆναι κατεπλήττετο. παροργισθεὶς δὲ καὶ μηδὲν αὐτῷ παρεχώρησεν ἑτῶν ὀκτὼ τῆς κατ' αἰγυπτίων σοφίας καὶ δεισιδαιμονίας, κελεύει τὸν ὅπῃ τῶν ἑβραίων ἐπάγοντα μόνον μηδὲ μίαν αὐτοῖς ἄνεσιν παρέχειν τοῦ πόνου, ἀλλὰ πλείοσι τοῖς παροῦσι κακοῖς αὐτοὺς καταναγκάζειν. ὁ δὲ, ἄχυρον αὐτοῖς παρέχων εἰς τὴν πλινθείαν παρὸν ἕτερον συλλέγειν παρεῖχεν. ἀλλ' ἡμέρας μὲν ὅλας τοῖς ἔργοις πλανᾶσθαι ἐποίει, νυκτὸς δὲ συνάγειν τὸ ἄχυρον, καὶ δεινοῦ ἀπολλαστοῦ αὐτοῖς καὶ τῆς πλανᾶσθαι δι' ἐκείνων χαλεπωτέρας γεγενημένης. ὁ δ' οὔτε παρὸς τοὺς τοῦ βασιλέως ἀπιόντας ἐκάμνεν, οὔτε παρὸς τοὺς τῶν ἑβραίων μέμψεις ἐνεδίδου. τὴν τε ψυχὴν ἀφαιρήσομαι φησὶ παρὸς ἕκαστον ὅπῃ τὸ πονεῖν καὶ τοῖς αἰκείοις ἐκπρίζειν τὴν ἐλευθερίαν ὑπῆρχεν. καὶ παρεμβαλὼν παρὸς τὸν βασιλέα ἔπεισεν αὐτὸν ἀπολῦσαι τοὺς ἑβραίους ὅπῃ τὸ σιναῖον ὄρος, ἐκεῖ θύσοντας τῷ θεῷ, τοῦτο γὰρ αὐτὸν κεκελευσθαι φάσκων, καὶ μηδὲν ἀντιπράττειν εἰς ἐκεῖνο βούλεται. τὴν δὲ βουλομένων αὐτῶν πάντες πλειόνων συγχωρεῖν αὐτοῖς τὴν ἔξοδον, μή τις λάθῃ τούτων κωλύτης γενόμενος αὐτὸν αἰτιάσασθαι πάσχων ὅσα παθεῖν εἰκὸς τὸν ἀντιπράττοντα θεοῦ παρεσκευάσατο. τοῖς γὰρ χόλον ἐφ' αὑτοῖς κινήσασι θεῖον ἐξ ἁπάντων φύεσθαι τὸ δεινόν. ἔστι γὰρ τούτοις, ὅτε μὲν φίλος, ὅτε γοερὰ τεκνωσῖς φύσιν, ἀλλ' ἐχθρὰ πάντα πολέμια. πειραθησόμενοι δὲ τούτων αἰγυπτίους ἔφασκεν, μὴ δὲ καὶ τῶν ἑβραίων λαὸν ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν, ἀκόντων ἐκείνων.

τὸ δὲ βασιλεὺς ἐκφαυλίζοντος τοὺς μωϋσέως λόγους, καὶ μηδὲ μίαν ἀπιστροφὴν ἐπὶ τοιούτοις, πάλιν ἐπῆγε τοῖς αἰγυπτίοις κατὰ πλάμβανεν. ὧν ἕκαστον ἐκθήσομαι, διὰ τὸ μὴ πρότερον πιστὰ συμβαίνοντα τὸ τῆς αἰγυπτίους εἰς πῦρ ἐλθεῖν, καὶ διὰ τὸ βάλεσθαι μωϋσέα μηδὲν ἂν προεῖπεν αὐτοῖς λυσιμόμον ἀπιδεῖν, καὶ ἐπιμέρεσι τῆς ἀνθρώπους, μαθοῦσιν φυλάττεσθαι αὐτὰ πρὸ ἐφ' οἷς μὴ δυσαρεστήσῃ τὸ θεῖον, μηδ' ὡς ὀργῇ πρέπτειν ἀμυνῆται τῆς ἀδικίας αὐτοῦς. ὁ γὰρ πόλεμος αὐτοῖς αἱματώδης θεῖ πολλαπλοῦς, ἐρεύγη, πίνεσθαι τε μὴ δυναμένοις, καὶ πηγὰς ἐπρα ὑδάτων οὐκ ἔχουσιν. οὐχὶ ἦ τὴν χρόαν μόνον ἦν τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ τοῖς πειρωμένοις ἄλγημα καὶ πικρὰν ἐδίδου προσφέρειν. ἦν δὲ τοῦτο μὲν αἰγυπτίοις, ἑβραίοις δὲ γλυκὺς καὶ πότιμος, καὶ μᾶλλον τοῦ κατὰ φύσιν διαλλαγμένος. πρὸς οὖν τοσοῦτον ἀμηχανήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ δείσας τὸ τῶν αἰγυπτίων, συνεχώρει τοῖς ἑβραίοις ἀπιέναι. καὶ τοῦ κακοῦ λωφήσαντος, πάλιν τῇ γνώμῃ μεταβαλὼν, οὐκ ἀπῆγε τὴν ἔξοδον αὐτοῖς. ὁ δὲ θεὸς ἀγανακτῶν, καὶ μὴ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, οὐκ ἐπὶ σωφρονεῖν ἐβούλετο, ἄλλην τοῖς αἰγυπτίοις ἐπῆγε πληγήν. βατράχων πλῆθος ἀπέρριψε τὴν γῆν αὐτῶν ἐπιβόσκειν. μεσοῦ δὲ τούτων καὶ ὁ ποταμὸς ἦν, ὡς ἀναπεμπόμενος τὸ πλῆθος τῶν ζώων ἰχῶρος κεκακωμένον λαμβάνειν, ἀναπλησκόντων καὶ συναλλοιουμένων τῷ ὕδατι. ἦν τε χώρα μεστὴ κακῶν ἅπαν, ῥυομένων τε καὶ ἀποθνησκόντων, πάσῃ τε κατ' οἰκίαν αὐτῶν ἀφανίζον ἐν βρωτοῖς εὐεμπλάκτοις καὶ ποτοῖς, καὶ τοῖς εὐναῖς αὐτῶν ἐπιπολάζοντες. ὡς τε χαλεπὴ λοιμὸς καὶ δυσώδης ἀποθνησκόντων τῶν βατράχων καὶ ἐν αὐτῇ διεφθαρμένων. ἐπὶ δὲ τούτων τῶν κακῶν ἐλαυνομένων τῶν αἰγυπτίων, τῷ μωϋσεῖ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς οἴχεσθαι τοὺς ἑβραίους λαβόντα. καὶ τοῦτο μὲν ἐπέστη ἡφάνισε τῶν βατράχων τὸ πλῆθος, καὶ ἦν γῆ καὶ ὁ ποταμὸς εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν κατέστησαν. φαραὼθης δὲ ἅμα τοῦ πάθους ἀπήλλακτο ἡ γῆ, καὶ τῆς αἰτίας ἐπελέλησο, καὶ τοὺς ἑβραίους κατέσχεν. καὶ ὥσπερ πρώτων παθημάτων φύσεις βουλόμενος μαθεῖν οὐκ ἐπὶ φίλοις τοῖς περὶ τὴν μωϋσεῖ τὴν ἔξοδον, φόβῳ μᾶλλον ἢ φρονήσει ταύτην αὐτοῖς ἀπιτρέπων. πάλιν οὖν ἄλλου κακοῦ προσβολὴ μετίει τὸ θεῖον αὐτὸ τὴν ἀπαίτησιν. φθειρῶν γὰρ τοῖς αἰγυπτίοις ἐξεύθην ἄπειρον πλῆθος ἐνδον ἀναδιδομένων, ὑφ' ὧν κακὰ κακῶς ἀπώλλυντο, μήτε λουτροῖς μήτε χρίσεσι φαρμάκων ἀλεξθῆραι τὸ ῥύος αὐτῶν δυναμένοις. καὶ πρὸς τοῦτο τὸ δεινὸν ὁ τῶν αἰγυπτίων βασιλεὺς πεφόβητο, καὶ δείσας ὁμοῦ τὸν ὄλεθρον τοῦ λαοῦ, καὶ τὴν αἰχμὴν δὲ τῆς ἀπωλείας λογισάμενος, ἐξ ἡμίσους τοῦ φαυλότητος ἠναγκάζετο σωφρονεῖν. τοῖς μὲν γὰρ ἑβραίοις αὐτὸς ἐδίδου τὴν ἔξοδον, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀποστὰς, τέκνα καὶ γυναῖκας ὅμηρα τῆς ἐπανόδου αὐτῶν κατέλιπεν αὐτοῖς, ἡξίου προσλαμβάνειν δὴ τὸ ἀγενομίσας ἀποτίσειν αὐτὸ τὸ προσκαιρότερον μᾶλλον μωϋσέως, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ τιμωρῶν τὸ αἰγυπτίοις χαίρειν ἑβραίων. θηρίων γὰρ παντοίων καὶ πολυτρόπων ὧν εἰς ὅλον οὐδεὶς ἀπολωλεκὼς, πρότερον τὴν χώραν αὐτῶν ἐγέμισεν. ὑφ' ὧν αὐτός τε ἀπώλλυτο,

A Rege vero nihili faciente verba Moysis, neque vel tantillum ad ejus preces advertente, gravissima mala in Ægyptios incubuerunt: quæ singulatim recensebo tum propter eorum novitatem, tũ ut eo magis appareat nõ vanas fuisse vatis nostri prædictiones: postremo quia hominũ interest talia cognoscere. quo magis ea caveant, quibus irritatus Deus ad infligendas pœnas commoveri solet. Primum amnis sanguineis fluentis pro- *Exod. 7.*
B labens, ad potus inopiam eos redegit, cum præterea nullum fontem habeant, nec coloris tantum id erat vitium, sed si quis siti coactus gustaret, confestim acri dolore corripiebatur: eratque talis Ægyptiis solis, Hebræis vero dulcis ac potabilis, & omnino pristinam naturam retinens.
quo miraculo rex inops consilii, timens incolumitati gentis, permisit Hebræos abire. cumque
C malum cessasset, rursum ad pristinam mentem rediit, sententiam suam revocans. Deus autem motus hominis ingratitudine, qui nec à periculo liberatus vellet sapere, aliam plagam Ægypto *Exod. 8. 9.*
infligit. Ranarum vis immensa terram eorum populabatur, refertus erat & fluvius, ut aqua inde non nisi sanie harum vitiata hauriri posset, immorientibus earum plerisque & imputre-
D scentibus. plena erat & terra turpi limo, ex quo enascebantur, rursusque in eundem resolvebantur: quin & domesticum victum fœdabant in esculentis atque potulentis nusquam non repertæ: & in cubilibus quoque passim oberrantes: ita ut omnia fœterent putore è ranis mortuis exhalante infecta. His malis cum exagitarentur Ægyptii, rex jubet Moysen cum Hebræis abire,
E quo velit: & quamprimum hoc dixit, evanuerunt ranæ, terraque simul & flumen in pristinam naturam sunt restituta. vix dum hoc malum cessaverat, cum Pharaothes denuo mutatus, priorum oblitus retinere populum cœpit: &, quasi aliarum etiam afflictionum naturas experiri vellet, negabat exitum, quem prius concesserat timore magis compulsus quam ex animi sui sententia.
F Rursum igitur Deus alia clade in hominem fraudulentum vindicat. pediculorum enim magna vis è corporibus Ægyptiorum scatebat, à quibus mali malè perdebantur, neque lavacris neque medicamentorum inunctionibus extinguere eos valentes. Qua nova peste turbatus rex, & non magis ipso periculo quam ejus fœditate ac turpitudine territus, nequam cum esset, ægre
G dimidiata ex parte resipuit. Hebræis enim exire permissis, ac mox malo cessante, liberos & uxores reditus obsides ab eis exigebat. quo facto, magis etiam Deum exasperat, putans se providentiam ejus circumvenire posse, quasi Moyses & non potius Deus pœnas de Ægyptiis Hebræorum oppressoribus sumeret. Varias ergo & multiformes bestiolarum species immittit, quales nemo ante eam diem unquã viderat, tan-

ta copia, ut tota regio malo hoc repleretur: præ quarum frequentia & homines plurimi extinguebãtur, & terra nullo pacto coli poterat: & qui præsentaneum exitium evadebant, infecti tamen earum veneno à morbis corripiebantur. Rege vero ne tum quidem resipiscente, ut voluntati divinæ cederet, sed mulieres quidem cum viris dimittente, pueros vero retinere volente, non defuerunt Deo variæ prioribus etiam graviores pœnæ, quibus ob regis malitiam in universam gentem severe animadverteret: sed, exulceratis intus in cute corporibus, miserabilem in modum non mediocris numerus absumebatur. Et cum ne sic quidem rex resipiceret, grando nunquam ante in Ægyptio cœlo visa, tunc vero major quam apud alios hiberno tempore, aut in septentrionali regione, vere jam adulto, superne ruens omnes eorum fructus contrivit: & si quid intactum grando reliquit, nubes locustarum supervenientes ita absumpserunt, ut fructuum colligendorum spes Ægyptiis omnibus omnino sit adempta. Quod si rex stultus tantum, & non etiam malus fuisset, poterat vel jam dictis cladibus admonitus resipiscere, ut tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet. at Pharaothes tametsi non ita insaniebat, ut causam non intelligeret, tamen tanta malitia pectus ejus obsederat, ut adduci nullo modo posset, quin Deo quasi per contentionem repugnare, & in publica commoda sciens volensque peccare pergeret. itaque tandem Hebræis pueros etiam una cum mulieribus concedit, sed jussis, ut bona sua Ægyptiis tanquam prædam relinquerent, eo qvod ipsorum bonis nihil post tot calamitates superesse conquerebantur. Moyse vero negante, æqvum postulari, alioqui non habituros, unde sacrificarent, atque hac controversia diutius durante, tam densæ tenebræ omnisque luminis expertes Ægyptiis sunt circumfusæ, ut prospectu in universum privati alii alio casu absumerentur, illo quoque metu imminente, ne forte penitus ab ea caligine absorberentur. deinde his discussis, post tres dies ac totidem noctes, cum nondum flecteretur Pharaothes, ut liberum exitum permitteret, his verbis eum Moyses aggreditur: Quousque repugnabis Dei voluntati, qui omnino vult ac jubet Hebræos dimitti, nec est aliud præter hoc remedium adversus mala, quib9 affligimini. Rex v. irate ferens hanc dicendi libertatem, minatus est eum capite plectendum, si posthac de hac re molestus esse pergeret. Respondit Moyses, se non amplius hac de causa verba facturum, sed ipsum cum optimatibus Ægyptiis ultro Hebræos rogaturum, ut quamprimum inde proficiscantur. atque his dictis abiit. Deus autem cum decrevisset adhuc una plaga ictos Ægyptios cogere ad dimittendos Hebræos, jussit Moysen edicere populo, ut paratum habeant sacrificium, præparatum tertiadecima Xanthici mensis in quartamdecimam, qui apud Ægyptios Pharmuthi vocatur, idem Hebræis Nisan, & Macedonibus Xanthicus: utque ipse Hebræos educat omnia sua secum portantes. ille vero instructos prius ad profectionem, & per sodalitia distributos in uno loco continebat.

Exod. 10. 11. 12.

mentati, ſeni è regione ſibi duobus ordinibus
oppoſiti, mundiſſimi confecti è farina duorum
aſſaronum, quæ menſura Hebræorum ſeptem
cotylas Atticas continet. ſuper panes autem po-
nebantur duæ phialæ aureæ thure plenæ. poſt
ſeptem vero dies alii panes inferebantur, feſto,
quod nos vocamus ſabbatum: cujus ritus cauſa
alias eſt a nobis indicanda. Ex adverſo menſæ X.
propius meridianum parietem ſitum erat can-
delabrum ex auro fuſile, ſed non ſolido, pondo
minarum centum. hoc pondus Hebræi cincha-
res, Græci talentum ſua lingua nominant: eratq;
diſtinctum globulis, liliis, malis punicis, crater-
culis ab una baſi in altum aſſurgentibus, in ſe-
ptem ramos diffiſſis juxta numerum ſolis & reli-
quorum planetarum. exibat autem in ſeptem ca-
pita ordine inter ſeſe reſpondentia: quibus im-
ponebantur ſeptem lucernæ ſecundum totidem
planetarum numerum: reſpiciuntque ad Orien-
tem & Meridiem, candelabro oblique poſito. in-
ter hoc & menſam, ut dixi, ſita erat arula ſuffumi-
gatoria, & ipſa è ligno imputribili, ſed ſolida la-
mina circumquaq; contecta, cubitali in quadrum
latitudine, altitudine vero dupla. ſuper qua ſta-
bat foculus corona aurea circumquaq; cinctus:
cui anuli inerant cum ſuis vectibus, quo per viã
à ſacerdotibus deportari poſſet. Sed & pro fori-
bus tabernaculi erat ara alia, hæc quoque lignea,
laminis æreis intecta, in qvadrum qvinq; cubita
patens, altitudine trium cubitorum, inaurata,

cratem prò foculo ſuperpoſitam habens. excipiebat enim terra, quicquid ignitum ſuperne decidebat, qvod baſis nulla ſubeſſet, ad aram vero præſto erant infundibula & phialæ thuribulaque & crateres cum inſtrumento alio rei divinæ peragendæ accommodo, nihil non ex auro puriſſimo.

Exod.38.

CAP. IIX.

De pontificali ac ſacerdotali ornatu.

XI.

Exod.39. ET tabernaculum quidem cum paratu ſuo ſic ſe habebat. nunc reſtat dicendũ de veſtitu tam reliquorum ſacerdotum, quos illi chaneas vocant, quam pontificis, quem anabarchem nominant, ſic ſummum ſacerdotem ſignificantes; ac primum de vulgo ſacerdotum: Sacerdos ſacris operaturus purus juxta legem & caſtus accedens ante omnia manachaſen, quem vocant induitur: quaſi dicas conſtrictorium. eſt autem ſubligar circa verenda, conſutum è byſſo retorto: in quod pedibus inſertis ſubducunt velut dimidiatas braccas, atque ita circum illa conſtringunt. ſuper hoc induit linteam interulam byſſinam è duplicata tela confectam, chetomene noſtris vocatur, ſignificatque ea vox lineam. linum enim vocamus cheton. id indumentum eſt tunica talaris corpori aſtricta, habens manicas circa brachia & ipſas ſtrictas, quæ accingitur circa pectus paulo axillis inferius zona lata digitos quatuor intus inani, ita contexta, ut ſerpentis exuvium videri poſſit. floribus etiam picturatur punicis, purpureis, hyacinthinis & byſſinis: ſtamen vero è ſola byſſo conſtat: quæ ſemel atque iterum circa pectus revoluta ad talos usque defluit, tantiſper dum ſacerdotes à ſacris feriantur: idque ad ornatum conferre videtur: cum vero ſacris eſt miniſtrandum, ne ventilata ſit impedimento, ſuper humerum lævum rejicitur: hanc zonam Moyſes nominavit abaneth, nos, vocabulo a Babyloniis mutuato, emiam dicimus. ſic enim illi nominant. ſed tunica nusquam ſinuatur. habetque circa collum amplam aperturam, cujus oræ uncinis à pectore & à tergo committuntur: maſſabazanem vocant. ſuper caput autem geſtat pileum non faſtigiatum, neque totum caput comprehendentem, ſed paulo plus quam medium. hic vocatur maſnaemphthes. eſt autem tali paratu, ut videatur vitta linea ſæpe in orbem replicata & conſuta, qvam ſuperne alia tela integit usque ad frontem deſcendens, & per ſuperficiem verticis ſuturarum deformitatem occultans. hic adaptatur accurate, ne inter ſacrificandum delabatur. Et ſacerdotum qvidem ornatus in genere eſt talis. Pontifex vero utitur qu dem etiam hoc, nihil eorum, quæ enumeravimus, omittens, ſed ſuperinduitur hyacinthinam tunicam talarem, quam noſtrates methir nominant: aſtringitque eam zona coloribus ſupradictæ ſimili, niſi qvod auro intertexta.

A τὸ ὑπὸ ὕψος τρισὶ, ὁμοίως τοῖς χρυσῷ κεκοσμημένος, χαλκείαις λέπισιν ἐξησκημένος, διὰ τύχην ἐχάρα ἐμφερής. ἐξεδέχετο γὰρ ἡ γῆ τὸ ἀπὸ τῆς ἐχάρας πῦρ καταφερόμενον, τῆς βάσεως μηδαμοῦ ἐχούσης. ἀντλητήρια δ' ἐπῆν τῷ βωμῷ εἰνοχόαι τε καὶ φιάλαι σὺν θυίσκοις καὶ κρατῆρσιν ἅπασι. ὅσα τε ἄλλα σκεύη πρὸς τὰς ἱερουργίας πεποίητο, χρύσεα πάντα ὑπῆρχεν. καὶ ἡ μὲν σκηνὴ τοιαύτη τις ἦν καὶ τὰ περὶ αὐτὴ σκεύη.

B

Κεφάλαιον ἡ.

Περὶ τῶν τε ἱερέων καὶ τοῦ ἀρχιερέως σχήματος.

ΓΙνονται δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν στολαὶ, πᾶσι τε τοῖς ἄλλοις, οὓς χαναίας καλοῦσι, καὶ δὴ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ, ὃν ἀναβαθάχην προσαγορεύουσι. σημαίνει δὲ ἀρχιερέα. τὸ μὲν οὖν τῶν ἄλλων στολὴ τοιαύτην εἶναι συμβέβηκεν. ὅταν δὲ προσίῃ τοῖς ἱερουργίαις ὁ ἱερεὺς ἡγνικὼς καὶ ὁ νόμος ἁγνείαν προσαγορεύει, πρῶτον μὲν ἐπιθέτην τὸ μαναχασὴ λεγόμενον. βύσσινόν ἐστι σιμακτῆρα μὲν δηλοῦν. διάζωμα δέ ἐστι περὶ τὰ αἰδοῖα ῥαπτὸν ἐκ βύσσου κλωστοῦ εἰργυμένον, ἐμβαινόντων εἰς αὐτὸ τῶν ποδῶν ὥσπερ ἀναξυρίδας. ἐπιπίνει δὲ ὑπερῷον, ἢ πολλαπλοῦν ἄχρι τῶν λαγόνων περὶ αὐτὰ ἀποφέρει. ὀθόνιον δὲ τοῦτο λινοῦν ἔνδυμα διπλῆς φορᾶς σινδόνος βυσσίνης. χεθωμένη καλεῖται. λίνεον γὰρ σημαίνει. χεθὲν γὰρ τὸ λινὸν ἡμεῖς καλοῦμεν. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἔνδυμα ποδήρης χιτὼν περιεσταλμένος τῷ σώματι, καὶ τὰς χεῖρας περὶ τοῖς βραχίοσιν κατισφιγμένος, ὃν ζώνην δὲ καλοῦσι ὀλίγου δεῖν μαχαλὴς ὑπὲρ ἄνω τὴν ζώνην περιάγοντες πλατεῖαν ὡς ἐπὶ πλεῖστον δακτύλους. μηκέτι δὲ ὑφασμένην ὡς τὸ λεπτότατον δοκεῖν ὄφεως. ἀνθοῖ δὲ εἰς αὐτὴν ἐνύφαν φοίνικι καὶ πορφύρᾳ μὴ ὑακίνθου καὶ βύσσου πεποικιλμένα. σήμαινον δέ ἐστι μόνη βύσσος. ἡ λαβοῦσα τὸ ἀρχεῖον τοῦ ἑλίξεως καὶ στέρνων, καὶ περιελθοῦσα πάλιν δεῖ. καὶ κέχυται μὲν πολλὴ μέχρι καὶ τοῦ σφυρῶν, ἕως ἂν μηδὲν ὁ ἱερεὺς ἐνεργεῖ. πρὸς γὰρ δυσπέπειαν ἔτως ἔχει τοῖς ἐρῶσι καλῶς. ὅταν δὲ παραδάζειν περὶ τὰς θυσίας δέῃ ἢ διακονεῖν, ὅπως μὴ κινούμενος ἐμποδίζηται πρὸς τὸ ἔργον, ἀναβαλλόμενος ὑπὲρ τὸ λαιὸν ὠμοφορεῖ. μωυσῆς μὲν ἐν ἀβανηθ αὐτὴ ἐκάλεσεν. ἡμεῖς δὲ ἀπὸ βαβυλωνίων μεμαθηκότες, ἐμίαν αὐτὴ καλοῦμεν, ὅταν δὲ προσαγορεύε) παρ' αὐτοῖς. ὅτος ὁ χιτὼν κολπίτην μὲν ἀδαμοῦ ἦν. λαιμαρὸν δὲ παρέχων τὸ περιχωτῆρα ἐν αὐχένος, ἀρπεδόσιν ἐκ τῶν ὤμων, καὶ τῶν κατὰ στέρνων καὶ μετάφρενον, ἠρτημένας ἀναδεῖ). ὑπὲρ ἑκατέραν καταπλεῖδα μασαβαζανὴς καλεῖ). ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς, φορεῖ πῖλον ἄκωνον. ἀδιακύμβον ἐκ πάσων αὐτὸ, ἀλλ' ἐπολήκιν ὑπερβεβηκότα μέσης. καλεῖ) μὲν μασναεμφθῆς. τῇ δὲ καταστολῇ τοιοῦτος ἐστὶν ὡς στεφάνη δοκεῖν, ἐξ ὑφάσματος λινοῦ ταινία πεπιημένη παχεῖα. καὶ δὲ ἐπιπυοσύμβον ῥάπτε) πολλάκις. ἔπειτα σινδὼν ἄνωθεν αὐτὸ σκεπάζει) διήκουσα μέχρι μετώπου, τήν τε ῥαφὴν τῆς ταινίας καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς ἄκρον καλύπτουσα, καὶ ὅλῳ τῷ κρανίῳ γιγνομένη ἐπίπεδον. ἥρμοσται δὲ ἀκριβῶς ὡς ἂν μὴ περιῤῥυῇ πάντος περὶ τὰ ἱερουργίαν. καὶ πίλος μὲν ἐστιν ἡ τῶν πολλῶν ἱερέων στολή, δεδηλώκαμεν. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς, κοσμεῖται μὲν καὶ ταύτῃ οὐδὲν τῶν προειρημένων. ἐπενδυσαίμῳ δὲ ἐξ ὑακίνθου πεποιημένου χιτῶνα, ποδήρη δέ ἐστι καὶ οὗτος, μηδὲν καλεῖται τῇ ἡμετέραν γλώσσαν, ζώνῃ περισφίγγεται βάμμασιν οἷς ἡ πορφύρα λέγεται διαπεποικιλμένῃ χρυσοῦ συνυφασμένου.

C

D

E

F

G

κῆ

καὶ πέλας δ' αὐτῆ περισσέβαμμένοι ἰύσανοι ῥοῶν A cæterum ima veſtis ornabatur limbo effigie malorum punicorum diſtincto, à quo tintinabula
τῶν σκιαφοῖς μεμιμημένοι ἀπήρτηντο, καὶ κώδωνες χρυσοῖ καὶ πολλοὶ ἀπηρτήδευσιν τῆς ὑπερτείας, aurea ſic dependebant, ut medium eſſet quod-
ὡς τὸ μέσον λαμβάνεσθαι δυοῖν τε κωδώνοιν ῥοΐσκον que malum punicum inter duo tintinabula ſi-
καὶ ῥοῶν κωδώνιον. ἔστι δ' ὁ χιτὼν ἓν σὺν σκι- tum, & tintinabulum inter duo mala punica.
οειδέσιν πετάσμασιν ὡς τὸ ῥαπτὸς ἀπὸ τῶν ὤμων εἶναι hæc tunica non conſtat è duobus ſegmentis, ut
καὶ τῶν πλευρῶν. φάρος δ' ἐπ' ἐπίμηκες, ὑφασμένον ἀμοιβαῖον ἔχει βρόγχωσιν πολλαχοῦ, ἀλλὰ καὶ μὴ ſuturas habeat in humeris ac lateribus; ſed tu-
διῆκται πρὸς τὸ στέρνον καὶ μέσον τὸ μετα- B nica tela in longum contexta aperturam in ſum-
στέριον. πέζα δ' αὐτῷ περιέρραπται, ὑπὲρ ἧς μὴ διε- mo habet non transverſam, ſed in longum de-
γγύᾶται τῆς τομῆς τὸ δυσπρέπειαν. ὁμοίως δὲ καὶ ſcendentem à tergo & ante uſque ad medium
αἱ χεῖρες διήργηνται ὀχετοῖς. ἐπὶ δὲ τούτοις pectus: cui decoris cauſa aſſuta eſt fimbria, ne
ἐπιδύεται τὸν λεγόμενον ἐφῳδήν, ἑλληνικὴ δ' ſciſſura appareat, eodem modo, qua manus exe-
ἐπωμίδι παρεσικότα. γίνεται γὰρ τῷδε τῷ τρόπῳ. ὑ- runtur, eſt ſciſſa. Super hanc tertiam etiamnum
φάσθαι δὲ βάθος χυᾶ ἔκπτωτε χρωμάτων παν- induit vocatam ephoden, græcanicæ epomidi ſi-
τοίων καὶ χρυσοῦ συμπεποικιλμένου περίπυκτον τὸ milem, ea fit hoc modo: ex variis coloribus, auro
στέρνον τὸ μέσον καταλιμπάνει, χειρίσιν τε ἠσκημένῳ C intermixto, ita contexitur, ut circa medium pe-
καὶ τοῖς πτερύγιοις χιτῶνι ἐναι πεποιημένῳ. τῷ δὲ ctus lacuna quædam relinquatur, maniculis
λείπεται δ' ἐσθήματος σωμέσι περίτμημα ἀπὸ μικρᾶς quoque ita extantibus, ut plane tunica appareat.
παλάμης, χρυσῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῖς τῷ ἐφῴδει βάμ- lacunæ vero inſeritur fruſtum amplitudine
ματι διαπεποικιλμένον. ἐσθῆτα μὲν καλέσᾳ. σημαίνει δὲ palmi, auro eisdemque coloribus, quibus epho-
τὸν τῷ ἑλλήνων γλῶτταν λόγον. πλησιοῖ δ' ἀκρι- des, variegatum. id vocatur eſſen, ac ſi dicas ra-
βείας δ' ἐφῴδου ὑπὲρ ὑφαίνοντες καὶ σῆθος ἐξέλι- tionale: qvod ita quadrat, ut ad amuſſim ſpa-
πε. ἐνάπτᾳ δ' ἐπὶ τοῖς κρίκοις χρυσέων αὐτῷ τε καὶ γω- tium illud circa pectus a texente relictum exple-
νίαν ἑκάστῃ, κἀκείνῳ τ' ἴσων περικεκοινωμένων ῥάμ- at. id committitur cum tunica anulis aureis per
μασιν ὑακίνθου, ὡφελημένου εἰς τὸ πρὸς ἀλ- D ſingulos angulos ex oris tunicæ ac eſſenis extan-
λήλους καταθέσιν τοῖς κρίκοις. πρὸς δὲ τὸ μὴ χαλᾶν tibo, intercurrente tænia hyacinthina, &, nequid
ἔτι τὸ ἐκ μέσων τῶν κρίκων καταλιμπανόμενον, inter circulos hiet, filo hyacinthino futuram ex-
ῥαφῇ αὐτῷ ἡμασιν ὑακινθίνοις ἐπενήσαν. περπύ- plente. in utroque autem humero ſinguli ſardo-
σιον δὲ τῷ ἐπωμίδι σαρδόνυχες δύο καὶ τῶν ὤμων ἑ- nyches auro incluſi fibularum vice epomidem
κάτερον πλήθει. ἐπ' αὐτοῖς ἀπηδέον χρύσεον ἔχοντες, adnectunt: his inſculpta ſunt Jacobi filiorum
πρὸς τὰ περαίτω ἀπηρτῆδθαι εἶναι. ἐγγέγραπται nomina literis vernaculis linguæ noſtratis, in u-
ἑκάστοις, τῶν ἰακώβου παίδων τὰ ἐνόματα χράμμα- troque lapide ſena, ita ut ſeniores dextrum hu-
σιν ὑπερχωρίοις γλώσσῃ τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ ἐξ τῶν λίθων merum obtineant. quin & eſſenem ipſum duo-
ἑκατέρωθεν. οἱ πρεσβύτεροι δ' εἰσὶ καὶ ὤμων τὸν δε- E decim gemmæ diſtingvunt, eximia vel magni-
ξιόν. ἐπάσαν δὲ καὶ τὸν ἐσθῆτα λίθοι δώδεκα, μεγέ- tudine vel pulchritudine, ornatus hominibus
σεσι καὶ κάλλει διαφέροντες, οὐ κτητὸς ἀνθρώποις κό- propter enorme precium incomparabilis: cui
σμος διαπρεπὴς ὑπερβολὴν ὄντες. οὗτοι μέν τοι καὶ τέ- ternæ per ordines quatuor inerant, conſertæ co-
τρασι ἐπὶ τισὶ τέρων διακείμενοι χραμμῶν ἐνήσκην- ronulis aureis ita, ut excidere non poſſent: in
τα τῷ ὑφ. χρυσοῦς δ' αὐτοὺς σκωδιέρχεται τὰς ἐ- primo ordine ſardonyx, topazus, ſmaragdus: in
λικας ὑπὸδας τῷ ὑφ πρὸς τὸ μὴ διαῤῥεῖν οὕτως πε- ſecundo carbunculus, jaſpis, ſapphirus: in tertio
πεισμένῳ. καὶ ἡ μὲν πρώτη τριὰς ἐστι, σαρδόνυξ, τό- lyncurius, amethyſtus, achates: in qvarto chry-
πάζιος, σμάραγδος. ἡ δευτέρα δὲ ἄνθρακα παρέχε- F ſolithus, onyx, beryllus. his erant inſculpta fi-
ται καὶ ἴασπιν καὶ σάπφειρον. τῆς δὲ τρίτης λίγυ- liorum Jacobi nomina, quos tribuum autores
ρίου ἀρχή, ἴασπις δὲ ἀμέθυστος, ἀχάτης ἡ τρίτη, ἐνα- habemus, ordine, quo olim ſinguli nati fuerant.
σπίζων τῆς πάσης. τετάρτη ἡ χρύσολιθος, ὄνυξ, cum autem per ſe illi, quos diximus, anuli ſint in-
ἔσχατος, καὶ ἡ αὐτὸν ὄνυξ, ἔσπι βήρυλλος, τελευ- firmi, nec poſſint pondus gemmarum ſuſtinere:
τῶντος. χράμματα ἡ ὀπίσω τοῦ πᾶσι τῶν ἰακώ- alios duos in extremitate rationalis, quæ reſpicit ad collum, eminentes à textura fe-
βου υἱῶν καὶ φυλάρχους νομίζομεν, ἑκάστου τῶν λί- cerunt: qui ſuſcipiant catenas aureas, opere ple-
θων σήματι τετιμημένου καὶ πάξιν, ᾗ ἕκαστον αὐτῶν xili, venientes per fiſtulas quasdam ad extremi-
γράπτεσθαι συμβέβηκεν. τῶν οὖν κρίκων ἀσθενῶν ὄν- G tates humerorum: quarum catenarum ſummitas
των καθ' αὑτοὺς ἐνεγκεῖν τε βάρος τῶν λίθων, ἐπέ- aſcendens reducitur poſt tergum, & circulo, qvi
ρας διακρίνους μείζονας τῇ περὶ ἐσθῆτι, ἥπερ est à tergo, in epomidis fimbria connectitur: id
ἄνωθεν πρὸς τὸν τράχηλον ἐμβεβηκότας τῷ ὑφά- qvod præcipue ſuſtinet ephodem, ne quo
σματι πιεῖν, δεχομένους ἀλύσεις εἰργασμένας, αἳ pacto defluere poſſit. eſſeni autem aſſuta e-
σειραῖς κατ' ἄκρον τῶν ὤμων σειραῖς ἐκ χρυσοῦ πε- rat zona jam dictis coloribus & auro diſtincta,
πλεγμένας συναπτούσας. ὧν τὸ ἄκρον ἀνεσραμμένον,
ἄνωθεν κρίκῳ περέχοντι τῆς νωτιαίας πέζης τῆ ἐφῴδου, καὶ ἔστι τοῦ ἀσφάλεια τῷ ἐσθῆτι, πρὸς τὸ μὴ
πίπτειν. ζώνη δ' τῷ ἐσθῆτι περιέρραπτο βάμμασιν οἷς περᾶν μετὰ χρυσίου περφερὴς,

quæ totum complexa rursumque supra futuram nodata, deorsum propendere sinebatur. omnes autem fimbriæ quibusdam oris fistulosis utrinque includebantur. Porro pileo, quali cæteri sacerdotes, utebatur: super quem extabat alius consutilis ex hyacintho variatus. hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in qva spectabantur calyculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud nos vocatur daccharus, apud Græcorum herbarios hyoscyamus. quod si quis aut visam aliquando non satis animadvertit, aut nomine tenus auditam de facie non novit, huic etiam describere eam non gravabor. herba est tres palmos sæpe in altitudinem excedens, napo similem radicem habens: vix enim hac parte est alia simillior: folia vero apio. hæc è ramis emittit calyculum apsis inhærentem, vestiturque tunica quadam, qvam exuit, fructu ad maturitatem tendente. calyculus autem est, quantus articulus minimi digiti, circumferentiâ habens crateri similem. quod ipsum clarius faciam propter ignorantes. ima sui parte circa fundum dimidiato globo est rotunditate similis, mox in processu paulatim coarctatur, donec in extremitate rursum dilatatus in labrum exeat, mali punici umbilico incisuris simile, cui operculum orbiculare inhæret, quasi de industria tornatum eminentes habens incisuras, quas dixi, ut in malo punico, aculeatas & in acutos mucrones desinentes. continet autem sub operculo fructum per totum calyculum, herbæ sideritidis semini similem. florem vero fert, qvi papaveris videri possit. ejusmodi corona ab occipitio circum tempora utraque procedebat: nam frontem isti calyculi non ambiebant; sed ceu lorum qvoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen incisum habebat. atque hic erat pontificis ornatus. Proinde mirari succurrit, quomodo homines odio nos prosequantur propter perpetuam opinionem de nobis conceptam, quasi per impietatem numen contemnamus, quod ipsi assiduo cultu venerentur. Nam si quis tabernaculi fabricam contempletur, & sacerdotis ornatum, & vasa, quibus inter sacrificandum utimur, comperiet legislatorem nostrum divinum quendam virum fuisse & falso nobis impietatis calumniam impingi. in his enim omnibus repræsentatam quodammodo universitatis rerum naturam invenire licet, si quis non otiose, sed prudenter singula consideret. Nam & tabernaculum longitudine triginta cubitorum trifariam partitus, & duabus partibus sacerdotibus permissis, quasi profano loco, terram & mare significat. hæc enim ab omnibus promiscue calcantur; tertiam vero partem soli Deo adsignavit, eo quod cœlum hominibus sit inaccessibile. itidem per duodecim panes in mensa dispositos, annum significavit in duodecim menses divisum.

ἡ ὑπεισδεδυσαι, δεῖται πάλιν ὅπῃ τῇ ῥαφῇ, καὶ καταχρημνᾶται. τοὺς δὲ θυσίνους ζευγνύει σύριγγες καθ' ἑκατέραν ἄκραν σκλαβοῦσαι πάντας ἐμπεριέχουσιν αὐτῷ. πίλῳ δὲ λευκῷ μὲν ἑκὰς περίκειται αὐτῷ, ὡς ἀναπλησίως ἱερατικοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερεῦσιν. ὑπὲρ αὐτὸν δὲ συμπεραμμένος ἕτερος ἐξ ὑακίνθου ποικιλμένος. περιέρχεται δὲ στέφανος χρύσεος, ὅπῃ τρισοχίαν κεχαλκευμένος. θάλλει δ' ἐπ' αὐτῷ κάλυξ χρύσεος, τῇ δακχάρῳ βοτάνῃ παρ' ἡμῖν λεγομένῃ ὁπομεμιμημένος. ὑὸς δὲ κύαμον ἑλλήνων οἱ περὶ τομὰς ῥιζῶν ἐμπείρως ἔχοντες προσαγορεύουσιν. εἰ δέ τις ἢ θεασάμενος τὴν βοτάνην μαθὼν τέτε ἀγνοεῖ τὴν φύσιν αὐτῆς, ἢ τὴν κλῆσιν ἠκρίβωκεν· οὐκ ἰδὼν ἀναγνώσεται, τοῖς οὕτω δὴ ἔχουσι σημανῶ τὸν τρόπον τέτον. βοτάνη μὲν ἐστὶν ὑπὲρ τρεῖς σπιθαμὰς πολλάκις αὐξανομένη τὸ ὕψος, τὴν δὲ ῥίζαν ἐμφερῆς βουνιάδι. ταύτῃ δὲ ὁκόταν ἀμάρπτις ἐκάζων αὐτὴν παρὰ φύλλα τοῖς δένδρων. ὁ μέν τι τῶν κλάδων ἀνίησι καλύκια περοχὴν τῶν κλωνίων· ἔχει δ' αὐτὸν ἔλυτρον, ὃ καὶ ἀποκείνεται καθ' αὑτὸ περὶ τὸν καρπὸν μεταβάλλον ἡρμένης. ὁ δὲ κάλυξ μεγέθους ἐστὶ σπυριδίου καὶ μικρῷ δακτύλου, κρατῆρι δ' ἐμφερὴς τὴν περιφορήν. σημανῶ δὲ καὶ τέτο τοῖς οὐ μεμαθηκόσι. σφαῖρης εἰς δύο μέρη τετμημένης περὶ τὸ πυθμένι, τὴν ἑτέραν τομὴν ἔχει φακόμορφον, ὁποῖός ἐστι περιφερὴς. ἔστι σωμάτων κατ' ἐλλιγμὸν ὑποκολαύσεως ὑπερβολῇ τῆς ὑποχωρήσεως, ἀναχάσκει πάλιν ἠρέμα ἐς χεῖλος ὁμοίως ὀμφαλῷ ῥοιᾶς τετμημένῃ. ὑπόθημα δ' αὐτῷ ἡμισφαίριον περιπέφυκε. κἀκεῖθεν ἂν ἔτι τις παρνάμενον, ὑπερφυσώσας ἔχον τοὺς σπερμοὺς ἂς εἶπον τῇ ῥοιᾷ ὡς πλησίως βλαστάνειν, ἀκανθώδεις καὶ ἐς ἓξ παντελῶς ἀπολήγουσας τὸ ἄκρον. φυλάσσει δ' ὅπῃ τοῦ ὑπόθεματος τὸν καρπὸν ἀλλαττοῦσι τὸ κάλυκος, ὅταν βοτάνης σπέρματι τῆς σηρικῆς ὅμοιον. ἀφίησιν δ' ἄνθος τὸ τὸ μήκους πλατυγώνιον διωπάμενον δοκεῖν ἐμφερὲς εἶναι. ἐκ πύπυ μὲν σέφαι σκευαλκευτὸν ὅσον δοτὸ ἑνὸς πρὸς ἑκάτερον τῶν κρασπέδων. τὸ δὲ μέτωπον, ἡ μὲν ἐφιεῖσι σὺν ἐπεισι, λεχθήσεται δ' οὕτως· ὁ κάλυξ. τελαμῶν δ' ἐστὶ χρυσοῦς, ὃς ἱεροῖς γράμμασι τοῦ θεοῦ τὴν προσηγορίαν ὑπιστημεῖ. ἐσὶ καὶ τοῦτο μὲν ἐκ ἱερέως ἐσὶ κόσμος. θαυμάσειε δ' ἄν τις τῶν ἀνθρώπων τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀπέχθειαν, ἣν ὡς ἐκφαυλίζοντων ἡμῶν τὸ θεῖον ἅπερ αὐτοὶ σέβειν προσήκουσι πλατυτέραν ἔχοντες. εἰ γάρ τις τῆς σκηνῆς κατανοήσειε τὴν πῆξιν, καὶ τοῦ ἱερέως τὴν ἔξοδον καὶ τὴν εἴσοδον, πᾶσι σκιὰν ὡς πρὸς τὴν ἱερουργίαν χρώμενα, τὸν τε νομοθέτην ἄνδρα θεῖον ἄνδρα, καὶ μετανοίας ἡμᾶς ὑπὸ τῶν ἄλλων τὰς βλασφημίας ἀκούοντας. ἐκάστῳ δὲ τέτων, εἰς ἀπομίμησιν καὶ πλατύτητα τῶν ὅλων, ἔστιν ἀφθόνως ἐθέλοντι καὶ μὴ σπανίως σκοπεῖν, ἐξήσκηται. τὴν τε δὴ σκηνὴν τριάκοντα πηχῶν οὔσαν, νέμεται εἰς τρία, καὶ δύο μέρη πᾶσιν ἀνεῖς τοῖς ἱερεῦσιν, ὥσπερ βέβηλον τινὰ καὶ κοινὸν τόπον, τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν ὑποσημαίνει. καὶ δὴ ταῦτα πᾶσιν ἐσὶν ἐπίβατα. τὴν δὲ τρίτην μοῖραν, μόνῳ, φησὶν, ἐξεῖρηται τῷ θεῷ, διὰ τὸν καὶ τὸν οὐρανὸν ἀνεπίβατον εἶναι ἀνθρώποις. ἐπὶ τε τῇ τραπέζῃ τοὺς δώδεκα ἄρτους, ὑποσημαίνει τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τοσούτους μέρεσι δεδημευμένον.

τὴν δὲ

τὴν ἡ λυχνίαν ἑξ ἑβδομήκοντα μορίων ποιήσας συνεκέρασε, τὰς τῶν πλανητῶν δώδεκα μοίρας ἠνίξατο καὶ λύχνους ὑπὲρ αὐτῆς ἑπτὰ τῶν πλανητῶν τὸν φορὰν, ποσαὶ γὰρ εἰσὶ τὸν ἀριθμόν. τὰ δὲ φάρη ἐκ τεττάρων ὑφαίνεται τῶν τῶν στοιχείων φύσιν δηλοῖ. ἡ μὲν βύσσος τὴν γῆν ἀποσημαίνειν ἔοικε, διὰ τὴν ἐξ αὐτῆς ἀνάδοσιν τὸ λῖνον. ἡ δὲ πορφύρα τὴν θάλασσαν, τῷ πρὸς ἰχθὺν τῆς κόχλου πρὸς αἷμα. τὸν δὲ αἰθέρα βούλεται δηλοῦν ὁ ὑάκινθος. καὶ ὁ φοῖνιξ δὲ τὴν τιμιότητα τὸ πυρός. ἀποσημαίνει δὲ καὶ ὁ βύσσινος χιτὼν τὴν γῆν, λίνεος ὤν. ὁ δὲ ὑάκινθος τὸν πόλον μιμεῖται διὰ μὲν τοὺς ῥοισκους ἀπεικασμένος, βροντὰς δὲ τῶν κωδώνων ψόφον. καὶ τὸν ἐφαπτίδα δὲ πᾶσιν τὸν φύσιν ἐκ τεττάρων ὑφέας, δεδύσθαι τὸ θεῖον χρυσὸν σαφηνίσασθαι λέγει, κατ' ἐπίνοιαν ὕλης τῆς ἀνάπασιν αὐτῆς. καὶ τὸν ἐσθῆτα δὲ μέσην εἶναι τῆς ἐφαπτίδος ἐν τρόπῳ γῆς ἔταξε. καὶ γὰρ αὕτη τὸ μεσαίτατον τόπον ἔχει. ζώνη τε περιδεύσασα τὸ ὠκεανὸν ἀποσημαίνει, ἐπεὶ γὰρ οὕτως ἐκόσμησε τὰ πάντα. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν ἥλιον καὶ τὸν σελήνην τῶν καρδόνυχων ἑκάτερος, οἷς ἐνέπορπωσε τὸν ἀρχιερέα τὸν δωδεκάδα τῶν λίθων, ἔτι τοὺς μῆνας ἐμφαίνει τοὺς νέους, ἔτι τὸν τοσοῦτον ἀριθμὸν τῶν οἴκων τῶν ζωδιακῶν κύκλον ἑλλήνες καλοῦσι, τῆς κατ' ἐνιαυτὸν γινομένης ὁδοῦ ἀναμάρτητος. καὶ ὁ πῖλος δέ μοι δοκεῖ τὸν οὐρανὸν τιμιώτερον ὑακίνθινος πεποιημένος, οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἐκαινεῖτο θεοῦ τὸ ὄνομα τῷ θεοῦ, τῇ τε στεφάνῃ λαμπρυνόμενος, καὶ ταύτῃ χρυσέᾳ διὰ τὸν αὐγὴν, ἣ μάλιστα χαίρει τὸ θεῖον. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον μοι δεδηλώσθω, πολλάκις καὶ ἐν πολλοῖς τὸν ἀρετὸν τὸν νομοθέτου παρεξόντων ἡμῖν διελθεῖν τῶν πραγμάτων.

& cum candelabrum è ſeptuaginta partibus compoſuit, duodecim ſigna, per quæ planetæ feruntur, ſubindicavit: & per ſeptem lucernas impoſitas totidem planetarum curſum. vela quoque e quatuor coloribus contexta elementorum naturam deſignant. nam byſſus terram referre videtur, ex qua lini hoc genus provenit: purpura vero mare, eo qvod conchylii cruore ſit fucata: aërem vero hyacinthus repræſentare videtur: ſicut puniceus color ignem. quin & pontificis tunica cum ſit lintea, terram ſimiliter ſignificat: hyacinthus vero polum, per mala punica fulgetra referens, ſicut tonitru per tintinabulorum ſtrepitum: epomis etiam univerſi hujus naturam indicat è quatuor coloribus contexta, quibus aurum acceſſit, ſicut ego interpretor, propter adjunctam rebus omnibus lucem. eſſen quoque in ejus medio eſt inſertus, non aliter quam terra medium mundi locum obtinet. Zona item, qua cingitur, Oceani ſimilitudinem habet, qui univerſa circumplectitur. duo præterea ſardonyches, in veſtitu pontificis pro fibulis additi, ſolis & lunæ ſignificationem habent. gemmarum etiam duodenarium ſive ad menſes retuleris, ſive ad parem partium numerum ejus circuli, quem Græci zodiacum vocant, nequaquam à vera conjectura aberraveris, pilcus item cæli ſignificatio videtur eſſe, cum ſit ex hyacintho confectus: alioqui non ſuſtineret Dei nomen: & corona illuſtratur aurea propter ſplendorem, quo maxime Deus delectatur. atque hæc in hunc modum interpretati ſumus per occaſionem, ne latentem in his legislatoris ſapientiam ultro diſſimulare videremur.

Κεφάλαιον ί.

Περὶ τῆς ἀαρὼν ἱερωσύνης, καὶ ἅπινα περὶ ἑορτῶν καὶ ἱερουργιῶν νενόμισται.

Ὡς δὲ τὰ προρρηθέντα πέρας εἶχε, τῶν ἀναθημάτων μήπω καθιερωμένων, ἐπιστὰς ὁ θεὸς μωυσῆ τῷ ἱερωσύνῃ ἀαρῶνι τὰδελφῷ προσέταξε δοῦναι, ὡς ἁπάντων δι' ἀρετὴν τῆς τιμῆς δικαιωτέρῳ τυχόντα, καὶ συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὸ πλῆθος, τὰ τε ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν διῆξιε, καὶ τοὺς κινδύνους οὓς ὑπομένων ὑπὲρ αὐτῶν. μαρτυρούντων δ' ἐφ' ἅπασι αὐτῷ, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν προθυμον ἐπιδεικνυμένων, ἄνδρες εἶπεν ἰσραηλῖται, τὸ μὲν ἔργον ἤδη τέλος ἔχει ὃν αὐτὸς τε τῷ θεῷ ἥδιστον ἦν, καὶ δυνατὸν ἡμῖν. ἔτι δ' οἴδατε τοῦτον τῇ σκηνῇ καταδέχεσθαι δεῖν πρῶτον ἡμῖν τὸν ἱερατευσόμενον καὶ ὑπὲρ ἡμῶν εὐξασθαι τοὺς θυσίας καὶ τὰς ὑπὲρ ἡμῶν εὐχάς. ᾧ γὰρ ταύτης ἐμοὶ τῆς σκέψεως ἐπιτρέψατε κρίσεως, ἐμαυτὸν ὡς τῆς τιμῆς ἄξιον ἔκρινα, διά τε τὸ φύσει πάντας ἑαυτῶν φιλαυτους καὶ ὅτι πολλὰ ἐμαυτῷ καὶ μόνῳ πεπιστωμένῳ τὴν ὑμετέραν συνοίδα. νῦν δ' αὐτὸς ὁ θεὸς ἀαρῶνα τῆς τιμῆς ταύτης ἄξιον ἔκρινε, καὶ τὸν πρώτην ἱερέα, τὸν δημοσίων μᾶλλον ὑμῶν. εἰσεῖς ὡς αὐτὸς ἐκδύσεται στολὴν τὴν θεοῦ καθωσιωμένην καὶ βωμῶν ἐπιμέλειαν ἕξει καὶ προσόψεσιν ἱερείων, ἐπὶς ὑμῶν ὐχὰς ποιήσεται πρὸς τὸν θεὸν,

CAP. X.

De Aaronis ſacerdotio, & leges quæ ad feſta ac ſacrificia ſpectant. XII.

HIs ita peractis, priusquam dedicarentur, apparuit Deus Moyſi, juſſitque, ut ſacerdotium Aaroni fratri ſuo conferret, ea virtute prædito, ut merito præ cæteris ejus ratio habenda videretur. qui, advocata concione, recenſuit virtutes illius, & quam ſtudioſus eſſet publicorum commodorum, pro quibus toties in ſalutis etiam diſcrimen venire non dubitaſſet. Cumque omnes dicta ejus comprobarent, & favorem Aaronis vultibus ipſis præ ſe ferrent. Viri, inqvit, Iſraelitæ, opera jam ſunt abſoluta, qualia vel Deus popoſcit, vel noſtræ facultates præſtare valuerunt: & quoniam ſcitis eum in hoc tabernaculo excipiendum, ante omnia proſpiciendum eſt, quis ſit idoneus ſacerdotio, qui ſacra curet, & pro vobis vota faciat. quod ſi res arbitrii mei fuiſſet, mihi ipſi honorem hunc adjudicaſſem, tum quod ita natura comparatum ſit, ut quisque ſibi optime velit, tum quod mihi conſcius ſim laborum pro republica ſuſceptorum, quibus tale præmium jure meo repoſcere poſſem. Nunc Deus ipſe, cujus eſt ſacerdotium, Aaroni hunc honorem deferendum decrevit, eique ſui calculi prærogativam contulit, ut qui juſtitia in toto populo præmineat: cui jam ante veſtem ſacratam & curam ſacrorum altarisque ſui deſtinavit. is pro vobis vota faciet apud Deum.

Exod. 28. 29. 30. 40.

eo libentius exauditurum, qvod & jam ante in vos est propensus, & propitiatorem habituri estis, quem ipse in hoc elegit. Grata fuit hæc oratio populo, & suo quoque suffragio Dei comprobavit electionem. Erat enim Aaron propter genus & prophetiam & virtutem fratris honore hoc longe dignissimus, cui fuerunt eo tempore filii quatuor, Nabadus, Abius, Eleazarus, Ithamarus. Quicquid autem ex collatis ad fabricam tabernaculi superfuit, totum jussi sunt in vela tectoria tabernaculi & candelabri, & aræ, in qua suffitus fieret, aliorumqve vasorum impendere, ut hæc dum in itinere transportantur, neque pulvere neque pluvia aut alia quacunque injuria læsi possent. Post hæc convocato populo imperavit, ut rursum contribuerent viritim dimidium siclum. siclus autem nummi genus est apud Hebræos, quales sunt tetradrachmi Attici. at illi sine mora paruerunt. quorum numerus fuit sexies centena millia, & insuper quinque millia quingenti quinquaginta: conferebantque id argentum soli ingenui ætatis annorum viginti & supra usque ad annum quinquagesimum: quod mox in usus tabernaculi est insumptum deinde & tabernaculum & sacerdotes lustravit in hunc modum: myrrhæ electæ siclos quingentos, ireos tantundem, cinnamomi & calami (est & hæc odoramenti species) dimidium dicti ponderis concisa ac contusa jussit macerari in olei olivarum hin: mensuræ nomen est, quæ capit duos choas atticos: quibus permixtis, & arte unguentariorum decoctis, factum est unguentum suavissimum: qvo & sacerdotes, & totum tabernaculum ungens purificavit. Offerebantur deinde multa & varia super altare aurcum adolenda pretiosa valde, quorum naturam, ne sim prolixitate lectori molestus, recensere supersedeo. oportebat autem bis in die suffitum facere, ante ortum & circa occasum solis: & oleum purificatum ad lucernas servare, quarum tres in sacro candelabro per totam diem Deo lucebant, reliquæ sub vesperam accendebantur. Porro omnibus jam absolutis, palmam artis fabrilis tulerunt Beselel & Eliabus. nam & aliorum inventa excoluerunt, & ipsi multa de novo invenerunt: ex his tamen duobus præcellebat Beselel. insumptumque est huic fabricæ tempus mensium septem: qvo transacto, primus annus ab exitu ex Ægypto est expletus. Initio vero sequentis anni mensis Xanthico Macedonum, Hebræorum Nisan, novilunio tabernaculum dedicatum est, & quicquid vasorum in eo fuerat. Statimque Deus indicavit gratum sibi esse & non supervacaneum laborem Hebræorum, præsentem se fano suo hunc in modum declarans: cum cælum esset alias serenum, super solum tabernaculum caligo descendit, non quidem tanta, quantæ solent esse hibernæ nebulæ, nec tamen tam tenuis, ut aspectu humanum transmitteret:

Exod. 37.

Exod. 45.

ἡδέως ἀκουσόμενον, ὅτι κήδεται ἡμῶν τῶν ὑμετέρου, καὶ ὡς ἀνδρὸς ὃν αὐτὸν ἐπελέξατο γινομένης προσδέχεται ταύτας. ἐψηφίσαντο δὲ ἡρέθησαν τοῖς λεγομένοις, καὶ συνήνεσαν τῇ τοῦ θεοῦ χειροτονίᾳ. λαβὼν γὰρ Ἀαρὼν λόγον τε τὸν ἡμῶν καὶ προφητείαν, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀδελφοῦ, πρὸς τῷ τιμᾶν ἁπάντων ἀξιολογώτερον, ἦσαν δ' αὐτῷ παῖδες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τέσσαρες, Ναβάδης, Ἄβιούς, Ἐλεάζαρος, Ἰθαμαρ. ὅπως δὲ τῶν πρὸς τὴν τῆς σκηνῆς κατασκευὴν περιττωμάτων καὶ τοῦτο ἀναθήσουσιν, τοῦτ' ἐκέλευσεν ὁ θεὸς φᾶρση σκεπασμάτα τῆς τε σκηνῆς αὐτῆς καὶ τῆς λυχνίας καὶ θυμιατηρίου καὶ τῶν ἄλλων σκευῶν ἀναλῶσαι, ὅπως μὴ ἐξ ὑστέρου μηδὲν μήτε κονιορτοῦ βλάπτηται. τότε πολὺς ἀθροίσας πάλιν εἰσφορὰν αὐτὸ προστάξει εἰσφέρειν, σίκλου τὸ ἥμισυ καθ' ἕκαστον. ὁ δὲ σίκλος νόμισμα ἑβραίων ὢν ἀτιμίας δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. οἱ δὲ ἑπόμενοι λαὸν ἦσαν εἰς ἑκατὸν μυριάδες καὶ πεντακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι καὶ πεντήκοντα. ἔφερον δὲ τὰ ἀργύρεια τῶν ἐλαττόνων οἱ ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν ἄχρι πεντήκοντα γιγνόμενοι. τὸ δὲ συναγόμενον εἰς τὰς τοῦ σκηνοῦ χρείας ἀνάλωτο. ἤγιζε δὲ καὶ τὸν σκηνὸν καὶ τοὺς ἱερεῖς τρόπῳ τοιούτῳ μιᾶς ἀπ' αὐτῶν τοῦ καθαρσίου. σμύρνης ἀπέλεκυν σίκλους πεντακοσίους, καὶ ἴρεως ἴσους. κιναμώμου δὲ καὶ καλάμου, ἔστι δὲ καὶ τοῦτο εἴδους θυμιάματος, ἡμίσειαν τῶν πρώτων ὁλκὴν κεκομμένα δεύειν ἐκέλευσεν. ἐλαίου δὲ ἐλαίνου ὢν, μέτρον δ' ἐστὶ τοῦτο ἀπίχωρον, δύο χόας ἀττικοὺς δεχόμενον, ἀναμίξαντας καὶ καθεψήσαντας σκεύασιν ἰσχνῇ μυρεψῶν χρίσμα διαθέσεως. κάπειτα τοῦτο λαβὼν αὐτὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ πᾶσαν τὴν σκευὴν χρίων ἐκαθάιρεσκε. τότε θυόμενα, πολλὰ δ' ἐστὶ ταῦτα καὶ ποικίλα καθ' ἡμέραν τὸν σκευὴν ἀπὸ χρυσοῦ θυμιατηρίου, μεγάλης πάνυ τιμῆς ὄντα συνέφερεν. ὧν παραλείπω τὴν φύσιν ἐκδιηγεῖσθαι, μὴ δι' ἔκλυσ ἡμᾶς τοῖς ἐντυγχάνουσι. δὶς δὲ τῆς ἡμέρας πρὶν τὴν ἀνατολὴν τὸν ἥλιον, καὶ πρὸς δυσμαῖς θυμιᾶν ἐκέλευ. ἔλαιόν τε ἁγίσαντας φυλάσσειν εἰς τοὺς λύχνους. ὧν τοὺς μὲν τρεῖς ὅτι τῇ ἱερᾷ λυχνίᾳ φέγγος ἐδει τοῦ θεοῦ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν. τοὺς δὲ λοιποὺς πρὸ τῆς ἑαυτέων ἅπτοντας. ἁπάντων δὲ ἤδη πέρας εἰληφότων, ἔδοξαν ἄρισται τῶν δημιουργῶν Βεσελὴλ καὶ Ἐλίαβος. τὰ γὰρ ἐξευρημένα τοῖς πρώτοις, αὐτοὶ προεθυμήθησαν ἀμείνονα προστεχειρίσασθαι, λαβόντα τε ἕτερον ὧν πρότερον ἠγνόουν τὸν κατασκευὴν ἐκανώσατο. τούτων μὲν τὸ Βεσέληλον σωφρόνως κρεῖττον ἡγήσαντο. ὁ δὲ πᾶς χρόνος τοῦ ἔργου διῆλθεν μηνῶν ἑπτά. καὶ μὴν τοῦτ' ἀφ' οὗ τὴν αἴγυπτον ἐξέλιπον, ἐνιαυτὸς αὐτοῖς πρῶτος ἐτελειοῦτο. ἐχομένου δὲ τοῦ δευτέρου ἔτους, μηνὶ ξανθικῷ Μακεδόνων, νισὰν δὲ Ἑβραίους, νουμηνίᾳ τὴν σκευὴν ἀφιεροῦσι, καὶ πάντ' ὅσα ταύτης αὐτῇ σκεύη μοι δεδήλωται. ἐπέδειξε δὲ αὐτὸν ὁ θεὸς ἡδέντα τῷ ἔργῳ τῶν Ἑβραίων, καὶ μὴ μάτην αὐτοὺς πονήσαντας ὑπερηφανείᾳ τῆς χρήσεως, ἀλλ' ἐπιξενώθη καὶ κατοικήσειν τὸν ναὸν τοῦτον, τὴν δὲ παρουσίαν οὕτως ἐποίησεν. ὁ μὲν οὐρανὸς καθαρὸς ἦν, ὑπὲρ δὲ τὴν σκευὴν μόνην ἤχλυσεν, οὐτε βαθεῖ πάνυ νέφει καὶ πυκνῷ συελασθὲν αὐτὴν, ὡς ἂν ἄλλως δόξειε χειμέριον, οὔτε μὴν λεπτῷ οὕτως, ὡς τὴν ὄψιν ἰσχύειν τι δι' αὐτοῦ κατανοῆσαι.

ἡδέως

ἡδονὴ ἢ ἀπ' αὐτῆς ὁρῶσι ἔρρει· καὶ θεὸν δηλοῦσα παρουσίαν τῆς τοῦτο καὶ βουλομένοις καὶ πιστεύουσι. μωυσῆς ἢ τοὺς τεκτονικοὺς οἴκοις εἶχεν ἤδη δωρεαῖς τοὺς τοιούτοις ἐργασαμένους τιμήσας, ἔθυε ἐν τῷ τῆς σκηνοῦ αὐθρίῳ κατὰ πρόσταξιν τοῦ θεοῦ, ταῦρον καὶ κριὸν καὶ ἑορδὼν ἄρτον ἀμαρτάδων. καὶ δὴ λέγειν ἐν τοῖς περὶ θυσιῶν μέλλω, τὰ προεστέμματα περὶ τὰς ἱερουργίας ἐν σκευοῖς δηλώσων, ὅσα τε ὧν ὁλοκαυτῶν κελεύει, καὶ ὧν μεταλαμβάνειν τῆς βρώσεως ἔφησιν ὁ νόμος. καὶ τοῦ αἵματος τῶν τεθυμένων, τοῦ τε σηλοῦ καὶ ἀαρὼν καὶ αὐτὸν σὺν τοῖς παισὶν ἐρράνεν ἀφαγίσας, πηγαίοις τε ὕδασι καὶ μύρῳ, ἵνα τοῦ θεοῦ γίγνοιντο. ἕπτα μὲν οὖν ἡμέρας ἔπλα, τὴν τε τῶν ἱερέων αὐτοὺς τε καὶ τὰς στολὰς ἐκτέλεσιν, τήν τε σκηνῆς καὶ τοῦ αὐτῆς σκεύη ἔλαιῳ τε θυμιωμένῳ καθὼς εἶπον, καὶ τοῦ αἵματος τῶν ταύρων καὶ κριῶν σφαγέντων, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑνὸς καὶ μόνου. τῇ ἕβδόῃ κατηγγελεν ἑορτὴν τοῦ λαοῦ καὶ θύειν προσέταξε κατὰ δύναμιν. οἱ δ' ἀλλήλοις ἀμιλλώμενοι, καὶ ὑπερβαλεῖν φιλοτιμούμενοι, τὰς θυσίας ἑκάστας ὑπεφέρεσθαι λεγομένους ὑπηκόους. ὑπεκαιόμενον δὲ τῶν ἱερῶν τοῦ βωμοῦ ἀναφύσιον ἐξ αὐτοῦ πῦρ ἀνάφθη αὐτόματον, καὶ ὁμοίως ἀστραπὴ λαμπηδόνι ὁρωμένη τῇ φλογί, πάντα ἐδαπάνα τὰ ὑπὸ τοῦ βωμοῦ. συνέβη δὲ καὶ ἀαρῶνι συμφορά τις ἐκ τούτου, λογιζομένῳ ὡς ἐπ' ἀνθρώπῳ καὶ πατρὶ, ἡνιοχεύσαντι δὲ αὐτὸ καρτερηθεῖσα. ὅτι καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ συμπίπτοντα γεῤῥὸς ἦν, καὶ κατὰ βούλησιν τοῦ θεοῦ ἡγεῖτο τὸ παθὸν γεγενέσθαι. τῶν γὰρ υἱῶν αὐτοῦ τεσσάρων ὄντων οἷς πρέσβεις, δύο οἱ πρεσβύτεροι, ναδάβ τε καὶ ἀβιοὺδ, νομίσαντες ὑπὸ τὸν βωμὸν, οὐχ ὧν πρέπειν μουσικῆς θυμάτων, ἀλλ' οἷς ἐχρῶντο πρότερον, κατακαῦσαι δὲ πρὸς ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργὴν βαλόντος καὶ τὰ σέρνα καὶ τὰ πρόσωπα φλέγειν αὐτῶν ἐξαμβλύου, καὶ ἀναπηδήσεως δυναμένου. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἀπέθανον. μωυσῆς δὲ κελεύει τὸν πατέρα αὐτῶν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς βαστάσαντας τὰ σώματα, καὶ κομίσαντας τῆς παρεμβολῆς ἔξω θάψαι μεγαλοπρεπῶς. πενθεῖ ἢ αὐτὸς τὸ πλῆθος χαλεπῶς ὑπὸ τοῦ θανάτου τῶν δοκούντων εὐτυχηκέναι μόνους δὲ μουσῆς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν καὶ τὸν πατέρα μὴ φροντίζειν τῆς ἐπ' αὐτοῖς λύπης ἠξίωσε, προκεκινακὼς τὸν εἰς τὸν θεὸν τιμὸν δεῖ αὐτοὺς σκυθρωποῦ. ἤδη γὰρ ἀαρὼν καὶ τὸν στολὴν τὴν ἱερὰν ἠμφίετο. μωυσῆς ἢ πᾶσαν τιμὴν παρεσκευασμένος, ὡς ἑώρα τὸ πλῆθος αὐτῷ παρεστὸς ἔτι μένον, πρὸς μὲν θεοῦ θεραπείαν διετέλει. καὶ τῶν μὲν εἰς τὸ σύναγον ἀνέδων ἀπεσχετο. εἰς ἢ τὸν σηλοῦ εἶπον ἐχρηματίζετο δεῖ ὧν ἐδέετο ὧδε δ' θεοῦ, ἰδιωτεύων καὶ τῇ στολῇ ὃ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἄγων ἑαυτὸν δημοτικώτερον, καὶ μηδὲν βελόμενος τῶν πολλῶν ἀφεῖρον δοκεῖν, ἢ μόνῳ τῷ προνοουμένῳ αὐτῶν βλέπεσθαι ἢ τὸν πολίτειαν καὶ νόμους ἔγραφε, καθ' οὓς κεχαρισμένως τοῦ θεοῦ βιώσονται, μηδὲν ἀλλήλοις ἐγκαλεῖν ἔχοντες. ταῦτα μὲν πρὸ τοῦ τὸν ἀναγράψασθαι θεοῦ συνεπέπεστο. διέξειμι μὲν οὖν περὶ τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων. ὁ μέντοι περὶ τῆς ἀρχιερέως στολῆς παρέλιπον διελθεῖν βούλομαι. οὐδαμόθεν γὰρ ἀφθόνως χαριεργίας κατέλοιπεν ἀφορμήν. εἰ δέ τινες τοῦτο ἡγοῦντο παρεγχειρεῖν τοῦ θεοῦ ἀξιώματι, αὐτοπάτορα δ' εἶναι τὸν θεὸν ὠφατυγχάνειν τοὺς ἱερεῖς κατέλιπεν, ὅπως θελήσειεν, καὶ μὴ παρεῖναι, καὶ τοῦτ' οὐχ ἑωραίους δῆλος εἶναι μόνον ἠθέλησεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ξένων τοῖς ὠφατυγχάνουσιν.

jucundusq; ros distillabat ab ea, præsentiæ Dei fidem populo astruens. Moyses autem, distributis prius in fabricatores tanti operis pro cujusque merito præmiis, victimas mactabat in atrio tabernaculi juxta præscriptum, taurum & arietem, hædumque pro peccatis. Sed quo ritu hæc fieri soleant, dicam, dum de sacrificiis tractabo, & quæ victimæ solidæ tradantur conflagrationi, & quæ juxta legem in epulas cedant. Deinde *Levit. 8.* sanguine victimarum ornatum Aaronis & filiorum ejus aspersit, purificans eos fontanis aquis ac unguento, ut Dei fierent sacerdotes. atque hoc modo per septem dies ipsos & vestes eorum curabat: tabernaculum item & ejus vasa unguento, sicut jam dixi, confecto, & sanguine taurorum & arietum alternis diebus juxta genus suum mactatorum. octava autem die festum indixit, & sacrificare unumquemque pro facultatibus imperavit. at illi dicto parentes certatim & ambitiose victimas offerebant. quibus super aram impositis, subito sponte sua ex illis ignis fulguris in morem emicuit, & inspectante populo, omnia flamma absumpsit. Per idem tempus accidit Aaroni quædam calamitas, paterno animo gravis, quam tamen generose pertulit. erat enim vir fortis, & intelligebat hoc non sine Dei voluntate factum. Ex quatuor filiis, qvos dixi, seniores duo Nabadus & Abius, cum in aram intulissent victimas, non juxta præscriptum Moysi, sed quales antea solebant, combusti sunt, flamma in eos conversa, & vultus ac pectora eorum depascente: nec succurri potuit, quin ita occumberent. Moyses autem jussit patrem eorum ac fratres, sublata cadavera extra castra deferre, atque ibi honorifice sepelire: totusque populus inopinatam hanc eorum mortem luxit: solos fratres ac patrem Moyses voluit à mœrore abstinere, & potiorem Dei honorem, quam suam tristitiam habere. jam enim sacrum amictum Aaron gestabat. Cæterum Moyses, recusatis omnibus à populo sibi oblatis, totus cultui divino erat deditus: & in Sina quidem non amplius ascendebat, sed in tabernaculum ventitans oracula, quoties opus erat, à Deo referebat cultu & habitu privati hominis uti perseverans, neque quicquam præter reipublicæ curam præaliis sibi vindicans. Leges præterea scribebat & vivendi rationem, quam servantes & Deo placere possent, & ipsi inter se socialiter pacateqve vivere; atque hæc omnia Dei monitu faciebat. Dicam autem & de illis legibus suo loco, nunc illud succurrit, qvod in mentione sacerdotalis ornatus omissum non oportuit: nam ea vestis omnem sub prophetiæ prætextu impostur arum occasionem ademit his, qui illa utebantur: liberumq; Deo vel adesse sacerdotibus vel non, omnibus & popularib. demonstravit, & exteris, si qui forte huic spectaculo intervenirēt.

Ex pillis enim, qvos pontifex in humeris gestabat (sardonyches erant, qvorum naturam nulli non notam narrare supervacuum puto) micabat alter, qvoties litatum esset, is, qvi dextrum humerum occupabat: tantumqve fulgorem emittebat, ut procul etiam intuentibus conspiceretur. Idqve præter naturam suam & consuetudinem: qvod certè admirationem meretur apud omnes, nisi si qui ex contemptu religionis sapientiæ opinionem aucupantur. Sed mirabilius est; qvod nunc dicturus sum: per duodecim gemmas, qvas in pectore pontifex insutas essenì gestat, in bello victoriam prænunciare Deus solebat. nam prius, qvàm exercitus se moveret, tantus fulgor ex eis emicabat, ut toti populo facilè innotesceret, adesse Deum, opemqve & auxilium suum invocantibus esse allaturum. qva propter Græci, qvotqvot à nostra religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita ut negari non possit, essena vocant λόγιον, hoc est oraculum. Desiit tam essen quam sardonyx fulgorem emittere annis ducentis ante, qvam hæc commentaremur, irato Deo propter legum suarum prævaricationem: de qvo alias opportunius dicetur. nunc cœptam narrationem deinceps prosequar. Tabernaculo dedicato, & omnibus, qvæcunqve ad sacerdotalem ordinem pertinebant, ritè peractis, populus, Deo in castrorum contubernium recepto, lætus ad hymnos & sacrificia se convertit, non aliter quam omnibus jam malis averruncatis, & omnia prospera in posterum sperantes, donaque Deo tam privatim quam publice per singulas tribus offerebant. Principes enim tribuum bini de suo conferentes plaustrum cum duobus bubus contribuebant, ut sex plaustra tabernaculo per viam devehendo inservirent: & præter hoc unusquisque eorum obtulit phialam & trulleum & acerram. hæc decem daricos valebat, eratque odoramentis referta. trulleum vero & phiala, utraque simul ducentos siclos pendebant, sed phiala seorsim tantum septuaginta. hæc farina erant plena, oleo subacta, quali ad altare in sacrificiis utebantur. præterea vitulum & arietem cum agno anniculo in holocaustum, & hircum pro peccatis. adhæc obtulit unusquisque principum alias victimas, quæ salutares vocabantur, per singulos dies boves duos & quinque arietes cum agnis anniculis & hædis. atque ita per duodecim continuos dies sacrificaverunt, qualibet die unus. Moyses autem non amplius in Sina monte, sed tabernaculum introgressus, consulebat Deum de rebus agendis, & de ferendis legibus: quas meliores, quam ut ad hominem autorem referri debeant, posteritas multis seculis

Num. 7.

A τῶν γὰρ λίθων οὓς ὅπλα τῶν ὤμων φέρειν τὸν ἀρχιερέα
πάτριον, (σαρδόνυχες ἦσαν, καὶ σημαίνειν αὐτῶν
τὴν φύσιν ἡγοῦμαι πᾶσιν εἰς γνῶσιν ἀφεγ-
γόσιν) σπινθῆρα λάμπειν, ὅταν ταῖς ἱερουργίαις
ὁ θεὸς παρῇ· τὸν ἕτερον τὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τῶν ὤμων ἐπι-
περημῶσιν, αὐγῆς ἐκπηδώσης καὶ τοῖς πρόσωπεν
φαινομένης, οὐ πρότερον παύσης ἢ τὸν λί-
θον. θαυμαστὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο τοῖς μὴ τὴν ἀφύσον
B ἐπ' ἐκφαυλισμῷ τῶν θείων ἠσκηκόσιν. ὁ δ' ἐστὶ τούτου θαυμασιώτερον ἐρῶ. λέγε γὰρ τῶν δώδεκα λίθων
οὓς κατ' ἔτος ὁ ἀρχιερεὺς ἐνερραμμένους τοῦ ἐσλὲν
φορεῖ, νίκην μέλλουσι πολεμεῖν προεμαίνειν ὁ θεός.
πρότερον γὰρ ἀπαρτᾶσθαι τῆς στρατιᾶς κεκινημένης, ὡς τοῦ πλήθους πᾶσι γνώριμον
εἶναι τὸ παρεῖναι τὸν θεὸν εἰς τὴν ἐπικουρίαν. ὅθεν
C Ἕλληνες οἱ τὰ ἡμέτερα πιῶντες ἔθη λέγε τὸ μηδὲν ἀν-
πλέγειν δυνάσθαι πύτιος, τὸν ἐσλὲν λόγιον καλοῦσιν.
ἐπαύσατο μὲν οὖν ὅτε ἐσλὲν καὶ ὁ σαρδόνυξ κατ' λάμπειν
ἔτεσι διακοσίοις πρότερον ἢ ταῦτα ἐμὲ συγγράφειν
τὴν γραφὴν, διὰ θεοῦ δυσχεράναντος ἐπὶ τῇ παραβάσει
τῶν νόμων, ὧν ἐροῦμεν διεξοδικώτερον. τρέπομαι
δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν ἐξῆς λόγον. καθιερωμένης γὰρ ἤδη τῆς
σκηνῆς, καὶ διακεκοσμημένων τῶν περὶ τοὺς ἱερεῖς,
τότε πλῆθος ὁμόσκηνον αὐτῷ τὸν θεὸν ἐκέλευεν εἶναι,
D καὶ τρέπεται πρὸς θυσίας τε καὶ εὐχάς, ὡς ἅπασιν
ἤδη κακοῦ προσδοκίαν ἀπεωσμένου, καὶ περὶ τῶν
μελλόντων ὡς ἀμεινόνων ἐλπίζοντες. δωρεὰς τε τῷ
θεῷ τὰς μὲν κοινῇ, τὰς δὲ καθ' ἰδίαν ἀνέθεσαν κατ'
φυλάς. οἱ τε γὰρ φύλαρχοι κατ' δύο σκηνὴν ἰόντες, ἅμαξαν
καὶ δύο βοῦς προσκομίζουσιν, ἐξ ὧν ἓξ ἦσαν αὐτοῖς
κατ' τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις. πρὸς τούτοις
ἑκὰς φιάλην τε καὶ τρυβλίον, καὶ θυίσκην.
τὴν μὲν δεκαμήνους δέκα δραχμὰς ἐχούσαν, καὶ πλήρη θυμια-
E μάτων. τὸ δὲ τρυβλίον καὶ ἡ φιάλη, ἀργυρᾶ δὲ ἀμφότερα, σι-
κλους μὲν αἱ δύο διακοσίας εἶλκον. ἐκ δὲ τῆς φιά-
λης ἑβδομήκοντα μόνοι δεδαπάνηντο. πλήρεις δ' ἦσαν
ἀλεύρων ἐλαίῳ πεφυραμένων εἰς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ
χρῶνται πρὸς τὰς ἱερουργίας. μόσχον καὶ κριὸν σὺν
ἀρνῶν ἑπτὰ ὁλομελῆ καυθησόμενα, καὶ σὺν αὐ-
τοῖς χίμαρρον τε ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων.
πρὸς δὲ τῶν ἀρχόντων ἑκὰς καὶ ἑτέρας θυσίας
F σωτηρίους λεγομένας, καθ' ἑκάστην ἡμέραν δύο τε βό-
ας, καὶ πέντε κριοὺς σὺν ἀρνάσιν ἑπτὰ καὶ ἐρίφους.
οὗτοι μὲν δὴ θύουσιν ἐπὶ ἡμέρας δώδεκα καθ' πᾶσαν ἡ-
μέραν εἷς. μειώσεως δ' οὐκ ἔτ' ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ σι-
νάγον ἀλλ' εἰς τὴν σκηνὴν εἰσιὼν, ἀνεμάνθανε τὰ περὶ
τοῦ θεοῦ περί τε τῶν πραχτέων καὶ τῶν νόμων τῆς
συντάξεως. οὓς κρείττονας ἢ κατ' συνέσιν ἀνθρωπίνην
ὄντας, εἰς τὸν ἅπαντα βεβαίως αἰῶνα σωθῆναι φυλα-
χθέντας, δωρεὰν εἶναι δόξαντας θεοῦ. οὓς μήτ' ἐν εἰ-
G ρήνῃ τινὸς τρυφῆς, μήτ' ἐν πολέμῳ κατ' ἀνάγκην
ἑβραίους παραβῆναι τινὰ τῶν νόμων. ἀλλὰ περὶ μὲν
τούτων, παύσομαι λέγων, γραφὴν ἑτέραν ἐξωκὼς
συντεθεῖσαν περὶ τῶν νόμων.

preserved it, divinitus datas credens: adeo ut eas nec in pace ob voluptatem, nec in bello ob necessitatem violare fas putarent. sed de his nunc desino, proprium volumen aliquando huic tractationi dicaturus.

Κεφά-

Κεφάλαιον ί. A CAP. X.

Νόμοι περὶ θυσιῶν καὶ περὶ καθαρσίων.

Νῦν δ' ὀλίγων τινῶν ὑπομνησθήσομαι, τῶν ἐφ' ἁγνισμὸς καὶ ἱερουργίας κειμένων. καὶ γὰρ τὸν λόγον μοι περὶ θυσιῶν ἐξάπτας συμβέβηκε. δύο μὲν γάρ ἐστιν ἱερουργίαι, τούτων δ' ἡ μὲν ἰδιωτῶν, ἑτέρα δὲ τοῦ δήμου συντελούμεναι, καὶ δύο γένοντο τρόποι τῆς μὲν ὁλοκαυτοῦσθαι τὸ θυόμενον. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα τοιοῦτον ἔλαβεν. ἡ δὲ B χαριστηρίας τινὶ ἐστὶ κατ' εὐωχίαν θρᾶττα τῶν τεθυκότων ἱερεῖ τοῖς πένησιν. ἀνὴρ ἰδιώτης ὁλοκαυτῶν, θύει μὲν βοῦν ἢ ἄρνιον καὶ ἔριφον. τοῦτο μὲν σπένδει. τοὺς δὲ βοῦς ἐφέλκεται θύειν καὶ τεσσάροντας, ἄρρενα δὲ ὁλοκαυτοῦσθαι τὰ πάντα. σφαγιάσας δὲ τούτων, τὸν κύκλον τοῦ βωμοῦ περιόντες οἱ ἱερεῖς, εἶτα καθαροσπίσαντες, ἀμελίζουσι, καὶ πάσαντες ἁλσὶν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναφλέξαντες ἤδη πεπληρωμένον, καὶ πυρὸς C φλεγμένου. τοὺς δὲ πόδας τῶν ἱερείων, καὶ τὰ κῶλα νηδύν ἐκκαθάραντες ἀκριβῶς, τοῖς ἄλλοις καθαγιστοῖς προσβάλλουσι, τὰς δορὰς τῶν ἱερέων λαμβανόντων. καὶ ὁ μὲν τῆς ὁλοκαυτώσεως τρόπος ἐστὶν οὗτος. τὰς δὲ χαριστηρίους θυσίας ὅταν ποιῶνται, τὰ αὐτὰ μὲν ζῶα θύουσι, ὁλόκληρα δὲ ταῦτα καὶ τῶν ἐπετείων πρόβατα, ἄρρενα μέντοι θήλεσι συνδυάζοντες. θύσαντες δὲ ταῦτα, φυλάττουσι μὲν ἅπαντα τὸν βωμόν. τοὺς δὲ νεφροὺς καὶ τὸ ὀπίσθιον καὶ πάντα τὰ μήλεα, σὺν D τῷ λοβῷ τῷ ἥπατος, καὶ σὺν αὐτοῖς τοῖν οὐρᾶν δ' ἀρνὸς ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ. τὸ δὲ σῆτος καὶ τὴν κνήμην τὴν δεξιὰν τοῖς ἱερεῦσι φιλοχάριτες, ὅτι δύο ἡμέρας διαχρῶνται τοῖς καταλειπομένοις τῶν κρεῶν. ἃ δ' ἂν περισσεύσῃ, κατακαίουσι. θύουσι δὲ καὶ ὑπὲρ ἁμαρτόντων ὁμοίως τοῦ περιομένου τρόπου τῶν χαριστηρίων τῆς ἱερουργίας. οἱ δ' ἀδύνατοι περίζειν τὰ τέλεα θύματα πρόβατα ἢ τρυγόνας δύο. ὧν τὸ μὲν, ὁλοκαυτοῦσθαι τοῦ θεοῦ. τὸ δὲ, τοῖς ἱερεῦσιν εἰς βρῶμα δίδοται. ἀκριβέστερον δὲ περὶ τῆς θυσίας τῶνδε τῶν E ζώων ἐν τοῖς περὶ θυσιῶν ἐροῦμεν. ὁ μὲν γὰρ ἀγνοιάν τι τῶν πεπραγμένων, ἄρνα καὶ ἔριφον θήλειαν τῶν αὐτῶν ἐτῶν προσφέρει. καὶ τοῦ μὲν αἵματι δεύει τὸν βωμὸν ὁ ἱερεύς, οὐχ ὡς τὸ πρῶτον, ἀλλὰ τῶν γωνιῶν τοῖς ἔρχασι. καὶ τοὺς τε νεφροὺς καὶ τὸ ἄλλο πιμελὲς σὺν τῷ λοβῷ τοῦ ἥπατος, ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ. οἱ δὲ ἱερεῖς, τοῖς τε δοραῖς ὑπὲρ τοῦ τὰ κρέα ἐν ἑστίᾳ δαπανήσαντες τῆς ἡμέρας ἐν τοῦ ἱεροῦ. ὁ γὰρ νόμος εἰς F τὸ αὔριον ὑπολιπεῖν οὐκ ἐᾷ. ὁ δ' ἁμαρτὼν μὲν, ἑαυτοῦ τε αὐτὸς καὶ μηδένα ἔχων τὸν ἐλέγξοντα, κρεῖον θύει, ἢ κριὸν τὸν κελεύοντος, καὶ τὰ κρέα καὶ τὸ ἱερὸν ὁμοίως τὰ ἱερὰ αὐτῆμαρ σιτοῦται. οἱ δ' ἄρχοντες ἐφ' οἷς ἡμαρτον σκήπτονται τοῦτο μὲν κομίζουσι ταῦτα μὲν τοῖς ἰδιώταις. ἀρνὸς δὲ τὴν προσφορὰν θύματα, ταῦρον, ἔριφον, ἄρρενας. νομίζουσι δὲ τοῖς ἰδιωτικοῖς καὶ τοῖς δημοσίοις θυσίαις, ἐπ' ἄλφιτον ὑπὲρ καθαρσίων προσφέρεσθαι δέκατον μὲν ἀναρῶν μέτρον. κρεῖ δὲ δυοῖν, ταύρῳ τρίτον τοῦτο καθαγιάζουσιν ὅτι τοῦ βωμοῦ μεμαγμένον ἐλαίῳ. νομίζουσι γὰρ δὴ καὶ ἔλαιον ἐκ τῶν πλείστων, ὅτι μὲν βοὸς ἥμισυ. ἐπὶ δὲ κριῷ, μοῖρα πέμπτον τρίτον τοῦ μέτρου, καὶ τετάρτῃ μοίρᾳ τὸ ἀρνίῳ. ὁ δὲ ἐν μέτρον ἐχέτω ἑξαῶν.

Nunc paucas tantum commemorabo, quæ ad purificationes & sacrificia pertinent: quandoqvidem in sacrificiorum mentionem incidimus. Duo sunt sacrificiorum genera, privatum & publicum. horum utrumque duobus fit modis. Aut enim tota victima igni absumitur, qvod ideo vocatur holocautoma, aut pro gratiarum actione persolvitur, & in epulum sacrum facientium vertitur. De priore prius sum dicturus. Vir privatus holocautoma facturus mactat bovem, agnum & hædum: & hos quidem anniculos, bovem vero licet mactare etiam grandiorem. Sed opus est, ut sint omnia masculà, quæ solida concremantur. his jugulatis, sacerdotes aram circumquaque sanguine horum tingunt: deinde mundata membratim dissecant, & sale conspersa in aram imponunt, strue lignorum jam ardente, deinde pedes & intestina omnia diligenter primum repurgata ad reliqvum acervum adjiciunt: tergora vero sacerdotibus cedunt. & holocautomata quidem ad hunc modum fiunt. Qvum vero pro gratiarum actione sacrificant, eorundem generum animalia mactant, sed quæ vitio careant, & anniculis sint majora, & masculà fœminis copulata. his jugulatis, primum sanguine aram imbuunt, deinde renes & omentum & omnem pinguedinem cum fibra jecoris, & insuper caudam agni aræ inferunt. pectore vero ac dextro crure sacerdotibus concesso, reliqvis carnibus per biduum epulum instruunt, & quæ superfuerint, igni comburunt. idem ritus servatur & in sacrificio pro peccatis. Sed qui victimas majores non habent, par columbarum aut turturum offerunt, qvarum altera fit holocautoma, altera sacerdotibus in cibum datur. Accuratius autem de his in libro de sacrificiis disseremus. Nam qui per ignorantiam peccavit, agnum & hædum fœminam ejusdem ætatis offert: sacerdosque sanguine non, ut ante, aram, sed cornua ejus sola imbuit: renesque & reliquam pinguedinem cum fibra jecoris in aram inferunt. Sacerdotes vero tollunt sibi & pelles & carnes eadem die absumendas in fano. nam lex vetat quicquam in posteram diem reliqvum facere. Qvi autem sciens peccavit, nemine conscio arietem offert, lege ita jubente: cujus carnes in fano similiter sacerdotes eadem die consumunt. Principes qvoqve, cum pro peccato sacrificant, eadem quæ plebeji offerunt, hac tantum differentia, qvod victimas adducunt taurum & hædum masculum. Jubet etiam lex, ut tam in privatis quam in publicis sacrificiis farina afferatur purissima, cum agno assaronis mensura, cum ariete duorum, cum tauro trium. hanc consecrant in altari oleo subactam. nam & olcum sacrificantes afferunt, cum bove hinis dimidium, cum ariete tertiam partem, cum agno quartam,

ea est mensura prisca Hebræorum, duos choas Atticos continens, qva oleum ac vinum metiuntur: nam vinum circa altare libant. Si quis autem non sacrificans ex voto similam offert, ejus primitias pugillum unum in aram conjicit. reliqvum ejus sacerdotes in cibum sumunt, aut coctum: nam oleo subigitur, aut panibus inde confectis. quantumcunque autem sacerdos offert, totum comburi oportet. Vetat etiam lex offerri eadem die natum animal una cum genitrice, & alias quoque non nisi octavo à partu die admittit. Fiunt & alia sacrificia pro recuperanda valetudine, aut alia de causa, in quibus liba cum victimis insumuntur, ex quibus nihil in posteram diem relinqui fas est, sacerdotibus quoque partem suam inde sumentibus.

Num. 28. 29. Publicis vero impensis lex jubet quotidie agnũ anniculum mactari mane ac vespere, septima autem quaque die duos jugulant, eodem modo sacrificantes: & novilunio præter quotidianas victimas duos boves cum agnis anniculis septem, & arietem: hædum vero pro peccato, si quid forte per oblivionem omissum fuerit. Septimo item mense, quem Macedones hyperberetæum vocant, præter jam dicta taurum & arietem & septem agnos mactant, & hædum pro peccatis. decima deinde luna ejusdem mensis jejunant usque ad vesperam: sacrificantque eadem die taurum & arietes duos & agnos septem: & pro peccato hædum. adducunt autem duos præter hunc hædos: quorum alter vivus extra fines in desertum emittitur, in quem, si quid mali propter peccata populo immineat, avertatur: alterum vero in suburbanum in locum purissimum edoctum cum ipsa pelle exurunt nihil omnino purgantes. & cum eo simul exuritur taurus, non à populo adductus, sed sumptu pontificis. quo mactato, & sanguine ejus simul & hædi insanum illato, aspergit digito tectum septies, totiesque pavimentum, rursusque toties interiora fani circum altare: reliqvum deinde circum altare majus, quod est sub divo in atrio. deinde extremitates & renes & adipes cum fibra jecoris inferunt altari: pontifexque adjicit arietem de suo, solidum Deo conflagraturum. Ejusdem mensis decima quinta tempore jam in hibernum vergente, tabernacula compingere jubentur per singulas familias contra ventura frigora, quæ annus senescens afferre solet. quin & in patria tandem constituti, accedere in eam urbem, qvam propter templum caput regionis sint habituri; & octo dies festos ducere, victimasque Deo solidas incendere, & simul pro gratiarum actione sacrificare manibus interim gestantes ramos myrti, salicis & palmæ, ex quibus mala persea dependeant. prima die sacrificium debet esse holocautoma ex tredecim bubus, & agnis uno pluribus, & arietibus duobus addito hædo pro peccato. Sequentibus diebus idem numerus agnorum & arietum una cum hædo mactatur, sed per singulos dies unum de numero boum detrahunt, donec ad septenarium perveniatur.

Exod. 23. *Levit.* 23. *Deut.* 31.

δείσας ἦ ὁ δαβίδης καὶ λογιζόμενος μὴ ταυτὸ πάθῃ τῷ ὀζᾷ δεξάμενος τὴν κιβωτὸν παρ' αὐτὸν ἐν τῇ πόλει, σκήνας διὰ μόνου ἐξέτεινεν τὴ χεῖρα πρὸς αὐτὴ οὕτως ἀποθανόντος, οὐκ εἰσδέχεται μὲν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ' σκηνώσας εἴς τι χωρίον ἀνδρὸς δικαίου ὠβεδάμου ὄνομα, λαβὼν τὸ ἱερὸν, παρ' αὐτῷ τὴν κιβωτὸν πήγνυσιν. ἐπιμένει δ' ἐπὶ τρεῖς ὅλους μῆνας αὐτόθι, καὶ τὸν οἶκον τὸν ὠβεδάμου ηὔξησέ τε καὶ πολλῶν αὐτῷ μετέδωκεν ἀγαθῶν. ἀκούσας ἦ ὁ βασιλεὺς ὅτι ταῦτα συνέβηκεν ὠβεδάμῳ, ὡς οὐ πενίας καὶ ταπεινότητος ἀθρόως δόξαν ἐν καὶ ζηλωτὸς ὢν τοῖς ἐρῶσι καὶ πυνθανομένοις τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, θαρσήσας ὡς δεινός κακοῦ πειρᾶσθαι μέλλων, τὴν κιβωτὸν πρὸς αὐτὸν μεταχομίζει. τῶν μὲν ἱερέων βασταζόντων αὐτὴν, ἑπτὰ δὲ χορῶν ἐς διακόσμησιν ὁ βασιλεὺς παρῆγεν, αὐτὸς δ' ἐν κινύρᾳ παίζων καὶ κροτῶν, ὡς τὰ τὴν γυναῖκα μιχαλὴν αὐτοῦ ἡ θυγατέρα τοῦ πρώτου βασιλέως, ἰδοῦσαν αὐτὸν ἔντὸς πομπῆς χλιδώσης, εἰς κομπάσαντες ἦ τὴν κιβωτὸν, πλὴν ἔσω τὴν σκηνὴν ἣν δαβίδης ἔπηξεν αὐτῇ, καὶ θυσίας τε ἐπετέλεσε τελετὰς καὶ ἑρμαικὰς ἀνέωγκε. καὶ τὸν ὄχλον εἰσᾶ πάντα, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι καὶ νηπίοις ἄρδην καλλυντίδα ἄρτου καὶ ἐσχαρίτην καὶ λάγανον τηγανιστὸν καὶ μερίδα θύματος καὶ τὸν μὲν λαὸν ἔτω κατέσχησας ἐπέμψεν. αὐτὸς δ' εἰς τὸν οἶκον τὸν αὐτοῦ ἐπανέστη. ἐπῳδᾶσαι δ' αὐτῷ μιχαλὴ ἡ γυνὴ, σαοὺλου ἦ θυγατηρ, πάντα τε ἄλλα αὐτῷ κατηύχετο, καὶ ἐπῳδὰ δὲ θεῷ γενέσθαι πάνθ' ὅσα ἐπῳδᾶσθαι αὐτῷ δυνατὸν, ὑμνεῖ τυγχάνοντι. καὶ δὴ κατεμέμψατο, ὡς ἀνοσιήσαντι ὀρχησμὸς ὁ τηλικοῦτος βασιλεὺς, καὶ γυμνούμενος ἐπὶ τῆς ὀρχήσεως καὶ ἐν ἄλλοις καὶ θεραπαινίσιν. ὁ δ' οὐκ αἰδέσθη ταῦτα πιθήσας εἰς τὸ τοῦ θεοῦ κεχαρισμένον ἔφασκεν, ὃς αὐτὸν καὶ ἐκ πατρὸς αὐτῆς καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προετίμησε, παίζειν τε πολλάκις καὶ χορεῦσαι μηδένα δ' δόξαι τῆς θεραπαινίσιν αἰσχρὸν ἐπ' αὐτῇ τὸ γινόμενον ποιησάμενος λογον. ἡδὲ μιχαλὴ αὐτῇ, δαβίδη μὲν συνοικοῦσα, παῖδας οὐκ ἐποιήσατο. χαμηθεῖσα ἦ ὕστερον, ᾧ παρέδωκεν αὐτὴν ὁ πατὴρ ὁ σαοὺλου, τότε ἀπαιδίαν αὐτῇ ἔσχε, πέντε παῖδας ἔτεκε. ἐπὶ μὲν τούτων καὶ χώραν δηλώσομεν. ὁρῶν ἦ ὁ βασιλεὺς καὶ πᾶσαν τὰ πράγματα αὐτῷ ἀρδὸν ἡμέραν ἀμείνω ἐκ τῆς θεοῦ βελτίωσεως, ἐνόμιζεν ἐξαμαρτάνειν αὐτὸς, εἰ μὴν αὐτὸς ἐν οἴκοις ἐκ κέδρου πεποιημένοις, ὑψηλοῖς τε καὶ καλλίστοις τῶν ἄλλων κατασκευῇ ἔχοι, θεὸν δὲ τὸν κιβωτὸν ἐν σκηνῇ κειμένην. καὶ ἐβούλετο τῷ θεῷ κατασκευάσαι ναὸν, ὡς μωυσῆς προεῖπεν. καὶ θεὶ τούτων ναθὰν τῷ προφήτῃ καλεσθεὶς, ἐπεὶ ποιεῖν ἔπι περ ὥρμητο προσετάξεν αὐτῷ, ὡς θεοῦ πρὸς ἅπαντ' αὐτῷ συνεργοῦ παρόντος, ἔχειν ἤδη θεὶ τὸν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν προθυμότερον. τῷ θεοῦ ἦ κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα τῷ ναθὰν φανέντος λέγειν τῷ δαβίδῃ, ὡς τὸν μὲν προαίρεσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀποδέχεται, μηδένος μὲν πρότερον ἐς νοῦν βαλομένου ναὸν αὐτῷ κατασκευάσαι, δ' ἦ ταύτην τὴν διάνοιαν λαβόντος. οὐκ ἐπιτρέπει ἦ, πολλοὺς πολέμους ἠγωνισμένῳ καὶ φόνῳ τῶν ἐχθρῶν μεμιασμένῳ, ποιῆσαι ναὸν αὐτῷ. μετὰ μέντοι γε τὸν θάνατον αὐτοῦ, μηράσαντος καὶ μακρὸν ἀνύσαντος βίον, ἔσεσθαι τὸν ναὸν ὑπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν παραληψομένου, κληθη-

λη μὴ μόνον τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τιμὴν καὶ δόξαν περιποιήσασθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν προγόνων ὑπερβαλέσθαι· ἔτι τε προφήτου καὶ προγόνων ὄντων ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οἳ τὴν μὲν βασιλείαν τηρήσειν ἐκείνοις φυλάττοντι καὶ θεραπεύοντι τὸν θεὸν ἐπηγγείλαντο, τὴν δὲ ἀσέβειαν καὶ τὴν παρανομίαν ἐπιτιμίοις καὶ κακοῖς ἐκόλαζον, μέχρι καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀφορμὴν τοῖς ἐπιβουλεύουσιν παρεῖχον. ταῦτα τοίνυν ἐκ τοῦ προφήτου μαθὼν ὁ Σολομὼν καὶ τὴν τοῦ πατρὸς διάνοιαν ἐπιστάμενος, ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς ἐχαίρειν ἔφη, καὶ τὸν θεὸν προσκυνήσας καὶ τὰς χάριτας ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν ἀναπέμψας, ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀπῆλθεν. ἐν ᾗ τὸν μὲν χαλκοῦν βωμὸν ἔστησεν ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ, τὴν δὲ κιβωτὸν εἰσήνεγκεν εἰς τὸν ναόν· καὶ θυσίας ἀναφέρων ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς εὐχαριστίας ἀποδιδοὺς τῷ θεῷ, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν ἀνεχώρησεν.

qvi vocandus esset Solomon. cujus non aliter, qvam filii curam se habiturum pollicebatur, regnumq́; per posteros ejus continuaturum: qvod si quid peccaverit, pœnam non ultra morbos & terræ sterilitatem processuram. His ex propheta cognitis, David lætus, quod jam sciret posteris suis imperium permansurum, & familiam suam fore illustrem ac celebrem, ad arcam se contulit: procidensqve in faciem, adoravit Deum, gratias agens pro omnibus beneficiis acceptis, qvod se ex humili pastore ad tantum rerum fastigium, tantamq́; gloriam evexisset: proqve promissa posteris etiam suis felicitate, perpetuaqve providentia, qua res Hebræorum augere atqve ornare non desineret: atq; ita gratiis actis, hymnoqve decantato, à tabernaculo digressus est.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V.

Ὡς περὶ ὠνεῖ στρατεύσας δαβίδης, καὶ χειρωσάμενος, φόρον ἐπέταξε αὐτῷ πέλεν.

David subactis finitimis gentibus tributa illis imponit.

Ἀλλ' οὐ πολὺν χρόνον, ἔγνω δεῖν ὁ βασιλεὺς τοὺς παλαιστινοὺς στρατεύειν, καὶ μηδὲν ἄργον μηδὲ ῥᾳθυμοῦν ἐν τοῖς πράγμασιν ὁρῶν ἡγεμόνα, ἵν' ὡς τὰ δόξαντι αὐτῷ πρὸς πάντα καταστρεψάμενος τοὺς πολεμίους, ἐν εἰρήνῃ τὸ λοιπὸν τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ βασιλεύοντας καταλίποι. καὶ συγκαλέσας πάλιν τὴν στρατιάν, καὶ ὡπλισμένους αὐτῇ πρὸς πόλεμον ἑτοίμῃ παρεσκευασμένην τυγχάνων, ὅτι ἐδόξεν αὐτῷ καλῶς ἔχειν τὰ παρ' αὐτῶν, ἀφῆκε τῶν ἱεροσολύμων, ὅπως τοὺς παλαιστινοὺς ἥξει. κρατήσας δ' αὐτῶν τῇ μάχῃ καὶ πολλὴν τῆς χώρας καταμερισάμενος, καὶ πρόσοδον ὅτι τῷ τ' ἑβραίων, ὅτι τοὺς μοαβίτας τὸν πόλεμον μετήγαγε. καὶ τὰ μὲν δύο μέρη τῆς στρατιᾶς αὐτῶν, τῇ μάχῃ νικήσας διέφθειρε. τῶν λειπομένων αἰχμαλώτων ἔλαβε. φόρους τε αὐτοῖς ἐπέταξε κατ' ἔτος τελεῖν, εἴ τε ὅτι ἀδραζάρου τοῦ ῥεὰ μὲν υἱοῦ, βασιλέως δὲ σωφηνῆς ἐστράτευσε. καὶ συμβαλὼν αὐτῷ περὶ τὸν εὐφράτην ποταμὸν, τῶν μὲν πεζῶν αὐτοῦ διέφθειρεν ὡς δισμυρίους. τῶν δ' ἱππότων, ὡς πεντακισχιλίους. ἔλαβε δὲ καὶ αὐτοῦ ἅρματα χίλια. ἑπτακόσια μόνα αὐτῷ ἠφάνισεν, ἑκατὸν δὲ μένα περιεποίησεν αὐτῷ φυλαχθῆναι.

1. Reg. 8. V.

On multo deinde interjecto tempore expeditionem in Palæstinos decrevit, ablegato omni otio & segnicie, ut, qvemadmodum Deus prædixerat, devictis hostibus, pacatum regnum successoribus relinqveret. Et indicta die militibus ad conveniendum, jussisq́; omnibus, ut qvam instructissimi ad bellum essent, ut satis omnia parata existimavit, profectus Hierosolymis in Palæstinam pervenit: hostibusqve magno prælio victis, & bona agrorum parte multatis, hisqve agris Judæorum terræ contributis, in Moabitas bellum traduxit. eorum copias ita concidit, ut tertia tantum pars supereresset, qvam in deditionem accepit. His qvoqve annuo tributo imposito, contra Adrazarum Arachi filium movit, Sophenorum regem: cum quo ad Euphratem congressus, viginti peditum millia, equites qvinqvies mille occidit. currus etiam mille cepit, ex qvibus, incensis reliqvis, centum solos sibi reservavit.

Κεφάλαιον ς'.

CAP. VI.

Ἡ ῥωμαίων πρὸς δαμασκηνοὺς δαβίδου μάχη, καὶ νίκη.

Damasceni à Davide vincuntur.

Ἀκούσας δ' ὁ δαμασκῆνὸς καὶ σύρων βασιλεὺς ἄδαδος, ὅτι πολεμεῖ δαβίδης τὸν ἀδράζαρον, φίλος ὢν αὐτῷ καὶ δυνάμεως ἦκεν ἰσχυρὰς συμμαχήσων, ἀπαλλάξας δ' ὡς πρόσθεν ἑπτακισχιλίους τοὺς τὸν εὐφράτην ποταμὸν διώκοντας τῇ μάχῃ, καὶ πολλοὺς ἀποβαλὼν τῶν στρατιωτῶν. ἔπεσον δὲ καὶ τῶν ἑβραίων ἀναιρεθέντες τῆς ἀδάδου δυνάμεως δισμύριοι, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔφυγον. μέμνηται δὲ τούτου καὶ βασιλέως καὶ πάλαι ὁ νικόλαος ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἰουδαϊκῶν, λέγων ἔτως. μετὰ δὲ ταῦτα πολὺν χρόνον ὕστερον τῶν ἐγχωρίων τις ἄδαδος ὄνομα, τῶλλων ἰσχύσας δαμασκηνός τε καὶ τῆς ἄλλης συρίας, ἐπὶ φοινίκης ἐβασίλευσε. πόλεμον δὲ ἐξενέγκας πρὸς δαβίδην βασιλέα τῶν ἰουδαίων, καὶ πολλὰς μάχας μαχεσάμενος, ὑστάτῃ τε πρὸς τὸν εὐφράτην ἐν τῇ τοῦ πατρὸς ἡττηθεὶς ἐνίκησε βασιλέων δώμῃ τε καὶ ἀνδρείᾳ.

Interim Adadus, Damasci & Syrorum rex, audito, qvod David Adrazaro bellum intulisset, cum esset ejus amicus ac socius, cum valido exercitu in auxilium ejus properat, sperans se bellum ab eo depulsurum. cumqve & ipse non procul Euphrate cum Davide conflixisset, prælio victus magnam exercitus partem amisit. Desideratis enim ex ejus acie viginti millibus, reliqvi fuga saluti suæ consuluerunt. Hujus Adadi etiam Nicolaus in qvarto historiarum suarum libro, in hæc verba meminit. Longo deinde post tempore indigenarum quidam, nomine Adadus, cæteris potentior, Damasci & reliqvæ Syriæ præter Phœnicen regnum obtinuit. Hic, bello inter eum & Davidem Judæorum regem exorto, crebris prælis cum eo conflictatus, in postremo, quo apud Euphratem victus est, multis editis facinoribus, regem se & virium & animi robore præstantissimum declaravit.

Idem de posteris qvoqve ejus narrat, qvod qvasi per manus alius ab alio regnum simul & nomen acceperint. Illo, inqvit, defuncto, posteri ejus ad decimam usqve generationem regnum obtinuerunt, qvisqve à suo patre cum imperio nomen accipiens, qvemadmodum apud Ægyptios Ptolemæi. ex his potentissimus ordine tertius, instaurato bello, abolere volens ignominiam avi temporibus acceptam, expeditione contra Judæos facta, Samariam vastavit. Nec à vero aberravit hac parte. hic est enim ille Adadus, qvi, Achabo apud Israelitas regnante, Samariam invasit. de qvo suo loco dicturi sumus. Porro David, peragrata cum victore exercitu Damasco, & reliqva Syria, totam sub imperium redegit, dispositisqve opportunis in locis præsidiis, & tributo imposito, domum est reversus: & ceu trophæum aureas satellitum Adadi pharetras, reliqvamqve eorum armaturam, Deo Hierosolymis consecravit. has postea Susacus Ægyptiorum rex, victo Roboam, hujus nepote, spoliata urbe, cum multis aliis divitiis exportavit. Sed hæc, postqvam ad ea tempora ventum fuerit, dicentur. Hebræorum autem rex, favore numinis utens, & fortunam belli sequens, præcipuas Adrazari urbes aggressus est, Betthæam & Machonem: easqve vi expugnatas diripuit, in his magna vis auri & argenti reperta est: & præter hæc æris genus, qvod auro preciosius est habitum: ex qvo postea Solomon fecit magnum illud vas, mare appellatum, & pulcherrima polubra, cum templum adornaret. Amathenorum autem rex, audita Adrazari clade, qvodqve exercitum amisisset, timens sibi, decrevit in fidem & amicitiam Davidis ultro venire: misitqve ad eum Adoramum filium, qvi victoriam de communi inimico ei suo nomine gratularetur, & in societatem atqve amicitiam recipi peteret, & munera offerret, antiqui operis vasa aurea & argentea & ærea. David vero, inita amicitia cum Thæno (sic Amathenes vocabatur) & acceptis muneribus, filium ejus pro utriusqve dignitate tractatum dimisit. munera vero illa cum alio auro, ex manubiis captarum urbium redacto, autori victoriæ Deo dedicavit. qvi non solum, qvoties ipse rex bellum administraret, rem prosperabat: verumetiam misso in Idumæam Abisæo, Joabi summi copiarum ducis fratre, illius ductu Idumæos perdomari concessit. Decem enim & octo ex illorum exercitu millia in acie ceciderunt: & occupata præsidiis recens capta regione, rex non ex agris tantum, sed viritim etiam tributa exegit. Erat autem natura justus, & in reddendo jure verum tantum & æqvum respiciebat. exercitui vero universo Joabū præfecerat, à comentariis habuit Josaphatū Achili filium. Designavit etiā ex Phineesi familia Sadocum pontificē cum Abiatharo. amicus enim ei erat. Scribā vero Sisam constituit. Benajam Jojadæ filium satellitio suo præposuit:

A πρὸς τάτους ὁ δ' αὐτὸς τὸν ἀπόγονον αὐτοῦ φησι, ὡς μὴ τελευτῶντα τελευτῶν, ἐξεδέχοντο παρ' ἀλλήλων, καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὸ ὄνομα, λέγων οὕτως. τελευτήσαντος δ' ἐκείνου, ἀπόγονοι ὄντι δέκατα γενεᾶς ἐβασίλευον, ἑκάστου παῖδα ἐκ πατρὸς, ἅμα τῇ ἀρχῇ τὸ ὄνομα, ὃν ἐκδεχόμενοι ὥσπερ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Αἰγύπτῳ. μέγιστον δ' πάντων δυνηθεὶς, ὁ τρίτος ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὴν ἐκ πατέρων ἦτταν, στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους, ἐπόρθησε τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν καλουμένην, οὐ διήμαρτε δὲ τῆς ἀληθείας, ἔστι γάρ ἐστιν Ἄδαμος ὁ στρατεύσαμενος ἐπὶ Σαμάρειαν, ἀχάβου βασιλεύοντος Ἰσραηλιτῶν, ὡς ἐν ἄλλοις χώραν ὕστερον ἐροῦμεν. Δαβίδης δ' στρατεύσαμενος ἐπὶ Δαμασκηνὴν τὴν ἄλλην συρίαν, πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἐποιήσατο. καὶ φρουρὰς ἐν τῇ χώρᾳ καταστήσας, καὶ φόρους αὐτοῖς τελεῖν ὁρίσας, ὑπέστρεψε, καὶ τὰς τε χρυσοῦς φαρέτρας καὶ τὰς πανοπλίας ἃς οἱ δ' ἀδάδου σωματοφύλακες ἔφερον, B ἀνέθηκε τῷ θεῷ εἰς ἱεροσόλυμα. ἃς ὕστερον ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς σουσάκης στρατεύσας ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ῥοβόαμον ἔλαβε, καὶ πολὺν ἄλλον ἐκ τῶν ἱεροσολύμων ἐξεφόρησε πλοῦτον. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐλθοῦμεν ἐπὶ τὸν εἰκεῖον αὐτῶν τόπον, δηλώσομεν. ὁ δ' τῶν ἑβραίων βασιλεὺς, θεοῦ συμπνέοντος αὐτῷ, καὶ τὰς πολέμους σὺν κατορθοῦντος, καὶ τῆς καλλίστας τῶν ἀδραζάρου πόλεων ἐπιστρατεύσε, βεθθαία C μαχωνι. καὶ λαβὼν αὐτὰς κατακρατήσας διήρπασε. χρυσὸς δ' ἐν αὐταῖς εὑρέθη πάμπολυς καὶ ἄργυρος. ἔτι δὲ καὶ χαλκὸς, ἐν τοῦ χρυσοῦ κρίσιλονα ἔλεγον, ἐξ οὗ καὶ ὁ σολομὼν τὸ μέγα σκεῦος θάλασσαν δὲ καλούμενον ἐποίησε, καὶ τὰς καλλίστας σκεύους λουτῆρας ὅτε τῷ θεῷ τὸν ναὸν κατεσκεύασεν. ὡς δ' ὁ τῆς ἀμάθης βασιλεὺς, τὰ θεοῦ τὸν ἀδράζαρον ἐπολέμησε, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ διεφθαρμένην ἤκουσε, δείσας θεοῦ αὐτὸς, D καὶ τὴν δαβίδην πέμψειν ἐπ' αὐτὸν ἐλθὴ φιλίαν καὶ πίστιν ἐν δήσασθαι, πέμπει πρὸς αὐτὸν ἀδώραμον υἱὸν αὐτοῦ. καὶ θεοῦ δ', τὸν ἀδράζαρον ἐχθρὸν οὐτ' αὐτῷ πολεμήσαι χάριν ἔχειν ὁμολογῶν, καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν καὶ φιλίαν πιστεύσων, ἔπεμψεν αὐτῷ καὶ δῶρα σκεύη τῆς ἀρχαίας κατασκευῆς, χρύσεα καὶ ἀργύρεα καὶ χάλκεα. δαβίδης δ' πιστεύσας τῷ συμμαχίαν πρὸς τὸν θεοῦν, τοῦτο δὲ ἦν ὄνομα τῷ βασιλεῖ τῆς ἀμάθης, καὶ τὰ δῶρα δεξάμενος, ἀπέλυσεν αὐτοῦ τὸν υἱὸν μὴ τιμῆς τῆς πρεπούσης ἑκατέρους. τὰ δ' πεμφθέντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ τὸν ἄλλον χρυσὸν E ἄργυρον ὧν ἐκ τῶν πόλεων εἵλήφει, τῶν κεχειρωμένων ἐθνῶν, φέρων ἀνατίθησι τῷ θεῷ. ἐκ αὐτὰ δ' πολεμοῦσι μόνῳ, καὶ τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνι τὸν νικᾶν καὶ κατορθοῦν παρέχειν ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ πέμψαντος αὐτοῦ μὴ δυνάμεως εἰς τὴν ἰδουμαίαν, ἀβεσσαῖον τὸν ἰωάβου δ' ἀντιστράτηγον ἀδελφὸν, δι' ἐκείνου τῶν ἰδουμαίων νίκλεν. ἐσφαξε μυρίους γὰρ αὐτῶν καὶ ὀκτακισχιλίους ἀβεσσαῖος διέφθειρε τῇ μάχῃ. ἔτι τὴν ἰδουμαίαν ἅπασαν φρουρᾶς διαλαβὼν ὁ βασιλεὺς, φόρους ὑπέστησε τῆς χώρας, ἔτι ἑκάστῃ κεφαλῆς παρ' αὐτῶν ἐδέχετο. ἦν δ' καὶ δίκαιος τὴν φύσιν, καὶ τοῖς κρίσεις πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀφορῶν ἐποίει. τὸν στρατηγὸν δ' ἁπάσης εἶχε τῆς στρατιᾶς τὸν ἰωάβον. ὄντι δ' τῶν ὑπομνημάτων, ἰωσάφατ τὸν υἱὸν ἀχίλου κατέστησε. ἀπέδειξε δ' ἐκ τῆς φινεὲς οἰκίας τὸν σάδωκον δὲ ἱερέα μετ' ἀβιαθάρου, φίλος δ' ἦν αὐτῷ γραμματέα δ' σοφὸν ἐποίησε. βαναίαν δ' τὸν ἰαδου, τῶν σωματοφυλάκων ἀρχὴν ἔχοντα ἰωδιδώσιν. οἱ δ'

ἐδὲ πεισθῆναι πάντες αὐτῷ, θεὶς τὸ σῶμα καὶ τὸν A omnes regis seniores filii inter patris satellites verſabantur. His ita ordinatis, venit illi in mentem amici qvondam Jonathæ, fœderisqve mutui, qvod inter eos interceſſerat. nam inter cæteras omnes virtutes hanc qvoqve habuit, qvod egregie meminerat beneficiorum, qvæ unqvam accepiſſet. Igitur ſcitatus eſt, num qvis ſupereſſet ex amici genere, cui gratiam referre poſſet pro jucundiſſima olim cum Jonatha acta conſvetudine. cumqve adductus eſſet ad eum qvidam è libertis Sauli, qvi poterat ſuperſtites noſcere, percontatus eſt, num poſſet aliqvem indicare ex Jonathæ genere vivum, cui pro beneficiis à veteri amico perceptis gratiam reponere qviret: quo reſpondente, ſupereſſe filium ejus Memphibosthum, pedibus claudum: eo, qvod nutrix, audita clade, in qva pater ejus & avus ceciderant, dum rapto puero trepide fugit, prolapſum ex humeris læſerat: diligenter perveſtigavit, ubinam & apud qvos educaretur. qvo comperto, miſit in Labatham oppidum ad Machirum, (id altoris nomen fuit) qui eum adducerent. Memphibosthus vero, poſtqvam ad regem pervenit, procidens in faciem adoravit illum. moxqve jußus eſt bono animo eſſe, & omnia, qvæ cuperet, de benigniſſimo rege ſibi polliceri: & avitam domum cum prædiis ad illam pertinentibus accepit: juſſusqve eſt ad eandem cum rege menſam accumbere, & nulla die convivio non intereſſe. Cumqve adoleſcens lætus promiſſionibus & muneribus regis gratias agens adoraviſſet, rex, accito Siba, ait ſe adoleſcenti paternam domum cum omnibus avitis poſſeſſionibus donaſſe: juſſitqve eum, villicatione agrorum ſuſcepta, omnes reditus Hieroſolyma referre. Poſt hæc ſingulis diebus eum menſæ adhibuit: & Sibam cum qvindecim filiis & viginti ſervis Memphibostho largitus eſt. His ita ordinatis, Siba, adorato rege, omnia ſe facturum pollicitus, diſceſſit. Jonathæ vero filius poſthac Hieroſolymis habitavit, convictor regis, nec aliter, qvam ſi ipſius filius eſſet, tractatus, filium etiam ex ſe genitum Michanum nominavit. Atqve hoc honore Jonathæ poſteri à rege fuêre affecti. Cæterum cum per idem tempus Ammanitarum rex Naaſſes, ſocius & amicus, defunctus eſſet, filiusqve in regnum paternum ſucceſſiſſet, David per legatos officioſe eum conſolatus eſt, hortatus, ut æqvo animo patris obitum ferret, eandemqve, qvam pater expertus fuerat, amicitiam à ſe expectaret. Priores vero Ammanitarum, ſecus qvam de Davide ſuſpicari par erat, malitioſe hanc legationem miſſam interpretati ſunt, concitaveruntqve regem, dicentes, Davidem ſpeculatores regionis & opum ejus ſub officii prætextu miſiſſe. proinde cavendum ab illis, & verbis eorum non credendum, ne forte deceptus in aliqvam immedicabilem cladem ſeſe conjiciat. At rex Ammanitarum Naaſſes ab optimatibus contra rei veritatem perſvaſus, cum injuria legatos Davidis rejecit. Raſis enim media ex parte eorum barbis, præciſoq; dimidio veſtimentorum, factis, non verbis animum ſuum declaravit.

VI. 1. Reg. 10.

Qvam rem David indigniſſime tulit, nihil diſſimulans, non neglecturum ſe injuriam cum contumelia conjunctam, ſed bello vindicaturum in Ammanitas, & pœnas violatæ contra jus gentium legationis à rege eorum exacturum. Qvod poſteaqvam perlatum eſt ad regis barbari neceſſarios, & copiarum ejus præfectos, conſcii ſibi violati fœderis, ac debitam pœnam metuentes, & ipſi ad bellum ſe parabant. & miſſis legatis ad Syrum Meſopotamenorum regem cum mille talentis, ſocietatem ejus hac mercede impetraverunt, adducto in ſuas partes & Suba. Hi reges habebant peditum viginti millia. conduxerunt etiam regem Michæ regionis, & qvartum nomine Iſtobum, qui & ipſi vigintiduo millia militum in armis habebant.

A ἰδὼν ὁ ταῦτα δαβίδης ἠγανάκτησε, & δῆλος ἦν ὑπερ-
ορμῶν τὴν ὕβριν ἢ τὸν προσπελασμὸν, ἀλλὰ πο-
λεμήσων τοῖς ἀμμανίταις, & τιμωρίαν αὐτῶν τῆς παρα-
νομίας & εἰς τοὺς πρεσβύτας εἰς παραῤῥήμον τὸ βασιλέως
σωέντας ἢ οἱ τε ἀναγκαῖοι καὶ ἡγεμόνες, ὅτι παρεσπον-
δήκασι καὶ δίκαιον ὑπὲρ τούτων ἐφείλοντο, προσπαρε-
σκεύαζοντο εἰς τὸν πόλεμον. & πέμψαντες πρὸς σύρον
τὸν τῶν μεσοποταμιτῶν βασιλέα χίλια τάλαντα, σύμμα-
χον αὐτὸν ὑπὲρ τούτου ἡμῖν μισθῷ, παρεκάλεσαν &
σαβάν. ἦσαν ἢ τοῖς βασιλεύσι τούτοις πεζῶν δύο μυριά-
δες. προσεμισθώσαντο ἢ καὶ τὸν τῆς μιχᾶς καλουμένης
χώρας βασιλέα. καὶ τέταρτον, ἴσβουν ὄνομα. & τούτους ἔ-
χοντας μυρίους καὶ δισχιλίους ὁπλίτας.

CAP. VII.

Qvomodo David Meſopotamios devicit.

NOn terruit tamen Davidem Ammanitarum apparatus & inita cum regibus ſocietas, Deo fretum, & ſcientem, quod bonam cauſam haberet, juſſisqve armis injuriam ſibi illatam ulciſceretur. Itaqve Joabo commiſſa belli adminiſtratione, cum lectiſſimo milite eum contra hoſtem miſit: qvi mox ad primariam ejus gentis urbem caſtra admovit. Hoſtibus vero urbem egreſſis, & duas ſeorſim acies explicantibus: alteram qvæ ex auxiliis conſtabat, in patenti campo: alteram vero qvæ Ammanitarum gentis erat, pro portis, qvæ Hebræos ſpectabant: Joabus, hoc animadverſo, & ipſe ad militares artes confugit. & aſſumptis fortiſſimis militum, ipſe Syro aliisqve regibus ſe oppoſuit. reliqvis Abiſæo fratri traditis, juſſit, ut contra Ammanitas aciem dirigeret: admonito prius, ut ſi videret Syros ſibi prævalere, adducto propere ſuo milite ſuccurreret. idem ſe facturum ſi ipſum Ammanitas ægre ſuſtinere contingeret. cum his mandatis dimiſſo fratre, hortatusqve, ut generoſe & alacriter rem gereret, daretqve operam, ne qvam ignominiam acciperet, ipſe Syros aggreditur. qui cum aliqvantiſper magna vi reſtitiſſent, multis ſuorum cadentibus, terga vertere ſunt coacti. qvo viſo, Ammanitæ territi, Abiſæum cum ſuo milite adventantem non expectaverũt, ſed moti ſociorum exemplo, intra mœnia refugerunt. atqve ita Joabus, male mulctatis hoſtibus, victorem exercitum Hieroſolyma reduxit. Nec tamen ea clades Ammanitarum effecit, ut experti ſe impares, in poſterum qviescerent. ſed miſſis nuntiis ad Chalamam Syrorum transeuphratenſium regem, ejus auxilia mercede conduxerunt. Hujus vicem in exercitu gerebat Sabecus, qui conſtabat ex octoginta peditum, eqvitum vero decem millibus. Tum Hebræorum rex, intellecto qvod denuo tam magnas copias Ammanitæ contra ſe paraviſſent, nolens amplius per legatos cum eis bellum gerere, ipſe cum univerſo exercitu Jordanem transgreſſus illis occurrit: & commiſſo prælio, victor evaſit, cæſis peditum qvadraginta, eqvitum vero ſeptem millibus. Sabecus qvoq; hoſtiũ imperator in eo prælio vulnus accepit à rege, ex qvo poſtea curã nõ admittente mo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ.

Πῶς δαβίδης ὑπὲρ τῶν μεσοποταμίων στρατεύσας ἐκράτησεν αὐτῶν.

Οὐ καταπλαγὴς ἢ τὴν συμμαχίαν & τῶν ἀμμα-
νιτῶν δύναμιν ὁ δαβίδης, τῷ θεῷ πεποιθὼς τὸ δι-
καίως αὐτῆς ἀνθ' ὧν ὑβρίσθη πολεμεῖν μέλλω-
ν, καὶ ἰώαβον τὸν ἀνθιστρατηγὸν, δὺς αὐτῷ τῆς στρατιᾶς τὸ ἀκ-
μαιότατον ἐξ αὐτῆς ἐπεμψε πρὸς αὐτούς. οἳ ἢ πρὸς τῇ
μητροπόλει τῶν ἀμμανιτῶν ἀραμαθὰ κατεστρατοπεδεύ-
σαντο. τῶν ἢ πολεμίων ἐξελθόντων καὶ τὰ παρατα-
γμένων ἐκ ὁμοῦ, διχῇ ἢ, τὸ μὲν γὰρ ὁπλικὸν ἐκ τοῦ
πεδίου καθ' αὑτὸ ἐστάθη. τὸ ἢ τῶν ἀμμανιτῶν στράτευ-
μα, πρὸς ταῖς πύλαις ἀντίκρυς τῶν ἑβραίων. ἰδὼν ὅτι
ἰώαβος, ἀντιμηχανᾶται καὶ τὸς μὲν ἀνδραποδιστὰς ὁπλε-
ξάμενος, ἀντιπαρατάσσει τῷ σύρῳ, & τοῖς μετ'
αὐτοῦ βασιλεῦσι. τὸ δ' ἄλλο παρήνεσε ἀδελφοκτονῶν τῷ
ἀδελφῷ, τοῖς ἀμμανίταις ἐκέλευεν ἀντιπαρατάξα-
σθαι. εἰ πὼν ἂν τὰς σύρους ἰδὴ βιαζομένους αὐτὸν καὶ
πλέον δυναμένους, μεταγάγοντα τὴν φάλαγγα βοηθεῖν
αὐτῷ. τὸ δ' αὐτὸ ἔστι ποιήσειν καὶ αὐτὸς, ἂν ἴδῃ τοὺς ἀμμα-
νιτῶν αὐτὸν καταπονέμενον θεάσῃ. παρεμψά-
μενος οὖν τὸν ἀδελφὸν, & παρακελεύσας εὐψύχως καὶ
μὴ πεθυμίας ἅπαντα θεάσῃ, αἰχμὴν ἐν χερσὶ φοβερμένοις
παρεσόμενος ἀγωνίσασθαι, τὸν μὲν ἀπέλυσε τοὺς ἀμ-
μανίτας μαχησόμενον. αὐτὸς ἢ τοῖς σύροις συνέβαλε.
καὶ πρὸς ὀλίγον ἀντιχόντων αὐτῶν καρτερῶς, πολλοὺς
μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινεν ἰώαβος, ἅπαντας δ' ἠνάγκα-
σεν εἰς φυγὴν τραπῆναι. ὅτ' ἰδόντες οἱ ἀμμανῖ, καὶ
δείσαντες τὸν ἀδελφοκτόνον, & τὴν μετ' αὐτοῦ στρατιὰν, οὐκ
ἔμειναν. ἀλλὰ μιμησάμενοι τοὺς συμμάχους, εἰς τ' πό-
λιν ἔφυγον· κρατήσας οὖν τ πολεμίων ὁ ἰώαβος ἱερου-
σάλημα πρὸς τὸν βασιλέα λαμπρῶς ὑπέστρεψε. ὅτι
τὸ πλῆθος τοὺς ἀμμανίτας οὐκ ἔπεισεν ἡρεμεῖν. οὐδὲ
μανθάνοντας τὸς κρείττονας, ἡσυχίαν ἄγειν. ἀλλὰ πεμ-
ψαντες πρὸς χαλάμαν τὸν τ πέραν εὐφράτου σύρων
βασιλέα, μισθοῦται ἢ τὸν ὑπὲρ συμμαχίαν. ἔχοντα μὲν
ἀντιστρατηγὸν σάβεκον, πεζῶν ἢ μυριάδας ὀκτώ. & ἱπ-
πέων μυρίους. γνοὺς ἢ ὁ τ ἑβραίων βασιλεὺς, πάλιν ἐπ'
αὐτὸν τοὺς ἀμμανίτας τοσαύτην δύναμιν συνηθροικότας,
ἀκέπι ἄλλο στρατηγῶν αὐτοῖς πολεμεῖν ἔκρινεν. ἀλλ'
αὐτὸς συνάπασῃ τῇ δυνάμει βαδὰς τ ἰορδάνην πο-
ταμὸν, & ὑπαντήσας αὐτοῖς, συνάψας αὐτοὺς εἰς μά-
χην, ἐνίκησε. & ἀναιρεῖ μὲν αὐτ πεζῶν μὲν εἰς πεντα-
κισμυριάδας, ἱππέων δ' εἰς ἑπτακισχιλίους. ἐτρώσθη ἢ,
& τὸν στρατηγὸν & χαλαμᾶν σάβεκον, ὃς ὑπ' τ πληγῆς ἀ-
πέθανεν.

ἡμῶν. ὁ δὲ μεσοποταμῖτης τάχιστα ἡγεμόνα καὶ πλοῦς A ri eum contigit. Mesopotamitæ deinde, cognito
τῆς μάχης, αὐτὸς δαβὶδη παρέδωσαν, καὶ δῶρα ἐπεμ- tam tristi pugnæ eventu, sine mora legatione ad
ψαν αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν ὥρα χειμῶνος ἀνέστρεψεν εἰς ἱεροσό- Davidem cum muneribus missa, deditionem fe-
λυμα. ἐκεῖνος δὲ ἐαρινῷ ἐπέμψε τὸν ἀντιστράτηγον cerunt. Atqve ita, appetente jam hyeme, Hie-
ἰωαὰβ πολεμήσοντα τοὺς ἀμμανίτας. ὁ δὴ τὴν τε γῆν rosolyma est reversus. Vere autem ineunte, Jo-
ἅπασαν αὐτῶν ἐπερχόμενος διέφθειρε, καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ abum ad bellum Ammaniticum misit. Is, longe
μεγίστοις συγκλείσας ἀγχόμαχοι ἐπολιόρκει. συνέ- lateqve vastatis hostium agris, compulsos eos in
πεσε δὲ καὶ δαβὶδη πλεῖσμα δεινὸν, ὅτι διηγῶ καὶ ἠ- Rabatham gentis metropolim obsidione cinxit:
μαρτεν, καὶ τοὺς πατρίους νόμους ἰσχυρῶς φυλάσσοντι B Quo tempore David, tametsi vir justus ac pius VII.
δικαίῳ. ἦν δεινὸς ἐξ ἁπάντων ἐπὶ τῷ στέργειν τὸ βασι- & patriarum legum observator diligens, in gra- 2. Reg. 11.
λέων εἰς ὑπερβολὴν κατ' ἐκεῖνο τῆς ὥρας εἶδος, εἰδε ve tamen peccatum incidit. Cum enim, vergen-
γυναῖκα λουομένην ἐν τῇ αὐτῆς οἰκίᾳ ψυχρῷ ὕδατι, te jam die, in solario regiæ, more solito, deambu-
καλλίστη τὸ εἶδος καὶ πασῶν διαφέρουσα. ὄνομα αὐ- laret, prospexit in vicinis ædibus mulierem fri-
τῇ ἦν βεεδαυβη. ἡτήτῃ τε δ' κάλλους τῆς γυναικὸς, gida lavantem, insigni forma præcellentem, cui
ἐπὶ τὴν ὀπτομίας καταχῶν ὁ δυνάμενος, μεταπεμ- nomen Bethsabe: victusqve ejus pulchritudine,
ψάμενος αὐτὴν, συνέκλινεν. ἡμέρας δ' ἐγκύου τῆς & à concupita sibi temperare non valens, accí-
γυναικὸς, καὶ πεμψάσης πρὸς τὸν βασιλέα, ὅπως τοῦ tam ad se complexus est. Paulo post mulier gra-
ἁμαρτήματι σύνεψιν τινα δ' λαθεῖν ὁδὸν, ἀσθενεῖν C vidam se sentiens, nunciat regi, ut dispiciat,
ἤδη τὸν τῆς πατρίας καθηκόντων νόμων μεμισηκόμενον. qvomodo factum hoc latere posset, alioqvi pu-
μεγαλήτην μὲν τὸν ἰωάβ ὁπλοφόρον ὄντα τῆς blicis legibus adulterii damnatam supplicium
πλαρχίας, ἄνδρα ἐν τῆς γυναικὸς, ἐρέαν ὄνομα. καὶ daturam. Rex itaqve accersitum ad se ex castris
φοβούμενον, μὴ τι τῆς γραπᾶς καὶ τῆς πολιορκίας Joabi armigerum maritum mulieris, Uriam no-
ἀνήκεστον. λέγοντος ἐν πάντα τῷ νοεῖν αὐτὸς κεκω- mine, de exercitu, & qvomodo oppugnatio pro-
μῳδημένα τὰ πράγματα, βασιλεὺς ὄντα δ' δεῖπνον μέρη, cedat, percontatur. qvo referente, omnia cedere
συγκαθίσαι αὐτῷ, καὶ κελεύει πρὸς τὴν γυναῖκα ἀπ- ex sententia, partes ei de sua cœna obtulit, jus-
ελθεῖν ἀναπαυσόμενος σὺν αὐτῇ. ὁ δὲ ἐρέας ἔτι μὲν D sitqve, ut profectus ad uxorem apud illam per-
ὄντα ἐκεῖνος, παρεκομίσθη ἐν τοῦ βασιλέως τοῖς ἀλ- noctaret. at ille non ita fecit, sed inibi in regia,
λοις ὁπλοφόροις. ὡς δὲ γνοὺς ταῦτ' ὁ βασιλεὺς, ἀνέ- & inter satellites regis noctem eam exegit. qvo
κρινεν αὐτὸν μὴ πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν ἐλθεῖν cognito, rex scitatus est ex eo, qvamobrem tan-
μηδὲ πρὸς τὴν γυναῖκα ἐλθεῖν. διὰ παντὸς χρόνου, πάντων to post tempore domum reversus, ad uxorem
αὐθρώπων ἑαυτῷ ἐχόντων τὴν φύσιν ὅταν ἐλ- non iviſſet, idqve præter communem omnium
θωσιν ἐξ ὁδοιπορίας. ὁ δὲ οὐκ ἔναγε δίκαιον εἶπε, τῶν hominum morem, qvicunqve peregre ad suos
στρατιωτῶν αὐτὸς, καὶ δ' στρατηγὸν χαμαὶ κοιμωμένων redeunt. respondit ille, non esse æqvum, ut in-
ἐν παρεμβολῇ καὶ τὴν τοῦ πολεμίων χώραν, μὴ τῆς γυναι- terim dum imperator suus & commilitones in
κὸς αὐτὸν ἀναπαύεσθαι καὶ τρυφᾶν. ταῦτα εἰπόντα, μετ' E hostili solo in castris humi cubitant, ipse in uxo-
ἐκεῖνον τὴν ἡμέραν ἐκεῖνο παρέσκεψεν, ὡς τὸν ὁπλοῦ- ris amplexibus se oblectet. hæc locutum mane-
χον ἀπολύσων αὐτὸν πρὸς τὸν ἀντιστράτηγον. καλεσθεὶς re inibi ea qvoqve die jussit, seqventi ad vicari-
δ' ὑπὸ δεῖπνον ὑπὸ βασιλέως ἐρέας καὶ μέχρι μέ- um suum ducem dimissurus. vocatus deinde
θης πρωΐθεν ἐν τῷ πότῳ δεξιωμένου δ' βασιλέως ad cœnam, & rege de industria crebrioribus
αὐτὸν ὑπὸ τῆς πρόποσιν, ἐδέν ἦλθεν πάλιν propinationibus invitante, ad ebrietatem usq;
πρὸς τὸ βασιλέως θυρῶν κοιμηθῆναι, μηδὲ μίαν λα- progressus, nihilominus tum qvoqve pro foribus
βὼν τῆς γυναικὸς ὑπὸ μίαν. διὰ τοῦτο ὁ δυσμαχέτης ὁ regii cubiculi pernoctavit, nullo uxoris desi-
βασιλεὺς, ἐρέαν τοῦ ἰωάβ κελεύσας πρὸς- F derio tactus. hanc ob rem indignatus rex scri-
πεσόντα τὸν ἐρέαν. ἁμαρτεῖν δὲ αὐτὸν ἐδήλωσε, καὶ τὸν psit Joabo, ut in Uriam pœnam meritum ani-
τρόπον τῆς τιμωρίας, ἵνα μὴ φήνῃ φανερὸς αὐτὸς ὢν madverteret: modumqve puniendi indicavit,
βουληθείς. ταῦτα ἔλεγεν. καὶ δὲ τὸ δυσμαχώτατον αὐτὸν ne manifestum fieret suo jussu hoc factum. jus-
ἐκέλευσε μέρος τοῦ πολεμίων τάξαι, καὶ καθ' ὃ κινδυ- sit enim, ut qva primum periculi esset, hosti op-
νεύσει μαχόμενον, ὑπολειφθεὶς μόνος. τοὺς δὲ συμ- poneretur, moxqve à sociis, qvo facilius oppri-
φήσαντας ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς μάχης γνόμενος ἐκέλ- mi posset, destitueretur. his ita scriptis, & pro-
ευσε. ταῦτα γράψας καὶ σημηνάμενος τῇ αὐτοῦ σφρα- prio sigillo obsignatis, epistolam Uriæ com-
γῖδι, τῷ ὑπηρέτῃ ἔδωκεν ἐρέα κομίσαι πρὸς ἰωάβ. misit ad Joabum perferendam, qvi receptis li-
δεξάμενος δὲ τὰ γράμματα ἰωάβ, καὶ τὸν δ' G teris, & cognita regis voluntate, qvem locum
βασιλέως θεασάμενος ἀναγνούς, καθ' ὃν ἦν τόπον τοὺς maxime ab hostibus infestari sciebat, in eo col-
πολεμίους αὐτῷ χαλεπὸς γνόμενος, κατὰ δὲ τὸν ἐκ locaturus Uriam, adjunctis illi lectissimis ali-
τὸν ἐρέαν, δὸς αὐτῷ τινας τ' ἀρίστων τῆς γραπᾶς. qvot militibus, pollicitus est se cum toto exercitu
αὐτὸς δὲ ἅπασιν τῇ δυνάμει πρὸς ὑποδεξόμενος affore, si qva parte muri suffosa aditum intra ur-
ὑφῇτο, εἰ δυνηθεῖεν ἀναρέψαντες τι δ' τείχους εἰσ- bem patefecissent: hortatus eum, ut existimati-
ιέναι εἰς τὴν πόλιν. ὅτε δ' αὐτὸν ἡγνώγει γραπιώ- oni, qvam tum apud regem, tum apud commili-
τῶν, καὶ δέξαν ἔχοντα ἔτι τε τοῦ βασιλέως καὶ ἔτι τῆς tones sibi paraverat, respondens, libenter potius
τῶν ὁμοφίλων εὐανδρίας, χαίρειν τοῖς μεγάλοις πό- qvam gravatim jussa capesseret. cumqve Urias
νοις, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀχαναχτὸν ἠρέμα. ἔτι δὲ ἐρέας προθύ- magna alacritate demandatum munus suscepis-
μως ταῦτα τὸ ἔργον, τοῖς μετ' αὐτὸν ἔτι δηλοῦσθαι μέ- set, manipulo illi adjungendo clam imperavit,

ut cum primum, occurrentibus hostibus, urgeri hominem viderent, deserto illo, in tutum se reciperent. Itaqve cum Hebræi fecissent assultum ad mœnia, veriti Ammanitæ, ne ab illa parte hostis murum occuparet, fortissimus quisqve, recluſa repente porta, magno impetu erumpunt. quod ubi viderunt, qui circa Uriam versabantur, memores Joabi mandatorum, uno agmine sese retrorsum receperunt. Solus Urias, qvod puderet, contra qvam promiserat, assignatum locum non tueri, in se ruentes sustinuit, ferroqʒ; exceptos interemit non paucos, donec circumventus cum aliqvot aliis, qvos ignaros consilii pudor idem in officio continuerat, non inultus occubuit. His ita gestis, Joabus regi per nuncium significat, quod non ferens obsidionis moras, oppugnatione adortus mœnia, amissis aliqvam multis, infecta re, in castra redire sit compulsus. mandarat autem nuntio, si regem hoc factum ægre ferre sentiret, ut de Uriæ qvoqve morte renuntiaret: idqvod etiam evenit. Rex enim, his cognitis, malefactum ajebat, quod aperta vi mœnia tentassent, oportuisse enim machinis ac cuniculis aditum moliri, maxime cum Abimelechus Gedeonis filius domesticum exemplum illis esse debuerit, qui Thebis turrim vi capere conatus, saxo ab anicula misso, ictus turpiter vitam amisit, vir alioqvi fortissimus, quod inconsulte difficillimum oppugnationis genus esset aggressus. Utilissimum autem in re militari, qvid aliis bene aut secus cesserit, considerando, cum simile periculum incidit, hæc sequi, illa fugere. postqvam autem indignabundo de Uriæ qvoqve morte relatum est, irasci desiit: jussitqve Joabo renunciari, vulgare esse id incommodum, nec à natura belli alienum, cujus hæ sint vicissitudines. debere tamen eum in posterum cautius rem administrare, & aggeribus ac machinis expugnatam urbem solo æqvare, & habitatores ejus ad unum neci dedere. Cum his mandatis nuntius ad Joabum propere se recepit. cæterum Bethsabe, audita mariti morte, per aliqvot dies eum luxit: ubi vero à mœrore ac lacrymis destitit, sine mora eam rex conjugem sibi ascivit: ex qva mox puer masculus ei natus est. Has nuptias Deus neqvaqvam æqvis oculis inspexit, sed iratus Davidi, cum prophetæ Nathani per visum nocturnum se obtulisset, regem graviter incusavit. propheta vero, qvi esset vir festivus ac prudens, reputans reges, quoties suis affectibus rapiuntur, non magnum juris respectum habere solere, commination numinis ad tempus dissimulata, maluit illum blanda oratione aggredi, in hunc modum sententiam ejus exploraturus. Duo viri, inqvit, eandem urbem incolebant: alter prædives multorumqve armentorum & gregum dominus: alter unius tantum oviculæ possessor, eam una cum pueris suis domi qvotidianis cibis alebat, non alio affectu, qvam si esset filia. cum vero hospes diviti supervenisset, ille parcens suis pecoribus nullum in amici gratiam mactare voluit: sed abstracta per vim ovicula pauperis,

2. Reg. 12.

A νοις, ἰδία καταλιπὼν ὅταν ἐξορμήσοντας ἴδωσι τοὺς πολεμίους ἐδήλωσεν. προσλαβόντων δ' οὖν τῇ πόλει τῶν Ἑβραίων, δείσαντες οἱ ἀμμανῖται μὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον καθ' ὃν ἀμύναν οὐδεμίαν πεποίηνται, φθάσαντες ἀναδῶσιν οἱ πολέμιοι, προσπαίρμοι τοὺς ἀνδρειοτάτους αὐτῶν καὶ τὴν πύλην ἀνοίξαντες, αἰφνιδίως καὶ μετ' ῥώμης ὁρμὴ πολλοὺς τῶν ἐχθρῶν ἐπέξῆλθον. ἰδόντες δ' αὐτοὺς οἱ σὺν τῷ Οὐρία, πάντες ἀνεχώρησαν ἐπίσω, καθὼς ἐπὶ τοῦτο αὐτοῖς προεῖπεν. αἰσχυνθεὶς δ' Οὐρίας φυγεῖν καὶ τάξιν καταλιπεῖν, ὑπέμεινε τοὺς πολεμίους, καὶ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἐκδεξάμενος ἀνῃρέθη μὴ B ὀλίγους. κυκλωθεὶς δ' ὑπ' ἐλήφθη ἐν μέσῳ τελευτᾷ, σὺν δ' αὐτῷ τινες καὶ ἄλλοι συγκατέπεσον τῶν ἑταίρων. τούτων δ' ὑπὸ γνωμῶν, ἔπεμψεν ἀγγέλους ὁ Ἰωάβος πρὸς τὸ βασιλέα, λέγειν ἐντειλάμενος αὐτοῖς, ὡς ἀναδάσαι μὲν ταχέως ἐλεῖν τὴν πόλιν, προσβαλὼν δὲ τῷ τείχει, καὶ πολλοὺς ἀπολέσας ἀναχωρῆσαι βιαθέν. C προσταθεῖσαν δ' τούτοις ἂν ὀργιζόμενον ἐπ' αὐτοῖς βλέπωσι καὶ τὸν Οὐρίαν θανάτου. ὡς δ' ὁ βασιλεὺς ἀκούσαι ταῦτα πρὸς τὸν ἀγγέλων, δυσφορῶντα, φάσκοντα ἁμαρτάνειν αὐτοὺς τῷ τείχει προσβάλλοντας, δέον ἰσονόμοις καὶ μηχανήμασιν ἑλεῖν πειρᾶσθαι τὴν πόλιν, καὶ ταῦτ' ἔχοντας παράδειγμα τὸν Γεδεώνος υἱὸν Ἀβιμέλεχον, ὃς ἐπὶ τὴν ἐν Θήβαις πύργον ἑλεῖν ἐβάλετο βίᾳ, βληθεὶς ὑπὸ πεσούσης πέτρᾳ κατέπεσε, καὶ ἀνῃρέθη· ὧν, ἅτε τὸ δυχερέστατον τοῦ πολέμου, αἰσχρῶς D ἀπέθανεν· ὃ μὴ μονοῦντας, ἐὰν μὴ προσίενται τῷ τείχει τοὺς πολεμίους. ἄμεινον γὰρ ἁπάντων ἐν πολέμῳ πράξαντων καλῶς καὶ ὡς ἕτερος ἐν τοῖς αὐτοῖς κινδύνοις μνήμης ἔχειν, ὡς τὰ μὲν μιμεῖσθαι, τὰ δὲ φεύγειν. ἐπεὶ δ' ἔτως ἔχοντι καὶ τὸν Οὐρία θάνατον ἐδήλωσεν ὁ ἄγγελος, παύεται μὲν τῆς ὀργῆς. ἰωάβῳ δ' ἐκέλευσε λέγειν ἀνθρώπινον εἶναι τὸ συμβεβηκὸς, καὶ τὰ τοῦ πολέμου φύσιν ἔχειν τοιαύτην. ὡς τε ποτὲ μὲν τοῖς ἐναντίοις εὐ E πράττειν συμβαίνειν κατ' αὐτὸν, ποτὲ δὲ τοῖς ἑτέροις. τὸ λοιπὸν μέντοι γε προνοεῖν τῆς πολιορκίας, ὅπως μηδὲν ὑπολείπωσι κατ' αὐτὸν, ἀλλὰ χώμασι καὶ μηχανῇς ἐκπολιορκήσαντας καὶ καθελόντας μέν, τὴν μὲν πόλιν κατασκάψαι, πάντας δ' ἀπολέσαι τοὺς ἐν αὐτῇ. ὁ μὲν ἄγγελος, ταῦτα ἐπὶ τὸν βασιλέως ἐντειλαμένου ἀκούσας ἡπείγετο. ἡ δὲ, ὡς ἤκουσε τὸν ἄνδρα πεπενθοῦσαν, τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς πενθήσασαν, ὑπὸ συχνὰς αὐτὸν ἡμέρας ἠπείλησε. παυσαμένης δὲ τῆς λύπης καὶ τοῦ ἐπ' ἀδελφοκτόνῳ, ὁ βασιλεὺς εὐθὺς ἀγάγετο γυναῖκα. καὶ παῖς ἄῤῥην ἐξ αὐτῆς αὐτῷ γίνεται. ὃν οὐκ ἠδέως ἐπεῖδεν ὁ θεὸς τὸν γάμον, ἀλλὰ δι' ὀργῆς ἔχων τὸν Δαβίδην, τῷ προφήτῃ Νάθαν φανεὶς κατὰ τὰς ὕπνους, ἐμέμφετο τὸν βασιλέα. ὁ δὲ Νάθαν, ἀνὴρ εὐφυὴς καὶ σωφρονεῖν δοκῶν καὶ συνετὸς ἀνὴρ, λογισάμενος ὡς οἱ βασιλεῖς ὅταν εἰς ὀργὴν ἐμπέσωσι, ταύτῃ πλέον ἢ τοῦ δικαίου νέμουσι, τὰς μὲν θεοῦ γεγυμνωμένας ἀπειλὰς ἡσυχάσειν ἐκέλευεν. ἄλλους δὲ λόγους χρήσους πρὸς αὐτὸν διεξῆλθε. καὶ δή τοι τὸν τινα τρόπον, ᾧ δὲ καί τι φρονεῖ, ποιήσας σαφὲς αὐτῷ παρεκάλει. δύο γάρ ἔφησεν ἄνδρες τὴν αὐτὴν κατοικεῖν πόλιν. ὧν ὁ μὲν πλουσιώτατος ἦν, καὶ πολλὰς εἶχεν ἀγέλας ὑποζυγίων τε καὶ θρεμμάτων, καὶ βοῶν. τοῦ πένητος δ' ἄμνας μία ὑπῆρχε. ταύτην μετὰ τέκνων αὐτὸς ἀνέτρεφε σιτοδιαιτώμενος αὐτῇ τὰ σῖτα καὶ φιλοστοργία πρὸς αὐτὴν χρώμενος, ἤ τις ἂν χρήσαιτο θυγατρί. ξένου δ' ἐπελθόντος τῷ πλουσίῳ τοῦ μὲν ἰδίων ἐδέησε κτηνῶν βοσκημάτων ἠξίωσε καταθῦσαι εὐωχῆσαι τὸν φίλον. πέμψας δὲ τὸν ἀμνάδα τοῦ πένητος ἀ-

πασα-

πασαν, ἐ ταύτην ὡραγκυλάσας εἰσίασε τὸν ξένον. A jugulatam & apparatam hospiti appofuit. His
σφόδρα δ' ἐλυπήθη ὁ λεγόμενος τ βασιλέα. ἡ, πε- verbis rex graviter commotus, scelestum homi-
ρισσως τὸν κάθυρον τὸν ἄνδρωπον ἐκεῖνον ὃς δὴ τὸ ἔρ- nem illum facinus hoc ausum pronuntiavit,
γον ἔτολμησεν ἀπεφλάσατο, καὶ τὸ τετραπλοῦν τι ἀν- justumqve esse, ut quadruplum pro adempta o-
τιτίσαι τὴν ἀμνάδα δίκαιον εἶναι, καὶ ὡς τοῦτῳ βα- vicula restituatur, & ipse insuper capite plecta-
νατῳ ἁλῶναι. νάθαν δ' ἐπιτυχὼν αὐτὸν ἐλε- tur. Tum Nathan incunctanter subjecit, ipsum
γξάσας εἶναι τὸν ἄξιον ταῦτα παθεῖν, ὑφ' αὐτοῦ κε- esse, qvi hac pœna dignus sit, suopte judicio ne-
κριμένον τὰ μισήσαντα μέρα καὶ δεινὸν ἔργον. ἀνεκά- farii sceleris damnatus. ac tum demum illi ex-
λυπτε δ' αὐτὸ καὶ παρεγμένου τὸν ὀργὴν τ θεοῦ ποιη- B posuit, in qvantam indignationem numinis in-
σάντος μὲν αὐτὸν βασιλέα τῆς ἑβραίων δυνάμεως, καὶ currisset, cujus favore universæ gentis Hebræo-
τῶν κυκλῳ πάντων ἐθνῶν πολλῶν ἐ μεγάλων κύριον. rum rex constitutus, circumqvaqve vicinarum
ἐκ μιᾶς δ' ἐπὶ πᾶσι τ ὀκτὼ σὺν ταῖς χερσῶν, δόντος δ' etiam gentium earumqve multarum & magna-
αὐτῷ καὶ γυναῖκας ἀς δικαίως καὶ νομίμως ἠγάγετο. rum dominium consecutus esset: non semel an-
καὶ φοιτήσαντος δ' ἐπ' αὐτὸ καὶ ἐσωθέντος, ὃς ἀλ- tea liberatus è Sauli manibus: nunc cum ejus-
λοτρίαν γάμας ἔχοι γυναῖκα, ἡ τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἀ- dem benignitate aliqvot legitimas uxores habe-
πολωλεκέναι δόλῳ τῷ παλεμίου. δῶρον οὖν αὐτὸν εἶναι at, contempto omni humano simul atqve divino
τοιοῦτον δίκας τοῦ θεοῦ. καὶ βιαθήσεσθαι μὲν αὐτοῦ τὰς jure, alienam eum duxisse uxorem, marito ipsius
γυναῖκας ὑφ' ἑνὸς τ παίδων. ἀποκτανθήσεσθαι δ' ἢ καὶ C interfecto & hosti prodito. Igitur affore divinam
αὐτὸν ἐξ ἐκείνου, καὶ τὸ ἁμάρτημα κρύφα τε δρά- ultionem, & ipsius qvoqve mulieres ab uno è fi-
σαντα, φανερὰν τίνειν ἐπ' αὐτῷ δίκην ὑφέξειν. τεθνήξε- liis per vim constuprandas, & ipsum insidiis ab
σθαι δ' καὶ τὸ παιδάριον τὸ ἐξ αὐτῆς γεγονημέ- eodem appetendum, ut pro clam admisso pecca-
νον. ἀχθεσθεὶς δ' ὁ βασιλεὺς, καὶ συγ- to in propatulo pœnas persolvat, qvin & puerum
χύσεως ἀκαιρῶς, καὶ μὴ δακρύων κ, λύπης αἰσθέσθαι ex ea natum sine mora esse interiturum. territo
λέγοντος, ὡς ὁμολογουμένως θεοσεβὴς, κ, μηδὲν ἁ- autem per hanc denunciationem rege, vehemē-
μαρτὼν ἄλλως πρὸς τὸν βίον, ἢ τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν γυναῖ- terqve perturbato, & cum lacrymis fatente se
κα, αἰδεσθεὶς ὁ θεὸς. καὶ μᾶλλα πεσὼν φυλάξειν αὐτῷ D peccasse in Deum: erat enim vir pius, & qvi, hoc
καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὴν βασιλείαν ἐπαγγειλάμενος. μεθ- uno excepto, in tota vita nihil admiserat: placa-
ημέραν δ' ὀκτὼ τ παιδὸς ἀσθενήσαντος, ἀκέτι κάλεπῶς ἔχειν ἐ- tus Deus recepto in gratiam promisit, & regnum
φασκε. καὶ νὰθαν μὲν ταῦτα τὸν βασιλέα προφητεύ- & vitam ei servaturum se esse. Post pœnitenti-
σας, οἶκαδ' ἐπανῆλθε. τὸν δ' ἐκ τῆς ἀρχῆς γυναικὸς am enim non amplius se iratsci. Atqve ita Nathan
ἠγαπημένον παῖδα δαβὶδ, νόσον ἐνοκεῖσθαι χαλεπὴν τῷ θεῷ. postqvam futura regi aperuisset, domum rever-
ἐφ' ᾗ δυσφορῶν ὁ βασιλεὺς, προφὲν μὲν ὅτι ἡμέ- titur. Porro infans, ex uxore Uriæ natus Davi-
ρας ἑπτὰ, καὶ πᾶσα ἀναγκαζόντων τ οἰκείων ἀ προσή- di, immittente Deo, gravi morbo corripitur, cu-
νεγκατο. μίλαναν ἢ σκεθρωπὸς ἐσθῆτα, πεσὼν ὅτι E jus vicem mœstissimus pater dolenter ferens,
κατὰ γῆς ἑκατὸ, τ θεὸν ἐκέτευε τ δ παιδὸς ἱκετεύων per septem dies à familiaribus induci non potu-
σύντομος. σφόδρα γὰρ ἐστέργεν αὐτοῦ τὴν μητέρα. τῇ δ' it, ut ullum cibum degustaret: sed atratus & sac-
ἑβδόμῃ τ ἡμερῶν τελευτήσαντος τ παιδὸς, ἀκ ἐτόλμων co amictus, humi prostratus jacebat, & à Deo sa-
τὸ βασιλέα τὸ μειζόν οἱ θεράποντες, λογιζόμενοι μὴ lutem pueri precabatur. Nimis enim ejus matrem
γνοὺς ἐπ' μᾶλλον ἀσχοληῖ ἢ τροφῆς κ τ' ἄλλης ἐπιμε- diligebat. Septima vero die mortuo puero,
λείας, ὡς ἂν ὄπι τέκνῳ πόθῳ τετελευτηκότος, ὁπότε F familiares non audebant hoc regi indicare, veri-
γνοίης ἅτως τάδε τ λύπης αὐτ ἐκάκω. παραπλομένων ti, ne re cognita, pertinacius etiam à cibo reli-
δ' αὐθομένως τ οἰκετῶν ὁ βασιλεὺς, ἐ τοῦτο παχόν- quaq; cura corporis abstineret, desiderio defun-
των μᾶλλον συγπρίψαι ἤλπισι συμβαίνῃ, σωνεὶς ἐπ' cti infantis, cujus morbum tam impotenter tulis-
αὐθήμερον ὁ πᾶις, προσφωνήσας ἕνα τ οἰκετ, ἐ μα- set. qui cum turbatam familiam sentiret, & ali-
θὼν τάληθὲς ἀνίησε). ἐ λυσάμενος ἐ λαβὼν ἐσθῆτα qvid mali celari, facile intellexit, extinctum puer-
λαμπρὰν, ἧς τὴν σκηνὴν ὁ θεὸς ἐφαγίνε). ἐ κελεύσας δεῖ- rum: accitoq; uno è famulis, postqvam veritatē
πνον αὐτῷ ἐφθῆναι, πολλὴν ὅτι τοῦ φθόλογο comperit, confestim surrexit: lotus deinde sum-
τὴν συγχυσιν ἡ, τὴς οἰκέτας ἐκπληξιν παρῆχεν, ὅτι ptaq; veste candida, ad Dei tabernaculum prope-
μηδεὶ τούτων ὅπι νοσοῦντι τοῦ παιδὸς ποιήσας, πρὸ ὁμὲ ravit, posthac jussis famulis, ut cœnam sibi appo-
πολλοστὸ ἐπάσθη. τὴν τοιαύταν δεηθέντες ὅπι- nerent, præter omnem opinionem, admirationi
πρέψαι πρῶτον αὐτὸς πυθέσθαι παρεκάλεν ἐπεῖν τ γε- fuit omnibus cognatis & domesticis, stupenti-
γεμένων, ὁ δὲ, ἀμαθὴς ἐπῶν αὐτὸς ἐδίδασκεν, ὡς G bus, qvod, cum nihil horum ægrotante puero fe-
ἐπ μὲν ζῶντ τ παιδὸς, ἔχων ἐλπίδα σωτηρίας αὐτῷ cisset, nunc post ejus obitum omnia simul face-
δεόντως ποιεῖν ἐποίει, τὸν θεὸν ἡγούμενος τοῦτο δύ- ret: impetrataq; prius licentia, causam scisci-
μῃ καταστῆναι. ἀποθανόντ δ' οὐκέτι χρεὼν εἶναι tabantur. Tum ille: Non intelligitis, inqvit, qvod
λύπης ματαίας. ταῦτ' ἐπόντ, ἐπήνεσαν τὸν σο- dum puer viveret, de salute ejus sperans, nihil
φίαν καὶ τὴν διάνοιαν τ βασιλέως. συνελθὼν δ' τῇ non faciebam, qvo Deum flecterem? nunc post-
γυναικὶ βεβαίαν, ἔγκυον αὐτὴν ἐποίησε. ἐ γενόμενον qvam is obiit, supervacaneum sit inaniter mœ-
ἄρρεν παιδίον, σαλομῶνα προσηγόρευσε, νάθα δ' προ- rore confici. His auditis, omnes sapientiam ejus
φήτου κελεύσαντος. ἰωάβου δ', τῇ πολιορκίᾳ τὰς ἁμμα- laudaverunt. nec ita multo post Bethsabe gravi-
da, erasis legitimis naturæ mensibus, filiū ei peperit, qvem Nathanis monitu Salomonē nominavit. In-

terea Joabus Ammanitas aeri obsidione premebat, præcisis aqvæductibus, & commeatibus interceptis, ita ut fame simul & siti laboraretur, ab unico enim puteo spes eorum pendebat, ac ne hoc quidem ad satietatem utebantur, parce & aqvam dispensantes, ne forte in totum deficeret. Hæc Joabus per literas regi significavit, hortans, ut ad excidium urbis ipse veniret, & hunc qvoqve titulum victoriis suis apponeret, qui collaudato ducis officio fideqve, assumpto secum exercitu, ad devastandam Rabatham proficiscitur: eamqve mox vi captam militi diripiendam permisit. ipse vero ex præda nactus est Ammanitarum regis auream coronam talentum pendentem, & precioso sardonyche insignem, qvam postea capite gestare solitus est. nec non & alia multa ac magni precii præda in ea urbe potitus est. viros vero ejus excruciatos prius ad unum interemit: nec mitius alias Ammanitarum urbes tractavit, pari modo expugnatas. Post hanc victoriam domum reverso grave quiddam accidit ex tali causa: Filiam habebat adhuc virginem, formosissimas qvasqve mulieres pulchritudine vincentem, Thamaram nomine: ex eadem, qua Abesalomus, genitrice natam. hujus amore correptus Amnon, filiorum Davidis natu maximus, cum propter virginitatem ipsius & asservationem potiri ea non posset, adeo passione hac conflictabatur, ut non aliter, qvam ex morbo lentam tabem ac pallorem sibi contraheret, id malum deprehendit Jonathas, qvidam ejus cognatus & amicus, vir prudens & magni consilii. videns enim Amnonem à nativa corporis habitudine indies magis ac magis deficere, accessit illum, rogans, ut causam sibi indicaret. Suspicari enim se, amatoriam qvandam esse hanc passionem. qvo fatente, sororem germanam sibi adamatam, consilium dat, qvomodo optatis potiri valeat. svasit enim, ut simulata ægritudine, simulatqve pater visendi causa illum accessisset, roget, ut sororem ad se mittat, cujus ministeriis relevatus eo citius convalescere possit. Paruit Amnon, & cum nihil cunctatus decubuisset, simulare morbum cœpit. Dein cum pater officiose invisens percontaretur de valetudine, petiit, sororem ad se mitti. ea postqvam jussu patris accita venit, postulavit, ut suis manibus colyphia frixa afferret. Sic enim libentius se comesturum. quæ in conspectu fratris farina subacta, formatisqve colyphiis ac frixis, juveni obtulit. at ille non ea gustavit, sed famulis mandavit, ut, qvotqvot præ foribus cubiculi obversarentur, submoverent, dicens se absq; strepitu qviescere cupere. qvo facto, jussit sororē in intimum conclave paratam cœnā inferre. qvod cū puella fecisset, apprehensæ svadere cœpit, ut sui copiam faceret. At puella exclamat: Abstine vim, frater, abstine, nefas est te rē tā turpē perpetrare. Desine à tam flagitiosa cōcupiscentia, qvæ nihil præter dedecus & infamiā toti familiæ nostræ afferre potest, aut si resistere ei non vales, à patre tibi hoc impetrandum est, non per vim extorqvendum. at ille amore fervens non paruit,

VIII. 2. *Reg.* 13.

νίτας ἰσχυρῶς ἐκάκου, τ τε ὑδάτων αὐτὸς ἀποτεμόμ@, κ τῆς τ̃ ἄλλων ἐπαγωγῆς, ὡς πάνυ παλαιπωρεῖν ἐνδεία πᾶσ κ τροφῆς, ἐξ ὀλίγου γὰ φρέατ@ ἦν τὸ πιστεῦον τ πηγὴν ἀφθονώτερον χορηγοῦν. χαίρει τῷ βασιλεῖ ταῦτα δηλῶν κ, ὡς ἂν καλῶν αὐτὸν ἐπὶ τ ἀναίρεσιν τῆς πόλεως ἐλθεῖν, ἵνα τὸν νικητ̃ αὐτὸς ἐπιγράφηται. ταῦτα ἰωάβ@ χαίρων@. ἀποδεξάμεν@ τ̃ νέας κ τ̃ πίστεως ὁ βασιλεύς, ὡς καλῶν τὸν συνεπῄνεσεν δύναμιν, ἦκεν ἐπὶ τὸν ῥαββατ̃ις πορῆσιν. κ κρατ@ ἑλὼν ἀφαρπάσας τοῖς σφαγιώταις ἔφηκεν. αὐτὸς γ, τ δ βασιλέως τ ἀμμανιτ̃ων λαμβάν στέφανον, ἑλκυστ@ χρυσ̃ τάλαντον, κ πολυτελῆ λίθον ἔχοντ@ ἐν μέσῳ σαρδόνυχα, ἐφόρει δ' αὐτὸν ἐπὶ τ κεφαλῆς διηνεκῶς. πολλὰ γ κ ἄλλα σκῦλα λαμπρὰ κ πολύτιμα εὗρεν ἐν τῇ πόλει. τοὺς δ' ἄνδρας αἰκισάμενος διέφθειρε. ταῦτα γ ἐπὶ τὰς ἄλλας τ ἀμμανιτ̃ων πόλεις διέθηκεν, ἑλὼν αὐτὰς κ̃ κρατ@. ἀναστρέψαντ@ δ' εἰς ἱεροσόλυμα τ̃ βασιλέως, πλῆσμα αὐτ̃ τοῦ οἰκείου ἐξ αἰτίας τοιαύτης καταλαμβάνει. συγκατῆρ γὰρ αὐτῷ, παρθένος μὲν ἔτι, τ̃ γ κάλλος δ' ὑπερέπης, ὡς ἁπάσας ὑπερβαλλ τὰς δ' μορφωτάτας γυναῖκας, θημάρ@ ὄνομα, τῆς δ' αὐτῆς ἀδελφὸς μητρὸς κεχοινωκυῖα. ταύτης ὁ πρεσβύτατ@ τ̃ Δαβὶδ παίδων ἀμνὼν ἐρασθείς, ὡς ἔτι παρθένειαν αὐτὴν, ἅτε διὰ τοῦ φυλακεῖον τυχὸν τ̃ ἐπιθυμίας ἐδύνατο, χαλεπῶς διέκειτο. κ τὸ τ σῶμα τ̃ ἀδύνης αὐτὸν καταφθίσης καὶ ἰσχναίνετο κ τοῦ χρόα μετέβαλεν. δῆλ@ γ ταῦτα πάσχων γίνε ἰωνάδῃ τινὶ συγγνοὺς κ φίλῳ, σωφρὼν δ' ἦν ἔτος ἐν τοῖς μάλιστα ἐ τοῦ Δαυὶδου ὀξύς. ὁρῶν οὖν καθ' ἑκάστην ἡμέραν τ̃ ἀμνὼνα μὴ κ̃ φύσιν ἔχοντα τὴν σώμαλη, προσελθὼν ἠρώτα φράσαι τοῦ αἰτίαν αὐτῷ. εἰκάζειν μὲν γὰρ αὐτὸς ἔλεγεν ἐξ ἐρωτικῆς οὕτως ἔχειν αὐτὸν ἐπιθυμίας. δ γ ἀμνὼν@ ὡμολογήσαντ@ τὸ πάθ@, ἐπὶ τῆς ἀδελφῆς ἐρᾷ τυγχάνοι ἐμοπατρείας, ὁδὸν αὐτῷ καὶ μηχανὴν εἰς τὸ θεραπεῦσαι τ̃ ἐυκτῶν ὑπέθετο. νοσεῖν γὰρ ὑποκρίνεσθαι παρῄνεσεν. ἐλθόντα γ πρὸς αὐτὸν τὸν πατέρα, πέμψαι τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῷ Δαμαρηησομένην, σκέλασι θᾶσσον καλέσαι. ῥᾴων γὰρ ἔσεσθαι κ ταχέως ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς νόσου. τάττ γνομένων, καταπεσὼν ὁ ἀμνὼν ἐπὶ τοῦ κλίνου, νοσεῖν προσεποιεῖτο κ̃ τὰς ἰωνάθου ὑποθήκας. θεραπευομένου γ ἤδεσαν οἱ πατρὸς κ σκεπτομένου πῶς ἔχει, τοῦ ἀδελφοῦ ἐδέησε πέμψαι πρὸς αὐτόν. ὁ δ' εὐθὺς ἐσκέλασεν ἀχθοῦσα. ἥκουσα γ προσεῖχεν ἄρτους αὐτῷ ποιῆσαι τηγανίτους, αὐτάρκως ἡμομένη. προσοίσεσθαι γὰρ ἤδεσαν ἐκ τῶν χειρῶν. ἡδὺ ἐμβλέπων@ τοῦ ἀδελφῆς φυράσασα τὸ ἄλευρον, κ θεάσασα κολλυρίδας. κ τηγανίσασα, προσήνεγκεν αὐτῷ. ὁ γ ἔτι μὲν οὐκ ἐγεύσατο. προστάξας γ τοῖς οἰκέταις παρασκευαζομένοις πάντας πρὸς ὃ θεραπεύειν. βαλεῖν γὰρ ἀναπαύσασθαι. θορύβου κ παραχῆς ἀπηλλαγμένου. εἰς γ τὸ κελεύσθεν ἐχώρει, τοῦ ἀδελφοῦ σκέλασεν εἰς τὸν ἐνδοτέρω οἶκον τὸ δεῖπνον αὐτῷ παρενεγκεῖν. παρασάσης γ ἔτι τῆς κόρης, λαβόμεν@ αὐτῆς, συνελθεῖν αὐτῷ πρόθυμον ἐπειρᾶτο. ἀναβοησαμένη γ ἡ παῖς ἀλλὰ μὴ σύ γε ἔτι βιάσῃ με, μὴ γ ἀσεβήσῃς εἰπὲν ἀδελφὲ τὰς νόμους θεραπεύων, καὶ ὄνειδ θεβαλὼν σαυτ̃ αἰσχύνῃ. σαῦσαι σ' ἔτως ἀδίκῳ κ μιαρᾷ ἐπιθυμίᾳ, ἐξ ἧς ὄνειδ@ κ κακοδοξίαν ὁ οἶκ@ ἡμῶν κερδανεῖ. συνεβούλευέ τε θεῖ τούτ Δαμαλεχθέντα τῷ πατρὶ, συγχωρήσειν. γὰρ ἐκεῖνον, ταῦτα δ' ἔλεγεν, βιαζομένην τ ὁρμὴν αὐτ̃ τ ὀρέξεως πρὸς τὸ παρὸν διαφυγεῖν. ὁ δ'

ὁ δ' οὐκ ἤθελεν, τῷ ἔρωτι κρατούμενος, καὶ τῆς παρθένου κρείττονος μᾶλλον βιάζεται τὴν ἀδελφήν. μισήσας δ' αὐτὴν μετὰ τὴν ἁρπαγὴν ἐκέλευσεν ἀναχωρεῖν ἀπέναντι. τῆς δὲ χάριν τοῦ μίσους καὶ ἀφ' ἑτέρου καλοῦσης, εἰ βιασάμενος αὐτὴν μηδὲ ἄχρι νυκτὸς ἤνεσχε μεῖναι, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπήλλαττεν κελεύσειεν ἡμέρα καὶ φωτί, ἵνα μάρτυσι τῆς αἰσχύνης χρήσηται, προσετάξεν αὐτοῦ σκεδαννύειν τὴν στέγην. ἡ δέ, ἀπειλῆς ὑπὸ τῆς ὕβρεως καὶ τῆς βίας ἠμαυρωμένη, περιρρήξασα τὸν χιτωνίσκον (ἐφόρουν γὰρ αἱ τῶν ἀρχαίων παρθένοι χειροδέτους ἄχρι τῶν σφυρῶν πρὸς ἀμβλὺ βλέπειν δοκοῦσας χιτῶνας) καὶ κατόδυν καταχεαμένη τῆς κεφαλῆς, ἀπῆλθε διὰ τῆς πόλεως βοῶσα καὶ ὠδυρόμενη τὴν βίαν, ἐντυχοῦσα δ' αὐτῇ ἀδελφὸς ἀβεσσαλὼμου, ἀνέκρινε τίνος αὐτῇ δεινοῦ συμβάντος ἔτυχεν. κατασπουσα δ' αὐτῆς πρὸς αὐτὸν τὴν ὕβριν, ἠνυχάλει καὶ μετρίως φέρειν παρῄνει, καὶ μὴ πολλὴν ὑπέρθυμον φλαρεῖσαν τὸν ἀδελφοῦ. ἡ δ' ὑπὸ λύπης πεπτωκυῖα τῆς βοῆς, καὶ ἐπὶ πολλοὺς τὴν βίαν ἐκφέρειν. καὶ πολὺν χρόνον χηρεύουσα παρ' ἀβεσσαλὼμῳ τῷ ἀδελφῷ διεκαρτέρησε. γνοὺς δὲ ταῦτ' ὁ πατὴρ δαβὶδης τοῖς μὲν πεπραγμένοις ἠχθετο. φίλων δ' τι ἀμνὼνα σοφόβα, πρεσβύτατος τῶν υἱῶν αὐτῷ, μᾶλλον αὐτὸν ἠναγκάζετο. ὁ δ' ἀβεσσαλὼμος, ἐμίσησε χαλεπῶς αὐτόν, καὶ λαθραίαν καιρὸν εἰς ἀμνῶνα αὐτὸς τὴν ἁμαρτίας ὑπῆρξεν παρεφύλαττεν. ἔτος δ' ἤδη τοῖς περὶ τὸν ἀδελφὴν αὐτοῦ πάθεσι διελήλυτο δεύτερον, καὶ μέλλων ὑπὲρ τῶν ἰδίων κουρᾶν ἐτέραν θρεμμάτων εἰς βελσεφῶν, πόλις δέ ἐστιν αὕτη τῆς ἐφραὶμ κληρουχίας, παρεκάλει τὸν πατέρα σὺν καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐφ' ἑστιάσει. δεηθεὶς δ' οὐκ ἂν μὴ βαρύς εἶναι δόξοι τοῖς, τοὺς ἀδελφοὺς ἀποστείλας παρεκάλεσε. πεμψάντος δὲ, τοὺς ἰδίους ἐκέλευσεν ὁπηνίκα ἴδωσι τὸν ἀμνῶνα μέθῃ παρειμένον καὶ κάρῳ, νύσσειν καὶ αὐτὸν φονεύσωσιν, μηδὲν φοβηθέντες.

DE Davide igitur & ejus virtute, qvantorumqve bonorum suæ genti autor fuerit, & qvantis bellis feliciter gestis senio confectus decesserit, in proximo volumine docuimus. Cæterum posteaqvam Solomon ejus filius, ætate etiam tum juvenis, regnum adeptus, ex sententia patris & decreto divini numinis in solio consedit, populus qvidem totus, ut novis regibus solet, faustis acclamationibus precatus est ei perpetuam rerum felicitatem, & post regnum bene administratum diuturnam senectutem. Adonias vero, qvi etiam vivente patre occupare conatus est regnum, accessit ad regis matrem, eamqve blande salutavit. Qva qværente nunqvid venisset, qvod opera sua opus haberet, omniaq; benigne pollicente, orsus est dicere, ipsam qvoq; nosse, qvod tam ætatis prærogativa, qvam populi consensu regnum sibi deberetur. sed qvoniam Deo visum sit, id transferre in filium ejus Solomonem, se qvoqve libenter ferre illius dominationem, & contentum esse præsenti conditione. rogavit deinde, ut apud fratrem pro se intercederet, eiqve persvaderet, ut bona ejus pace liceat sibi ducere Abisacen cum patre cubare solitam. Esse enim adhuc virginem, qvod pater præ senio congredi cum ea non valuisset. Bethsabe vero promisit operam suam in hoc negotio, & de hoc conjugio bene eum sperare voluit, tum qvod rex ultro fratri gratificari cuperet, tum qvod eo preces matris essent accessuræ: atqve ita plenum spe hominem dimisit, moxq; ipsa ad filium properavit, colloquutura de eo, qvod Adoniæ petenti promiserat. cui cum rex occurrisset, complexuqve eam excepisset, deducta in cubiculum, in qvo tum erat regia sella, sedit, jussitqve alteram matri à dextris poni.

3. Reg. 2.

Qvæ postqvam consedit, Unam, inqvit, gratiam, A
fili, petenti mihi annue, neqve tuo renutu tri-
stiorem facias. Respondit ille, juberet, quicquid
vellet, pium enim esse, matri qvidlibet concede-
re: nec oportuisse eam sic præfari, ac si negatu-
rum suspicaretur, sed certam impetrandi spem
habere. tum illa rogat, ut virginem Abisacen
Adoniæ fratri nuptum tradat. At rex iratus di-
misit matrem, dicens Adoniam majora moliri, B
mirariqve se, qvod non eadem opera postularet,
ut regnum ei tanqvam natu grandiori cederet,
qvando Abisacæ conjugium expetat, habens a-
micos potentes, Joabum imperatorem copiarum
& Abiatharum sacerdotem. Moxqve accito
Banaja præfecto satellitum, mandavit ei, ut A-
doniam fratrem interficeret. Vocato deinde Abi-
atharo sacerdote, Te, inqvit, supplicio eximunt
tum alii labores acti cum meo patre, tum illud C
præcipue, qvod una cum eo arcam transtuli-
sti. Hæc autem pœna tibi erit Adoniæ partes
sequuto, ut neqve hic maneas, neqve in conspe-
ctum meum venias: sed abi in patriam tuam, &
illic ruri vive. atqve ibi usqve ad mortem dege,
qvandoqvidem talia commisisti, propter qvæ
indignus es, ut honoribus fruaris. Ob hanc ita-
qve causam ablatus est sacerdotalis honor à do- D
mo Ithamari, sicut Deus Eli prædixerat avo Abi-
athari, & translatus est in genus Phineesis ad Sa-
docum. Cæterum eo tempore qvo pontificatus
in Ithamari domo fuit, post Elim primum ex ea
familia pontificem, ex Phineesis gente privatam
vitam egerunt hi: filius Josephi pontificis Boc-
cias, & hujus Joathanus, Joathami vero Ma-
ræothus, & Maræothi Arophæus, Arophæi A-
chitobus, cujus fuit Sadocus, qvi primus, Davi- E
de regnante, pontifex est creatus. Porro Joabus
imperator, audita nece Adoniæ, valde extimuit.
ejus enim amicitiam magis qvam regis coluerat,
& ideo non immerito male suspicans ad altare
confugit, impunitatem se inde qvæsiturum ex-
istimans, propter notam regis erga Deum pieta-
tem. Qui posteaqvam de Joabo renuntiatum
est, misit Banajam, qvi citaret eum ad suum tri- F
bunal causam dicturum. Joabus autem nega-
bat se fanum relicturum, sed ibi potius qvam ali-
as moriturum. Hoc ejus responso per Banajam
accepto, rex jussit, ut inibi caput ejus, ita ut vel-
let, abscideretur, & hanc pœnam lueret pro du-
obus imperatoribus, qvos contra omne fas ac
nefas peremerat. Corpus vero sepeliri, ut pec-
cata ejus apud posteros manerent, ipse vero ac
pater innocentes essent, qvod ad Joabi mortem
attinet. Banajas vero exequutus mandatum, ipse
in imperium copiarum ei successit. Post hæc ab-
rogato Abiatharo pontificatu, rex solum Sadocū
id sacerdotium obtinere voluit. Semei deinde
imperavit, domo Hierosolymis extructa inibi a-
pud se manere, interdicto Cedronis torrentis
transitu: aut si secus fecerit, esse capite mulctan-
dum. nec contentus interminatione, jurejurando
hominem ad id mandatum servandum adegit.

σαις σκέλδυσεν ἕτερον ὀκ δεξιῶν τεθῆναι τῇ μητρί. καθεζομένης δ' ἐκείνης βεβαιοῦν, μίαν, εἶπεν, ὦ πρᾶ χαριεῖται μοὶ κατάνευσον καὶ μηδὲν ἐξαρνήσεων δύσκολον μὴ γένῃ σκυθρωπὸν ἀπερχόμενον. ἐπὶ δὲ σολομῶν ἐπιστάντος, πύθεται δ' ὅσιον εἶναι κατὰ παρέχειν, καὶ τι προσμεμψαμένη τ' ἀρχὴν ὅτι μὴ μέγ' ἐλπίδος ἤδη βεβαίας ἐπὶ τυχεῖν ὧν ἀξιοῖ πείθῃ τοὺς λόγους, ἀλλ' ἀρνήσιν ὑφορωμένη. δοῦναι τὴν παρθένον αὐτὸν Ἀδωνίᾳ τῷ ἀδελφῷ πρὸς γάμον παρεκάλει. λαβὼν δὲ πρὸς ὀργὴν ὁ βασιλεὺς τὸν λόγον, ἀποπέμπεται μὲν τὴν μητέρα, μειζόνων δ' ἐρέσθαι πραγμάτων ἐπὶν ἀδωνίαν, καὶ θαυμάζειν πῶς οὐ παραχωρήσοι καὶ τῆς βασιλείας ὡς πρεσβυτέρῳ παρακαλεῖ, τὸν γάμον αἰτῶ τὸν Ἀβισάκης αἰτιάμενον, φίλους ἔχοντι δυνατούς, ἰωάβον τὸν στρατηγὸν, καὶ Ἀβιάθαρον τὸν ἱερέα. καὶ μεταπεμψάμενος Βαναίαν τὸν ἐπὶ τ' σωματοφυλάκων ἀποκτεῖναι προσέταξεν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν ἀδωνίαν. καλέσας δὲ τὸν Ἀβιάθαρον τὸν ἱερέα, θανάτου μὲν ἔπαι, ῥύεταί σε τά τε ἄλλα ὅσα τῷ πατρί μου συνέκαμες, καὶ ἡ κιβωτὸς, ἣν συνῆρας αὐτῷ μετήνεγκας. ταύτην δέ σοι τὴν τιμωρίαν ἐπιτίθημι παραμένων μὴ ἀδωνίᾳ καὶ τοῖς ἐκείνου φρονήσουσι, μήτε ἐνταῦθ' ἴδῃ, μήτ' εἰς ὄψιν ἀπαντᾶν τῷ ἐμοὶ, ἀλλ' εἰς τὴν πατρῴαν πορεύθεις, ἐν τοῖς ἀγροῖς ζῆθι, καὶ δ' τὸν ἄχρι τελευτῆς ἔχε τὸν βίον, ἀμαρτὼν δὲ μηκέτι εἶναι δίκαιος ἐν ἀξίᾳ παπαίνε-
σαι μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ἱερατικῆς τιμῆς ὁ Ἰθαμάρου οἶκος ἀλλὰ τῷ προειρημένου αἰτίαν· καθὼς τοῦ Ἀβιαθάρου πάππου προεῖπεν ὁ θεὸς Ἠλεί. μετῆλθε δ' εἰς τὸ Φινεέσου γένος, τοῦτο σάδωκον. οἱ δ' ἰδιωτεύσαντες ἐκ δὲ Φινεέσου γένους, καθ' οὓς κράτει εἰς τὸν Ἰθαμάρου οἶκον ἡ ἀρχιερωσύνη μετῆλθεν, ἦλι πρώτῳ ταύτην παραλαβόντος, ἦσαν ἔτοι. ὁ δ' ἀρχιερεὺς ἰωσήπου φησὶ, βοκκίας. τούτου δ' ἰωάθαμος, ἰωάθου μὲν μαραωθος, μαραωθου δ', ἀροφαῖος, ἀροφαίου δ', ἀχίτωβος, ἀχίτωβου δ', σάδωκος, ὃς πρῶτος ἐπὶ δαβὶδ τοῦ βασιλέως ἀρχιερεὺς ἐγένετο. ἰωάβου δ' ὁ στρατηγὸς, τὴν ἀναίρεσιν ἀκούσας τοῦ ἀδωνίᾳ, δείσας ἐγένετο. φίλου γὰρ αὐτῷ μᾶλλον, ἢ τοῦ βασιλέι σολομῶνι. καὶ κίνδυνον ἐκ τούτου, διὰ τὴν πρὸς ἐκείνου εὔνοιαν ὀκ ἀλόγως ὑποπτεύων, καταφεύγει μὲν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. ἀσφάλειαν δ' ἡγούμενον αὐτῷ πρεῖναι ἐκ τῆς πρὸς τὸ θεὸν εὐσεβείας τοῦ βασιλέως. ὁ δ', ἀπαγγελάντων αὐτῷ τὴν ἰωάβου γνώμην, πέμψας Βαναίαν, ἐκέλδυσεν ἀναιρεῖσθαι αὐτὸν ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἄγειν ὡς ἀπολογησόμενον. ἰωάβου δ' ὀκ ἐθέλοντος καταβῆναι τὸ ἱερὸν, ἀλλ' αὐτοῦ πεῖσαι μᾶλλον ἢ ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ. Βαναίας δ' τὴν ἀπόκρισιν αὐτοῦ τοῦ βασιλέι δηλώσαντος, προσέταξε σολομῶν ἐκεῖ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμεῖν καθὼς βέλεται, καὶ ταύτην λαβεῖν τὴν δίκην, ὑπὲρ τῶν δύο στρατηγῶν, οὓς ὁ ἰωάβου ἀνοσίως ἀπέκτεινε. θάψαι δ' αὐτοῦ τὸ σῶμα, ὅπως τὰ μὲν ἁμαρτήματα μηδέποτε καταλείπῃ τὸ γένος τὸ ἐκείνου, τῆς δ' ἰωάβου τελευτῆς, αὐτὸς τε, ὁ πατὴρ αὐθῶσι τυγχάνωσι. καὶ Βαναίας μὲν τὰ κελευσθέντα ποιήσας, αὐτὸς ἀποδείκνυ στρατηγὸς πασῶν δυνάμεων. σάδωκον δὲ πεῖσαι μόνον ὁ βασιλεὺς τὸν ἀβιάθαρον τόπον ἐν μετοικήσεται. σεμεῖ δ' ὧδε προσέταξεν, οἰκίαν οἰκοδομήσαντι μένειν ἐν ἱεροσολύμοις αὐτοῦ προσεδρεύοντα, καὶ μὴ διαβαίνειν τὸν χειμάρρουν κεδρῶν· ἔχειν ἐξουσίαν. ὀμόσαντος δὲ τοῦτο, θάνατον ἐπειδὴ τὸ προσταγμένον. τοῦ δὲ μεγάθει τῆς ἀπειλῆς, καὶ ὅρκους αὐτὸν προσαναγκάσαι ποιήσαι.

σεμεῖς

σημείου ἡ χάριν οἷς προσετάξεν αὐτῷ σολομὼν ἔχειν φήμας καὶ ταῦτα ποιοῦν προσομοίως, καταλιπὼν τ πατρίδα, τὴν Δαμασκὸν εἰς τοὺς ἱεροσολύμους ἐπιέτο. διελθόντων ἡ τριῶν ἐτῶν ἀκούσας δύο φύλας ἀποδράντας αὐτὸν εἰς γίτθη τυγχάνοντας, ὥρμησ ἐπὶ τὰς οἰκείας. ἐπανελθὼν ἡ μετ' αὐτῶν, ὁ βασιλεὺς ἀλλοφύλους, ὡς καὶ τ ἑπτὰ ὧν αὐτῷ, κατεφρόνησεν θ, καὶ τὸ μεῖζον τ ὅρκων ἃ θεῷ μηδὲν μέλον ἐφρόντισε, χαλεπῶς ἔσχε. καὶ καλέσας αὐτὸν, ἃ σὺ φησὶν ὤμοσας μὴ καταλύσειν ἐμὲ, μηδὲ ἐξελεύσεσθαι, ποτε ταύτης τῆς πόλεως ἀλλοῦ; οὐκ ἀν ἀποδράσης τιὰ τῆς ἐπιορκίας δίκην, ἀλλὰ καὶ ταύτης καὶ ὧν τ πατέρα μου ὦδε τὴν φυγὴν ὑβρίσας πεμφθήσῃ σε πονηρὸν ἡγούμενον, ἵνα γνῷς ὅτι κερδαίνουσιν οὐδὲν οἱ κακοὶ μὴ παρ' αὐτὰ τὰ δίκαια κακωθέντες, ἀλλὰ παντὶ τῷ χρόνῳ ὦ νομίζειν αὐτοὺς εἶναι μηδὲν πεπονθότες, αὔξε καὶ γίνε μείζων ἡ κόλασις αὐτῶν, ἢν ἀν παρ' αὐτικα τιμημελήσαντες ἔθεσιν. καὶ σε μὲν ὁ κελεύσας Βαναίας ἀπέκτεινεν. ἤδη ἡ τῶν Βασιλέων βεβαίως ἔχων ὁ σολομὼν, καὶ τ ἐχθρῶν κεκολασμένων, ἄγε τὸν Φαραὼ ὃς τ αἰγυπτίων βασιλέως θυγατέρα. καὶ καταστήσας τὰ τείχη τ ἱεροσολύμων, πολλῷ μείζω καὶ ἰσχυροτέρα τῶν πρόσθεν ὄντων, διῆπε τὰ πράγματα λοιπὸν ἤδη πολλῆς εἰρήνης. μηδ' ὑπὸ τῆς νεότητος πρὸς τε δικαιοσύνην καὶ φυλακὴν τ νόμων, καὶ μνήμην ὧν ὁ πατὴρ τελῶν ἐπίστευε βλαπτόμενον. ἀλλὰ πάνθ' ὅσα οἱ τῆς χρείους προσεδεήκοτες, καὶ πρὸς τὸ φρονεῖν ἀμαίζοντες, μὴ πλῆθος ἀκριβείας ἐπιτελῶν.

Κεφάλαιον β.

Περὶ τῆς σοφίας σολομῶνος, καὶ τῆς σωφρόσυνης, καὶ ὅτι πρῶτος τὸν τῷ ἱεροσολύμοις ναὸν ᾠκοδόμησεν.

Ἔγνω δ' ὡς χερσὶν ἀφθόνως ἀφθονόμενος, ὅτι δ' χαλκῆ θυσιαστήριον καὶ κατασκευασθέντες ἔσω μωσέως, θύσας τῷ θεῷ. καὶ χίλια τὸν ἀριθμὸν ὁλοκαυτώσεν ἱερεῖα. ὅτ' ἡ πίστεως μεγάλως ἔδοξε τ θεὸν τετιμηκέναι. φανεὶς δ' αὐτῷ κ τὴν ὕπνου σκοτίαν τῆς νυκτὸς, ἐκέλευσεν αὐτῷδ τινας ἀντὶ τῆς εὐσεβείας δῶσ αὐτῷ δωρεάς. σολομὼν ἡ, τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τ θεῷ πεφυκότα ἤθισε, καὶ λαβεῖν ἀνθρώπῳ συμφορώτατα τὸν θεὸν ἠτήσεν. ἀ δὲ χρυσὸν ἀ δ' ἄργυρον, ἀδὲ τὸν ἄλλον πλοῦτον ὡς ἀνθρωπ καὶ νέῳ ἠξίωσεν αὐτῷ προσοφθῆναι. ταῦτα δ' ἐχεδὸν νενόμικεν ὦδε τοῖς πολλοῖς μόνα σπουδῆς ἄξια, καὶ θεῷ δῶρα εἶναι. ἀλλὰ δός μοι φησὶ διάνοιαν νοῦν ὑγιῆ, καὶ φρόνησιν ἀγαθὴν, οἷς ἀν τὸν λαὸν παλαίσῃ καὶ τὰ δίκαια λαοῖς ἀνακρίνομι. τύτοις ἤδη τοῖς αἰτήμασιν ὁ θεὸς, καὶ τἄ τε ἄλλα πάνθ' ὧν σὺκ ἐμπόδη ὦδε τὴν σολομῶνι, δώσειν ἐπηγγείλατ, πλοῦτον, δόξαν, νίκην πολεμίων, καὶ πάντων σωφροσύνην καὶ σοφίαν, οἵαν σὺκ ἄλλον τινὰ ἀνθρώπων ἔσχεν ἔτε βασιλέων ἔτ' ἰδιωτῶν. φυλάξειν τε καὶ τοῖς σκήπτροις αὐτῷ τὴν βασιλείαν ὅσ' πλήσιον ἐπιγένητο χρόνον, ἂν δίκαιος τε ὢν ἀρχὴν καὶ πειθόμενος αὐτῷ καὶ τ πατέρα μιμούμενος τὸν οἷς ἦν ἄριστος. ταῦτα δ' θεὸν σολομῶνι ἀκούσας ἀνεκήδησεν ἐκ τ κοίτης. καὶ προσκυνήσας αὐτ, ὑπέστρεψεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ πρὸς τῆς σκιᾶς μεγάλας ἐπιτελέσας θυσίας, κατεδαίσχει τοῖς ἰδίοις ἅπασιν.

A Semeis vero professus sibi gratissimum hoc regium mandatum, & juratus facturum se imperata, patria relicta, Hierosolymis domicilium habuit. Triennio dein exacto, cum audisset duos fugitivos suos apud Gittam agere, retracturus eos illuc proficiscitur. Rex autem posteaqvam intellexit eum una cum illis reversum, ægre tulit, non præscriptum modo suum contemptim habitum, sed sacramentum etiam Dei violatum. Accitoqve mox, Nonne tu, inqvit, juraſti te nunqvam me derelicturum, neqve ex hac urbe in aliam commeaturum? non evades pœnam perjurii, vir pessime, sed lues etiam illa, qvæ olim per petulantiam in patrem meum ejectum es debacchatus: ut scias, qvod nihil lucrentur nocentes, etiam si non statim post peccatum puniantur, sed per omne tempus, qvo propter impunitatem securi sibi videntur, crescit illorum pœna, qvam jamdudum sunt promeriti. atqve ita Semeim jussu regis Banajas interfecit.

Solomon autem sublatis jam inimicis, regnoqve constabilito, Pharaonis Ægyptiorum regis filiam duxit uxorem: instauratisq; Hierosolymorum mœnibus majoribus multo & munitioribus, in tranqvillissima pace Rempublicam deinde administravit, nihil impeditus juvenili ætate, qvo minus vel justitiam coleret, & leges custodiret, vel mandata, qvæ à parte morituro acceperat, exeqveretur: sed non secus ac si grandis natu esset, maturaq; jam prudentiæ, omnibus rebus diligentissime prospiciebat.

II. 3. Reg. 3.

CAP. II.

De sapientia Solomonis, & prudentia, & divitiis, qvodqve primus Hierosolymis templum ædificavit.

VIsum est autem ei Hebronem petere, & super altare æreum à Moyse fabricatum sacrificare, mille victimarum holocaustomatis cælesti numini oblatis: qui honor Deo fuit acceptissimus. illa ipse enim nocte cum in somnis ei consiciendum se præbuisset, jussit eum postulare, quicqvid donorum pro hac pietate rependi sibi cuperet. Solomon vero pulcherrimum qvid dam ac maximum petiit, qvod & Deus libentissime largitur, & homini est utilissimum. Non enim aurum aut argentum aut alias id genus divitias ut homo juvenis petiit. nam hæc sola vulgo hominum videntur expetenda, hæc sola divina munificentia digna. Sed da mihi, inquit, Domine, mentem sanam, & intellectum bonum, ut his acceptis, populum hunc vere ac juste judicare valeam! Hac postulatione delectatus Deus, pollicitus est se etiam alia, qvæ non petierat, additurũ, divitias & gloriam, sed ante omnia talem intellectum ac sapientiam, qvalem antehac nemo habuerit vel regum vel privatorum. Adhæc conservaturum regnum in ejus familia per multas ætates, modo justus esse pergat, Deoq; per omnia parere, & paternis vestigiis incedere, præcipuas ejus virtutes imitando. His divinitus auditis, Solomon è stratis se proripuit & adorato Deo, Hierosolyma est reversus: & mactatis ante tabernaculum plurimis victimis, epulum omnibus suis exhibuit.

Per eosdem dies judicium ad eum delatum est arduum, cujus exitum invenire fuit difficile. Rem autem controversam, de qva lis erat, necessarium duxi indicare, ut, qvi hæc legent, difficultatem decernendi intelligant: & si qvando tale qvippiam inciderit, ad exemplar solertiæ regiæ difficultatem disqvirendi sibi comparent. Duæ mulieres qvæstus meretricii venerunt ad eum, qvarum altera, qvæ injuriam pati videbatur, sic est exorsa: Ego, Rex, & mulier hæc habitamus in eodem cubiculo. Accidit autem, ut ambæ eadem die, eademqve hora, infantes masculos pareremus. Post triduum ista juxta cubantem suum infantem per somnum oppressit, & sublato è meo gremio infante meo, mortuum illum dormienti mihi in sinum imposuit. Illucescente die, mammam præbere volens infanti, meum non inveni, sed istius mortuum vidi juxta me jacentem: id qvod certissimis indiciis deprehendi, & qvia repetens meum filium nihil profeci, ad tuum auxilium, domine, confugi. nam qvia propter solitudinem nemo est, qui coarguat, pertinaciter, qvod meum est, abnegat. Tum rex interrogat alteram, ecqvid habeat, qvod accusationi hujus opponat. Illa negante, se hoc fecisse, & asseverante, suum esse superstitem infantem, alterius vero mortuum: neminemqve inveniente, quid decerni posset, sed omnibus, ut in re obscurissima, cæcutientibus, solus Rex tale qviddam excogitavit. Jussis afferri infantibus, tam vivo qvam mortuo, vocat qvendam è satellitibus, imperatqve, ut stricto gladio puerum utrumqve secet in duas partes: qvo utraqve dimidium accipiat tam vivi qvam mortui. Hanc sententiam totus populus tacite damnabat ut puerilem: sed interim cum vera mater exclamasset, non ita faciendum, sed potius alteri addicendum infantem: sibi enim satis esse, si vivum videat, etiam si alienus existimetur: altera vero parata esset, ex alieno dolore crudelem voluptatem capere, animadvertens rex has postremas voces non fingi, ei, qvæ exclamaverat, infantem adjudicavit, qvod hæc revera mater esset. alterius vero malitiam damnavit, qvod & suum perdidisset, & amicæ infanteni perdere conaretur. Visum est hoc populo insigne argumentum regiæ prudentiæ simul & sapientiæ & ex illa die non secus qvam divina mente prædito obtemperabant. In tota autem sua ditione præfectos & duces habuit hos: Toparchiæ Bethlemis, qvæ sortem Ephræmi complectebatur, præerat Ures. Ea vero in qva Dora sunt & regio maritima, parebat Aminadabo Solomonis genero. Magnus campus erat sub Banaja filio Achili, cujus præfecturæ contributa erat & ea regio, quæ usqve Jordanem pertinet. Galaditicam & Gaulaniticam usqve montem Libanum, urbesq; in eis sexaginta magnas ac bene munitas Gabaris administrabat. Achinadabus Galilææ toti Sidonem usqve præerat, habens & ipse in matrimonio Solomonis filiam nomine Basimam. Maritimam vero, qvæ est circa Arcen, Banacates obtinebat,

3. Reg. 4.

ταύτας ὁ τῆς ἡμέρας κρίσις ἐπ' αὐτὸν ἦχθη δυσχερής, ἦς τὸ τέλος εὑρεῖν λίαν ἦν ὀπίπονον. τὸ δὲ πρᾶγμα ὠφελεῖν ἐδόκουν εἰναγκαῖον ἡγησάμενος δηλῶσαι, ἵνα τοῖς ἐντυγχάνουσιν τὸ τε δύσκολον τῆς κρίσεως γνώριμον ᾖ πρὸς ἃ, καὶ τοιούτων μεταλαβὼν πραγμάτων γινώμενοι, λάβωσιν ὥσπερ ἐξ ἐκείνου τῆς δ' βασιλέως ἀγχινοίας τὸ εὐμήχανον ὑποφαίνεσθαι τὸ ζητούμενον δυνηθῶσιν. δύο γυναῖκες ἑταῖραι τὸν βίον, ἦκον ἐπ' αὐτὸν, ὧν ἡ ἀδικεῖσθαι δοκοῦσα πρώτη λέγειν ἤρξατο, οἰκῶ μοι ἔφην, ὦ βασιλεῦ, μετ' αὐτῆς ἐν ἑνὶ δωματίῳ. συνέβη δ' ἀμφοτέρας ἡμῖν ὀπὶ μιᾶς ἡμέρας ὠδῖνας ἔχειν καὶ τὸν αὐτὸν ὥραν ἄρρενα παιδία. τρίτης δ' ἡμέρας διελθούσης, ὑπνώσασα τὸ αὐτῆς παιδίον αὐτη, ἔθανε μὲν ἀποκτείνει. βαρέσασα δ' τὴν ἐκ τῶν γονάτων πρὸς αὐτὸν μεταφέρει, καὶ τὸ νεκρὸν ἐμοὶ κοιμωμένῃ ἐκ τῶν ἀγκάλων μου τίθησιν. πρωὶ δ' ἠθέλουν ὀρέξαι βουλομένη τὸ παιδίον, τὸ μὲν ἐμὸν οὐχ εὗρον. τὸ δ' ταύτης νεκρὸν ὁρῶ μοι παρακείμενον. ἀνεξεῦρον γὰρ καταγνόσασα ἐγὼ ἐπεγνων. ὅθεν ἀπαιτοῦσα τὸν ἐμὸν υἱὸν, καὶ οὐκ ἀποδιδοῦσα, καταφεύγω δέομαι ὅπι τὴν σὴν σοῦ βοήθειαν. τὸ γὰρ εἶναι μένας, δι' μηδένα τὸν ἐξελέγξαι δυνάμενον φοβεῖσθαι καταφρονοῦσα, ἰσχυρῶς δεινοῦμαι παθεῖν. ταῦτ' εἰπούσης ὁ βασιλεὺς ἀνέκραγε τὴν ἑτέραν τι τοῖς ἐρημένοις ἀντιλέγειν ἔχοι δ' ὀρθῶς ἐρημένης δ' πεποιηκέναι, τὸ δ' παιδίον τὸ ἑαυτῆς ζῆν λεγούσης, τὸ δ' τῆς ἀντιδίκου τεθνηκέναι, μηδενὸς ὑπονοοῦντος τὴν κρίσιν, ἀλλὰ ὥσπερ ἐπ' αἰνίγματι τὴν εὕρεσιν αὐτὸ πάντων διανοίᾳ τετυφλωμένων, μόνος ὁ βασιλεὺς ἐπενόησέ τι τοιοῦτον. κελεύσας κομισθῆναι τὸ νεκρὸν καὶ τὸ ζῶν παιδίον μεταπέμπεται τινα τῶν σωματοφυλάκων, καὶ ἀσάμενον ἐπέστησε τὴν μάχαιραν, ἀμφότερα διχοτομῆσαι τὰ παιδία, ὅπως ἑκατέραν λάβωσιν ἀνὰ ἥμισυ δι' ἀμφοῖν. ζῶντος δ' ἐπελθόντος ὑπὲρ τούτου πᾶς μὲν ὁ λαὸς ἐν νῷ ἔχων ἐλοιδόρει ὡς μιαιφόνον τὸν βασιλέα, μεταξὺ δ' τῆς μὲν ἀληθῆς μητρὸς ἀνακραγούσης δ' τὸ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ ὑπὲρ δόσεσθαι τῇ ἑτέρᾳ τὸ παιδίον ὡς ἐκείνης. δηλοῦσθαι γὰρ βλέπειν αὐτὸ ζῶν καὶ ἀλλότριον δοκεῖν. τῆς δ' ἑτέρας ἐχούσης ἑτοίμως διαιρεθῆναι ἰδεῖν τὸ παιδίον, καὶ τοὺς ἐπιβουλεύσαι καὶ αὐτὴν ἀξιοῦσης, ὁ βασιλεὺς ὑπαγνὺς τὰς ἑκατέρων φωνὰς ὑπὲρ τὴν ἀληθείας γεγυμνωμένας, τῇ μὲν ἀνακραγούσῃ τὸ παιδίον προσέκρινε. μητέρα γὰρ αὐτὸν ἀληθῶς εἶναι τῆς δ' ἄλλης κατέγνω πονηρίαν, τό τε ἴδιον ὑποκτείνασης, καὶ τὸ τῆς φίλης ἀπολλύμενον θέλουσης. ἔστι μέγα δίκαιον καὶ τεκμήριον τῆς δ' βασιλέως φρονήσεως καὶ σοφίας ἐνόμισε τὸ πλῆθος. καὶ ἐξ ἐκείνης λαμβάνοντες ἡμέρας, ὡς θείαν ἔχοντι διάνοιαν αὐτῷ προσέκλινον. σατράπαι δ' αὐτῷ καὶ ἡγεμόνες ἦσαν τῆς χώρας ἁπάσης, οἵδε· τὴν μὲν Ἐφραίμου κληροχίας, ἄρης. ὅπι δ' τῆς Βηθλέμης τοπαρχίας ἦν ὁ κλῆρος. τὴν δ' τῶν δώρων καὶ τὴν θαλάττιον ἀδωναδάβης ἔσχεν ὑπ' αὐτῷ γεγυμνικὴν τὴν σολομῶνος γαμετήρα. τὸ δ' μέγα πεδίον ἦν ὑπὸ βαναΐα τοῦ ἀχίλου παιδὸς. προσυπῆρχε δ' τῆς τῶν ἄχρι ἰορδάνου πάσης. τὴν δ' γαλααδίτιν καὶ γαυλανίτιν ἕως τοῦ λιβάνου ὄρους τὰς πόλεις ἐξήκοντα μεγάλας καὶ ὀχυρωτάτας ἔχων ὑφ' αὐτὸν, γαβάρις διῴκει. ἀχινάδαβος δ', τῆς γαλιλαίας ὅλης, ἄχρι σιδῶνος ἐπετρόπευε, συνοικῶν καὶ αὐτὸς γαμετῇ σολομῶνος βασίμα τοὔνομα. τὴν δ' ὠφὶ λεγομένην θαλάσσιον εἶχε βαναπάτης. σα-

σαφάτης ὄ, τὸ ἰτυβύριον ὄρος, καὶ κάρμηλον, καὶ τὴν A Saphates Itabyrium montem & Carmelum, totamqve inferiorem Galilæam. Subeæ Benjamitica ditio fuit commissa. Tabares regionem trans Jordanem sitam sub se habuit. & rursum his omnibus unus præerat princeps. Mirandum autem in modum per id tempus auctæ sunt res Hebræorum, & tribus Judæ, populo ad agrorum colendorum studium converso. Pace enim potiti, & nullis bellicis tumultibus distracti, ad hæc optatissima libertate avide perfruentes, in hoc potissimum erant intenti, ut suas qvisqve facultates augeret, & majoris precii faceret. Erant præterea regi alii præfecti, qui Syrorum cæterorumqve barbarorum, Euphratem inter & Ægyptum incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi barbari conferebant in qvotidianos regiæ mensæ sumptus similæ coros triginta, farinæ sexaginta, saginatos boves decem, & pascuales viginti, & saginatos agnos centum. præter capturas venationum, qvæ constabant cervis ac bubalis, præterqve aves & pisces. Tantam etiam curruum multitudinem habebat, ut qvadraginta millia præsepium numerarentur, in qvibus equi jugales alebantur. & absqve his eqvitatus ei fuit duodecim millium, qvorum media pars Hierosolymis circa regem versabatur, reliqvi vero sparsim per villas regias degebant. & qvi regiis impensis præerat, idem etiam eqvis necessaria suppeditabat, eo convehendo, ubicumqve rex habitaret. Tanta autem fuit sapientia & prudentia, qvam Solomon divinitus acceperat, ut omnes priscos superaret, atqve etiam Ægyptios, qvi omnium sapientissimi habentur, longe post se relinqveret, præcellebat etiam eos, qui per idem tempus in maxima opinione sapientiæ fuerunt apud Hebræos, quorum nomina non tacebo. Fuerunt autem hi: Athanus, Æmanus, Chalceus, Dodanus, filii Hemaonis. Composuit etiam libros Odarum & Carminum qvinqve supra mille, & parabolarum ac similitudinum libros ter mille. cuilibet enim speciei plantarum suam adhibuit parabolam, ab hyssopo usqve cedrum: idem fecit de pecoribus & cæteris terrestribus animantibus, natatilibusqve & qvæ per aërem feruntur. nullius enim horum naturam ignoravit, aut inscrutatam reliqvit: sed circa omnes philosophatus est, & scientiam proprietatum earum summam præ se tulit. qvin & eam rem divinitus consecutus est ad utilitatem & medelam hominum, quæ adversus dæmones est efficax. Incantationes enim composuit, quibus morbi pelluntur: & conjurationum modos scriptos reliqvit, quibus cedentes dæmones ita fugantur, ut in posterumnunqvam reverti audeant: atque hoc sanationis genus usque plurimum apud nostrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarum, in præsentia Vespasiani & filiorum & tribunorum reliquorumque militum, multos arreptitios percurantem. Modus vero curationis erat hic. Admoto naribus dæmoniaci anulo, sub cujus sigillo inclusa erat radicis species à Solomone indicatæ, ad ejus olfactum per nasum extrahebatur dæmo-

nium: & collapso mox homine, adjurabat id, ne amplius rediret, Solomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab illo inventas recitans. Volens dein Eleazarus his, qui aderant, ostendere suæ artis efficaciam, non longe inde ponebat poculum aut polubrum aqua plenum: imperabatque dæmonio hominem exeunti, ut his subversis signum daret spectantibus, quod reliquisset hominem. quo facto, nemini dubium erat, quanta fuisset Solomonis scientia & sapientia. quamobrem libuit hoc quoque narrare, ut omnibus nota sit eximia regis hujus natura, quamque charus Deo fuerit, & in omni genere virtutum excellentissimus. Porro Tyriorum rex Iromus, audito, quod Solomon patri in regnum successisset, vehementer est gavisus: nam Davidis amicus fuerat, & per legatos salutato gratulatus est præsentem felicitatem. per quos Solomon scripsit ad eum in hunc fere modum. Solomon Iromo regi: Scito patrem meum, cum voluisset ædificare templum Deo, bellis assiduis impeditum, neque enim prius à subjugandis hostibus destitit, quam omnes sibi tributarios redderet. Ego vero gratias habeo pro pace, qua nunc fruimur, & præsenti otio decrevi uti ad extruendum cœlesti numini domicilium. id enim à me fabricandum, jam ante patri meo Deus prædixit: quamobrem rogo, ut aliquos una cum meis mittas in montem Libanum, ad materiam cædendam: quandoquidem hanc artem Sidonii melius callent, quam nostrates. mercedis autem, quanta hujusmodi operariis persolvenda sit, te arbitrum facio. Eam epistolam Iromus libenter legit, Solomeniqve in hunc modum rescripsit. Rex Iromus regi Solomoni: Gratia Deo, quod tibi paternum principatum tradidit, viro sapienti & omni virtutum genere prædito. Quare cum nihil mihi gratius accidere potuerit, voluntati tuæ libens obsequar. Excisis enim multis & magnis trabibus cedrinis atque cypariſſinis, per meos ad mare deducendas curabo: eosdemque jubebo, ut compactis ratibus, ad quemcunque volueris tuæ regionis locum, eas appellant, unde post per tuos Hierosolyma deportentur. Tu vero hanc nobis gratiam repones, ut exportandi ad nos frumenti potestatem facias, quo utpote insulares maxime indigemus. Harum literarū exemplaria hodieque durant, tam in nostris quā Tyriorum annalibus: &, si cui libuerit hæc certius cognoscere, impetrata à publicorum commentariorum conservatoribus visendi copia, comperiet eorum scripta consonare cum his, quæ à nobis produntur. quod ideo admonui, ut qui hæc legunt, sciant nos nihil veris affingere, neque verisimilia quædam & ad delectationem accommoda narrationi nostræ interserere, atque deinde postulare, ut lector nihil amplius disquirendo fidem nobis habeat: quandoquidem in hac commentatione à decoro discedere absque nefario scelere non licet. quapropter non recusamus, quin scripta nostra rejiciantur, nisi talia sunt, ut eorum veritas validissimis argumentis approbari possit. Cæterum Solomon rex acceptis regis Tyriorum literis, & facilitatem ejus & benevolentiam collaudavit, & insuper quibus ipsum cupere intellexit, præmiis eum est

3. Reg. 3.

καὶ πάντα δ' ὕδωρ ἀνθρώπῳ, μηκέτ' εἰς αὐτὸν ἐπανελθεῖν ἄρκιᾳ σολομῶνος τε μεμνημένος, καὶ τὰς ἐπῳδὰς ἃς συνέθηκεν ἐκεῖνος ἐπιλέγων. βελόμενος δ' πᾶσιν καὶ ῥᾳδιῆσαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐ ἐλεάζαρος, ὅτι τοιοῦτῳ ἐχρῆτο ἰσχύι, ἐπίθετο μικρὸν ἄμφορέα πλήρη ὕδατος ἢ παρῆν. καὶ τὸν δαιμόνιον κελεύσαντος ἐξιέναι τὸν ἄνθρωπον, ταῦτ' ἀνατρέψαι καὶ ῥᾳδίαν ἐπιγνῶναι τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι καταλέλοιπε τὸν ἄνθρωπον. γινομένου δὲ τούτου, σαφὴς ἡ σολομῶνος καὶ θεοσέβειαν καὶ σοφία. δι' ἣν, ἵνα γνῶσιν ἅπαντες τὸ μεγαλεῖον αὐτοῦ τῆς φύσεως ἐ θεοφιλὲς, καὶ λάθῃ μηδέναι τὸν ἥλιον βασιλέως ἓν πᾶν εἶδος ἀρετῆς ὑπάρξαν, ἓν τούτων εἰπεῖν προήχθημεν. ὁ δὲ τῶν τυρίων βασιλεὺς ἱρώμος, ἀκούσας ὅτι σολομὼν τὸν πατρὸς διεδέξατο βασιλείαν, ὑφ' ἡδὺ ἐφίλει. καὶ ἐπέστειλε τῷ δαυίδῃ. καὶ πέμψας πρὸς αὐτὸν, ἠσπάζετό τε ἐ συνέχαιρεν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς. ἐπιστέλλει δὲ πρὸς αὐτόν. Σολομὼν εἰ ἱρώμῳ βασιλεῖ. ἴσθι μου πατέρα βεληθέντα καθαγιάσαι τῷ θεῷ ναὸν, ἐπὶ τῶν πολεμίων δὲ τῶν συνεχῶν χρατίων κεκωλυμένον. ἐ γὰρ ἐπαύσατο πρότερον τοὺς ἐχθροὺς καταστρεφόμενος, πρὶν ἢ πάντας αὐτοὺς φόρων ἐποτελεῖς ἐποίησεν. ἐγὼ δὲ χάριν οἶδα τῷ θεῷ τῇ παρούσῃ εἰρήνῃ, καὶ διὰ ταύτην σχολῶν, οἰκοδομῆσαι τῷ θεῷ βέλομαι τὸν οἶκον. καὶ γὰρ ἐμοὶ ἔτι ἐστὶν τῷ πατρί μου προεῖπεν ὁ θεός. διὸ ῥᾳδιαλῶ σε συμπέμψαί τινας τῶν ἐμοῖς εἰς λίβανον τὸ ὄρος, κόψοντας ξύλα. πρὸς γὰρ τομὰν ὕλης, ἐπιστημονέστερον ἔχουσι τῶν ἡμετέρων σιδώνιοι. μισθὸν δ' ὃν ἂν ἐρήσῃς τοῖς ὑλοργοῖς παρέξω. ἀναγνοὺς δὲ τὰ ἐπιστολὴν ἱρώμος, καὶ τοῖς ἐπεσταλμένοις ἡδέως ἀντιγράφει τῷ σολομῶνι, βασιλεὺς ἱρώμος, βασιλεῖ σολομῶνι. τὸ μὲν θεὸν εὐλογεῖν ἄξιον, ὅτι σοι τὴν πατρῴαν παρέδωκεν ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ σοφῷ καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχοντι. ἐγὼ δὲ τὰ πίστις ἡδόμενος, ἅπαντα ὑπουργήσω τὰ ἐπεσταλμένα. πεμῶ γὰρ ξύλα πολλὰ καὶ μεγάλα κέδρα τε ἐ κυπαρίσσια, διὰ τ' ἐμῶν ὅπη θαλάσσων καταπέμψω καὶ κελεύσω τοὺς ἐμοὺς ὀχεῖαν πεζαμένους, εἰς ὃν ἂν βουληθῇς τόπον τῆς αὐτῆς χώρας ταλεύσαντας ἀποθέσθαι, ἔπειθ' οἱ σοὶ ἀποκομίσωσιν εἰς ἱεροσόλυμα. ὅπως δὲ ῥᾳδίας ἡμῖν ἀνὴ τούτων σῖτον, ἃ διὰ τὸ νῆσον οἰκεῖν δεόμεθα, φρόντισον. διαμυθισθὲν δ' ἄχρι τῆς ἡμέρου, τὰ τῶν ἐπιστολῶν τούτων ἀντίγραφα, σχεῖν τοῖς ἡμετέροις μόνον σωζόμενα βιβλίοις, ἀλλὰ καὶ ῥᾳδίᾳ τυρίοις. ὡς τ' ἔτης ἐλήσεσθαι τὸ ἀκριβὲς μαθεῖν, δεηθεὶς τ' ὑπὲ τυρίων γραμματοφυλακίων δημοσίων, εὗρε συμφωνοῦντα τοῖς εἰρημένοις ὑφ' ἡμῶν τὰ παρ' ἐκείνοις. ταῦτα μὲν οὖν διεξῆλθον βουλόμενος γνῶναι τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὅτι μηδὲν μᾶλλον ἔξω τῆς ἀληθείας λέγομεν, μηδὲ πιθανοῖς ποτε καὶ πρὸς ἀπάτην καὶ τέρψιν ἐπαγωγοῖς τὴν ἱστορίαν διαλαμβάνοντες, τὸν μὲν ἔλεγχον φεύγειν πειρώμεθα, πιστεύεσθαι δ' εὐθὺς ἀξιοῦμεν. ἐδὲ συγκεχωρημένον ἡμῖν καπηλεύσασθαι δ' πέντε τῆς πραγματείας, ἀθῴους ὑπάρχειν. ἀλλὰ μηδεμιᾶς ὑποδοχῆς τυγχάνειν ῥᾳθυμοῦντας, ἂν μὴ μ' ἀποδείξεως καὶ τεκμηρίων ἀχυρῶν ἐμφανίζειν δυνάμεθα τὴν ἀλήθειαν. ὁ δὲ βασιλεὺς σολομὼν, ὡς ἐκομίσθη τὰ ῥᾳδιᾶ τυρίων βασιλέως γράμματα, τήν τε εὐφυΐαν αὐτοῦ καὶ τὴν εὐνοιαν ἐπῄνεσε. καὶ οἷς

recitation of Solomon's letter to Iromus, king of Tyre, requesting timber for the temple; Iromus's reply; and the author's claim that the letters are preserved in Tyrian archives.

καὶ ὡς ἠξίωσε, τέτταρας αὐτὸν ἠμείψατο. σίτου μὲν αὐτῷ A remuneratus, frumenti annuos bis mille coros
κατ' ἔτος πέμψας δισχιλίους κόρους, καὶ πυρῶν ἐλαίου mittendo, & totidem olei bados. badus autem
βάδους δ' ἦν βάδος δύνασθαι χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα capit sextarios 72. parem qvoqve vini modum illi
καὶ δύο. τὸ δ' αὖτε μέτρον καὶ οἴνου παρεῖχεν. ἡ μὲν exhibuit. Et ab his initiis amicitia regum ho-
οὖν τῶν ἀνδρῶν φιλία καὶ ὁμολογιῶν ἀπὸ τούτων ἐπὶ μᾶλ- rum exorta, majoribusqve incrementis aucta,
λον ηὐξήθη, καὶ διέμεινεν ὡμολογημένως ἐς ἅπαν. ὁ δὲ in tantum adolevit, ut in perpetuum firma dura-
βασιλεὺς ἐπέταξε πᾶσι τοῦ λαοῦ φόρου ἐργάτας τρισ- verit. Solomon autem à populo suo millia XXX.
μυρίους, οἷς ἄπονον τὴν ἐργασίαν κατέστησε, μέρους operariorum exegit, prudenter inter eos operas
αὐτοῖς σωετῶς. μυρίους γὰρ ἐποίησε κύπλους ἐπὶ μῆ- partitus, qvo minus labor sentiretur. Decem
ναι ἕνα ἐν τῷ Λιβάνῳ ὄρει, δύο δὲ μῆνας ἀναπαυομένους B enim millia jussit in Libano sylvam per mensem
ἐν τοῖς οἰκείοις, μέχρις ἂν πάλιν οἱ δισ- integrum cædere, ac deinde per duos alios domi
μύριοι τὴν ἐργασίαν ἀπηρώσωσι καὶ τὸν ὡρισμένον interqviescere, dum reliqva viginti millia suum
χρόνον. ἐπεὶ δ' ἔτως συνέβαινε τοῖς πρώτοις μυρίοις ἀεὶ opus absolvunt, ita ut qvarto demum mense la-
τετάρτοις μῆσιν ἅπαντα ἐπὶ ἔργον. γεγόνει δ' ἐπιτρο- bor ad primos illos decies mille rediret. His o-
πὸς φόρου τούτου Ἀδωνιράμος. ἦσαν δὲ καὶ τῶν παροί- mnibus Adoramus est præpositus. Præter hos
κων, οὓς Δαβὶδης κατέλελοιπεν, τοῖς μὲν ξυλοκοπτοῦ- erant in opere inquilini illi, qvos David eo de-
σιν τὴν λιθείαν καὶ τὴν ἄλλην ὕλην, ἕτερα μυριάδες. stinaverat, convectores saxorum cæteræq; ma-
τῶν λατομούντων ἑκατὸν μύριοι. τούτων δὲ ἐπῆσαν C teriæ septuagies mille, & cæmentarii octogies
τρισχίλιοι καὶ τριακόσιοι. προσετάχθη δὲ λίθους μὲν mille, magistriqve horum ter mille & ducenti. iis
αὐτοὺς τμῆναι μεγάλους, εἰς τοὺς δὲ ναοῦ θεμελίους. ἁρ- mandatum fuerat, ut saxa prægrandia excide-
μόσαντας δὲ πρῶτον καὶ σωσθήσαντας ἐν τῷ ὄρει, καὶ πανο- rent in usum fundamentorum templi, eaqve in
μίζειν ἔτως εἰς τὴν πόλιν, ἐφ' οἷς δὲ καὶ ὧδε τὸ ἱκρο- monte prius in qvadrum dedolata, ita demum
δόμων τὸ ἔγχωρίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκέλευσε Χῖρωμος ἐ- in urbem conveherent: idq; non modo indige-
πέμψε τεχνιτῶν, τῆς δ' οἰκοδομίας δὲ ναοῦ Σολομῶν ἤρ- nis, sed & missis ab Iromo opificibus erat injun-
ξατο, τεσσαρακοστῷ ἤδη τῆς βασιλείας ἔτει ἔχων μῆνι δευτέρῳ, ctum.
ὃν μακεδόνες μὲν Ἀρτεμίσιον καλοῦσιν, Ἑβραῖοι δ' Ἰάρ, D Exorsusq; est Solomon fabricam hanc anno III.
μὴν ἔτη πεντακόσια καὶ ἐνενήκοντα καὶ δύο, τῆς ἀπ' αἰ- regni sui qvarto, secundo mense, qvem Mace- 3. Reg. 6.
γύπτου τῶν ἰσραηλιτῶν ἐξόδου. μυρίοι δὲ χίλια καὶ εἴκοσι ἔτη dones Artemisium vocant, Jar vero Hebræi, an-
τῆς ἀδὰμ ἐς τὸν χαναναίων ἐκ τῆς μεσοποταμίας nis qvingentis nonaginta, duob, postqvã Israe-
ἀφίξεως. ὅτου δὲ τῆς ἐπομβρίας μυρίοι χίλια καὶ τετρα- litæ Ægypto excesserant: mille & viginti annis post
κόσια καὶ πεντάρακοντα. ἀπὸ δὲ πρώτου γενεθλίου Abrahami ex Mesopotamena regione in Chana-
ἀδὰμ ἕως οὗ τὸν ναὸν ᾠκοδόμησεν ὁ σολομών, διελήλυθε naeam migrationem: post diluvium vero anno
τὰ πάντα ἔτη τρισχίλια καὶ ἑκατὸν καὶ δύο. καθ' ὃν δὲ ὁ millesimo qvadringentesimo qvadragesimo,
ναὸς ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι χρόνον, κατ' ἐκεῖνον ἔτος ἤδη E qvod si ab Adamo creato usqve templi ædifica-
τῆς ἐν τύρῳ βασιλείας ἐνδέκατον ἐνεστήκει χίρωμῳ. ἀπὸ tionem temporum ratio subducatur, comperien-
δὲ τῆς οἰκήσεως τύρου εἰς τὴν οἰκοδομίαν δὲ ναοῦ διαγεγονὸς tur anni ter mille centum cum duobus. Initium
χρόνος ἐτῶν πεντάρακοντα καὶ διακοσίων. βάλλεται μὲν vero fabricandi templi in annum undecimum
οὖν τὰ ναῶ θεμελίους ὁ βασιλεὺς ὄρυξε μήκιστον τῆς γῆς regni Iromi incidit, apud Tyrum regnantis, qvæ
βάθος, ὕλης λίθων ἰσχυρᾶς, καὶ πρὸς χρόνον ἀντέχειν condita est ducentis & qvadraginta annis, ante-
δυναμένης. εἰ τε τῇ γῇ συμφύεσθαι ἔμελλον καὶ ἐδαφος qvam templum extrueretur. Jecit igitur rex in
ἕρεισμα τῆς ἐπικοδομησομένης καλλιστὸν ἔσεσθαι, altissimam terræ profunditatem fundamenta,
καὶ διὰ τὸν κάτωθεν ἰσχύν, οἷς ὀπόνως τὸ μέγεθος τῶν F templi è saxis validissimis, qvæ contra omnem
ἐπικοδομηθησομένων, καὶ κάλλος πλουτίδιον, ἢ βά- temporum injuriam resistere possent, ita ut cum
θος ἃ ἤμελλον ἔχειν ἤδη ἀναλογοῦντα τοῖς ἄλλοις ὅσα πρὸς ὕψος contigua terra coalita solum ac firmamentum
καὶ πρὸς ὄγκον, κόσμου τε χάριν καὶ τῆς μεγαλουργίας, imponendis substructionibus præberent, & pro-
ἐπενόησε, δι' ἣν αὐτὸν ἄγει τῆς ὀρθοφῆς ἐκ λόγος λίθου pter inconcussam soliditatem facile molem ædi-
λίθῳ πεπιεσμένων. τὸ μὲν οὖν ὕψος ἐπὶ ἓξ καὶ ἑξήκοντα πη- ficii cum paratu ornamentorum sumptuosissimo
χῶν, τὸ δ' αὐτῶν καὶ τὸ μῆκος, εὖρος δὲ εἴκοσι πήχεις. ἔστι perferrent, non minorem admirationem habitu-
δὲ ἄλλος ἐγηγερμένος ἴσος τοῖς μέτροις. ὥστε εἶναι ra, quam qvæ superne ad amplitudinem, pul-
τὸ μὲν ὕψος τοῦ ναοῦ, πηχῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. τετράπλου chritudinem & magnificentiam operis per artifi-
δὲ πρὸς τὸν ἀναπαλαὶ τὸ δὲ θέραιον αὐτοῦ, πρόσηκον G ces allaborata sunt. extruxeruntqve illud usqve
ὄντι πήχεις εἴκοσι τὸ μῆκος, πρὸς τὸ εὖρος δὲ μήκεις lacunar ex albo lapide. Hujus ædificii altitudo
πεντήκοντα. ἔχον δὲ πλάτος, πήχεις δέκα. ὕλος δὲ fuit cubitorum sexaginta, & totidem longitudo,
ἀνεγηγερμένον, πηχῶν ἑκατὸν εἴκοσι. πρὸ ναοδόμησε δὲ latitudo vero viginti. Super hoc autem erat ali-
τὸν ναὸν ἐν κύκλῳ τριάκοντα θεμέλιον οἴκους. οἱ συνοχήτε ud ædificium pari mensura, ita ut tota altitudo
δὲ πάντες ἔμελλον ἔσεσθαι διὰ πυκνότητα ἐ πλῆθος ἔ templi centum viginti cubitis constaret. versum
ἔχωσι πρόσκλιμοι. καὶ δὴ καὶ τὰς θύρας αὐτοῖς δι' autem erat ad Orientem. Et porticus in aditu e-
ἀλλήλων κατεσκεύασεν. ἕκαστος δὲ τῶν οἴκων τούτων, jus erat viginti cubitorum longitudinis, juxta
mensuram latitudinis templi, lata cubitos decem, surgens in altum cubitis centum viginti. In circuitu
deinde templi construxit triginta cellas, qvæ inter se constipatæ externe parietes templi fulciebant. erãt-
qve inter se perviæ, & patebant singulæ in longum viginti qvinqve cubitos. ac totidem in latum,

& viginti cubitis attollebantur. Super has alia series cellarum erat extructa, super qvam rursum aliæ, omnes inter se numero & amplitudine pares, ita ut conjunctæ inferius ædificium æqvarent altitudine. Nam superius non erat circumædificatum. fuerunt autem omnia cedro contecta. Et cellæ qvidem suum qvæqvæ tectum habebant, non proximo contiguum. reliqvum ex longissimis trabibus erat consertum, adutrumqve latus pertingentibus, ita ut ipsi parietes hoc pacto confibulati firmiores redderentur. His trabibus subnexa erant laqvearia politissima, cælaturis & bracteis aureis ornata. Parietes etiam cedrinis tabulis auro illitis erant incrustati, ita ut omnia reniterent auro, & intrantium oculos fulgor undiqve occurrens perstringeret. Tota vero structura ex lapidibus politissimis constabat, ita ad ungvem inter se qvadrantibus, & commissuris oculos fallentibus, ut intuentibus nullum usqvam malléi aut cujuslibet fabrilis instrumenti vestigium appareret, sed connata potius omnia, qvam arte congesta viderentur. Porro ascensum in superiorem templi partem sic commentus est rex, ut cochleam in hunc usum crassitudini parietis includeret. Hæc enim pars non habebat ab Oriente magnam januam ut inferior, sed à lateribus inerant parva ostiola, nec parum ad firmitatem conferebant tabulæ cedrinæ se invicem complectentes, & crassis catenis inter se constrictæ. Diviso deinde in duas partes fano, penetrale ejus viginti cubitorum nulli fecit accessibile, reliqvum qvadraginta cubitorum spatium in usum sacerdotum consecravit: & in pariete adytum à reliqvo corpore separante fores apposuit cedrinas, has qvoqve cælatas & inauratas. eas prætexuit velis picturatissimis, hyacintho, purpura, cocco, byssoqve splendidissimo ac mollissimo distinctis. Post hæc in adyto viginti cubitos qvaqvaversum patente, dedicavit duos cherubinos ex auro solido, utrumqve qvinqve cubitorum altitudine. uterqve duas alas habebat ad qvinqve cubitos protensas: quapropter non longo sejunctos intervallo statuit, ut una ala australem parietem attingeret, altera septentrionalem: reliqvæ duæ sese contingentes in medio sitam arcam protegerent. Hæ cherubicæ effigies quanam specie fuerint, nemo vel conjicere potest vel eloqvi. Pavimentum etiam templi constravit laminis aureis. Januæ demum fores altitudini parietis proportione convenientes addidit, latas cubitos viginti, & auro illitas. Atq; ut compendio dicam, nihil tam intus qvam foris omisit, qvod non inauraret. Oppansum est præterea aulæum & huic januæ, simile illi qvod interior janua habuit. Cæterum porticus nihil tale habebat,

3. Reg. 7. Post hæc Solomon accersivit Tyro ab Iromo artificem nomine Chiramum, filium mulieris Nephthalitidis, patre Tyrio ab Israelitis oriundo, operariū insignem in qvavis materia, sed præcipue in auro & argento ac ære. Hujus opera usus est

A εὖρος μὲν εἶχεν ἔνθεν πέντε πήχεις. μήκους δ' πῖς αὐτὸς, ὕψος δ' εἴκοσι. ἐπῳκοδόμηντο δ' τέτοις ἄνωθεν οἶκοι ἕτεροι, καὶ πάλιν ἄλλοι κατ' αὐτῶν ἴσοι καὶ τοῖς μέτροις τῷ ἀριθμῷ. ὡς τὸ πᾶν ὕψος αὐτὸς λαβεῖν τ κάτωθεν οἴκων ὠδῷ πλήσιον. ὁ δὲ τέταρτος οὐκ ἦν περῳκοδομημένος. ὀροφος δ' αὐτοῖς ἐπεβέβλητο κέδρος. Ε τοῖς μὲν οἴκοις ἴδιος ἕτος ἦν ἑκάστῳ, πᾶσι τὸ πλησίον οὐ συνάπτων. τοῖς δ' ἄλλοις ὑπῆρχεν ἡ στέγη δι' ἀλλήλων δεδωμημένη μηκίσταις δοκοῖς, καὶ διοικήσας ἁπάντων ὡς τὰς μέσους τοίχους ἀπ' αὐτῶν συγκρατεμένας ξύλων ἐρρωμενεστέρας ἀπ' ἄτρ γένοιτ. τῷ δ' ἐπὶ τὰς δοκὰς στέγῃ τῆς αὐτῆς ὕλης ἐκάλλεπτι πᾶσαν ἐξεσμένην εἰς φατνώματα καὶ πρὸς κόλλησιν χρυσοῦ. τὰς δ' τοίχους, κεδρίναις ἀμαλαβῶν σανίσι, χρυσὸν αὐτοῖς ἐνετόρνευσεν, ὥς τι στίλβειν ἅπαντα τ ναὸν καὶ πρὸς ἀμπεχ τοὺς ὄψεις τ εἰσιόντων ἀπὸ τῆς αὐγῆς δ' χρυσὸς πανταχόθεν φερομένης. ἡ δ' ὅλη B δ' ναὸς οἰκοδομία, κ πολλὴν τέχνην ἐκ λίθων ἀκροτόμων ἐχώνετο σωτεθέντων ἁρμονίως πάνυ καὶ λείως. ὡς μήτε σφύρας, μήτε ἄλλο τινὸς ἐργαλείου τεκτονικῆ τοῖς καθ' ὑστέραν ἐργασίαν δηλῆσ. ἀλλὰ δίχα τῆς τούτων χρήσεως πᾶσαν ἡρμῶσθαι τὸν τούτων ὕλην πρὸς φύσιν. ὡς ἐκ κρότου τὸν ἁρμονίαν αὐτῆς δοκεῖν μᾶλλον, ἢ τῆς τ ἐργαλείων ἀνάγκης. ἐφιλοτέχνησεν δ' βασιλεὺς ἄνοδον εἰς τὸν ὑπερῷον οἶκον ἀπ' εὐC ρὰς δ' τοίχε. ἦν γὰρ εἶχον θύραν μεγάλην κ τῆς ἀνατολῆς ὡς ἔχειν ἐ κάτωθεν οἶκον, ἀλλ' ἐκ τῶν πλαγίων ἦσαν αἱ ἔσοδοι δι' μικρῶν πάνυ θυρῶν. διέλαβε δ' τὸν ναὸν καὶ ἔνδοθεν κ, ἔξωθεν, ξύλοις κεδρίνοις, ἀλύσεσι παχείαις συνδεδεμένοις. ὡς τε ἀντ' ἐχυρωμάτων καὶ ῥώμης δ' τὸν αὐτοῖς χρῆσ. διελὼν δ' τὸν ναὸν εἰς δύο, τὸν μὲν ἔνδοθεν οἶκον, εἴκοσι πηχῶν ἐποίησεν ἄδυτον. τὸν δ', τεσσαράκοντα πηχῶν ἅγιον ναὸν ἀπέδειξεν. D σκτεμιῶν δ' τὸν μέσον τοῖχον, θύρας ἐπέστησε κεδρίνας, χρυσὸν αὐτοῖς πολλὴν ἐργασάμενος, καὶ τορείαν ποικίλαν. κατεπέτασε δ' ταύτας ὑφέσιν βυσσίνου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου πεποιημένους. ἁ μίλα, ἀλλὰ κ βύσσ λαμπροτάτης καὶ μαλακωτάτης. ἀνέθηκε δ' εἰς τὸ ἄδυτον εἴκοσι πηχῶν τὸ εὖρ, τ δ' αὐτ καὶ τὸ μῆκ, δύο χερουβεὶς ὁλοχρύσους πηχῶν ἑκάτερον τὸ ὕψος πέντε. δύο δ' ἦσαν ἑκατέρων πτέρυγες, ὧν πέντε πήχεις ἑκατέραμέναι. διὸ ἁ μακρὰν ἀπ' E ἀλλήλων αὐτοὺς ἀνέθησεν. ἵνα τ πτερύγων, τῇ μὲν, ἀπέωνται δ' κ τοῖχ ἀδύτ. τῇ δὲ, κατὰ βορρᾶν. αἱ δ' ἄλλαι πτέρυγες αὐτῶν συνάπτουσαι, τελείσῃ μεταξὺ αὐτῶν τῇ κέντρῳ σκέπην τυγχάνουσι. τοὺς δὲ χερουβεὶς, ὑδεὶς ὁπόσοι τινες ἦσαν εἶπεν ἐδ' ἐκάστου δύναμιν. κατέχρωσε δὲ καὶ δ' ναὸν τ ἔδαφ ἐλάσμασι χρυσοῦ. ἐπέθηκε δὲ κ τῷ πυλῶνι δ' ναοῦ, θύρας πρὸς τὸ ὕψ δ' τοῖχ συμμετρηθείσας, εὖρ ἐχούσας πηχῶν εἴκοσι. κ ταύτας κατεκόλλησε χρυG σῷ. στρελόντι δ' εἰπεῖν, ὑδὲν ἔλασε δ' ναὸς μέρ, ὅτε ἔξωθεν ὅτε ἔνδοθεν ᾧ μὴ χρυσὸς ἦν. κατεπέτασε δὲ κ ταύτας ταὺς θύρας, ὁμοίως τοῖς ἐνδοτέρω καλαπετάσμασι. ἡ δὲ δ' προναοῦ πύλη, τούτων ὑδὲν εἶχε. μεταπέμπε δ' ἐκ τύρου σολομῶν ὠδὰ ἱρώμην τεχνίτην, χείραμον ὄνομα. μητρὸς μὲν ὄντα, νεφθαλίτιδος τὸ γένος. ἐκ γὰρ ταύτης ὑπῆρχε τ φυλῆς. πατρὸς δὲ τυρίου, γένος ἰσραηλίτων. ὅτε, ἄπαυστος μὲν φιλοτιμίαν εἶχεν ἐργῶν. μάλιστα δὲ, τεχνίτης ἦν χρυσὸν ἐργάζεσθ κ ἄργυρον κ χαλκόν.

ὑφ'

ὑφ' ἃ δὴ καὶ πάντα κτ τλὼ τ Βασιλέως βέλησιν τὰ τῶι ναῶι ἐξεμηχανήθη. κατεσκεύασε γὰρ ὁ χάλκεος ἐτῶ· καὶ κύλικες δύο χάλκεαι ἔσωθεν τὸ πάχο· ποσάρων δωδεκάπηχες. ἦν γὰρ τὸ μὲν ὕψο· τριῶν πηχέων, ὀκτωκαιδέκα πηχέων. ἦν δὲ περίμετρο· δέκα καὶ δύο πηχῶν. χωνεύτην δ' ἐφεκατέρᾳ κεφαλῇ κρίνον ἐφεστήκει τὸ ὕψος ἔχων πέντε πήχεις ἐγγεγραμμένον. ὧι περιέκειτο δίκτυον ἐλάτη χάλκινον περιπεπλεγμένον καλύπτειν τὰ κρίνα. τέτταρα δὲ ἀπηρτίωτο κτ δίσχιλιαι, καὶ ῥόαι ἀμφὶ τὸ δίκτυον, τέτταρες τ πίνακες, τὸν μὲν ἕτερον κτ τλὼ δεξιὰν ἵστησι δ' ἀντιπολαὶς ὠνομασμένα, καλέσας αὐτὸν ἰάχιν. τὸν δ' ἕτερον κτ τὸν ἀριστερὸν, ὀνομάσας αὐτὸν, βοάζ. ἐχωνεύσατο δὲ καὶ θάλασσαν χαλκῆν εἰς ἡμισφαίριον ἐσχηματισμένον, ὀκλὴν δὲ τὸ χαλκούργημα, θάλασσα διὰ τὸ μέγεθο·. ἦν γὰρ ὁ λουτὴρ τλὼ διαμέτρου πηχῶν δέκα, καὶ ὅλη παλαιστιαῖον πάχος κεχωνευμένο·. ὑπέκειτο δὲ κτ τὸ μεσόστεγον δὲ κύτος αὐτῶι περιεχόμενον εἰς ἕλικας δέκα. ἦν δὲ τλὼ διαμέτρου πηχέο·. περιεστήκεσαν δὲ αὐτῆι μόχλοι δώδεκα, πρὸς τὰ κλίματα τ ποσάρων ἀνέμων ἀποβλέποντες, καθ' ἕκαστον αὐτῶν τρεῖς, ἔσω τὰ ὀπίσθια νενευκότες, ὥστ' αὐτοῖς ὄπισθεν ἡμισφαίριον, κτ περιαγωγὴν ἔνδον ὑπνεῦον. ἐδέχετο δὲ ἡ θάλασσα, βάδος δισχιλίους. ἐποίησε δὲ καὶ λυτῆρων δέκα, βάσεις χαλκᾶς τετραγώνων. τούτων ἑκάστη μῆκο· μὲν γὰρ εἶχε πηχέων πέντε, πλάτος ποσάρων, ὕψο· ἓξ. συνεχέλεσε δὲ τὸ ἔργον κτ μέρος τετραδιμόρφιον, ἕτως ποσάρες ἦσαν κιονίσκοι κτ γωνίαν ἑξῶτες τετράγωνοι, τὰ πλάγια τῆς βάσεως ἐξ ἑκατέρο μέρους ἐν αὐτοῖς ἔχοντες ἐγκεκομμένα. ἦν δὲ ταῦτα τριχῆ διηρημένα, ἑκάστῳ χώραν ὅρος ἐπέσχεν εἰς ἐπιβάσιν κατεσκευασμένον. ἐφ' οἷς ἑτέρους, πεμφθὲν λέων, πηδὲ ταῦρο· καὶ ἀετός. ὅλη δὲ τ κιονίσκων ὁμοίως ἐξείργαστο τοῖς κτ τὰ πλάγια τετραδιμόρφοις. τὸ δὲ πᾶν ἔργον ὅλη ποσάρων ἐπάρσεων πρόχων εἰσήκει. χωνεύτοι δ' ἦσαν ἕτοι, πλίνθοις καὶ ἄντυγας πήχεως καὶ ἡμίσυ ἔχοντες τλὼ διαμέτρου. ἐλύμηνεν ἄντις τὰς ἀψίδας τ προχῶν ἐπαμφο·, πῶς στρογγυλοδμόφους τοῖς πλάγιοις τ βάσεων προσλεγομένας ἁρμονίως ταῖς ἄντυξιν ἐνέκειντο. ἦσαν δ' ὁμῶς οὕτως ἔχουσαι. τοὺς δὲ γωνίας ἀνωθεν συνέκλειον ὦμοι χειρῶν ἀνατεταμένων. οἷς ἐπεκάθητο στρογγυλοειδὴς κλοιὸς ὄπισθεμβὲν τὸν λουτῆρα τοῖς χερσὶν ἐπαναπαυόμενον ἀεὶ καὶ λέοντες αὐτοῖς ἐφηρμοσμένοι, ὡς συμφυτα ταῦτ' εἶναι δοκεῖν τοῖς ἐρῶσι. μεταξὺ δὲ τέτων φοίνικες ἦσαν τετραδμένοι. τοιαύτη μὲν ἡ κατασκευὴ τ δέκα βάσεων ἐγένετο. ἐποιήσατο δὲ καὶ χυδροαύλες δέκα λυτῆρας στρογγύλες χαλκᾶς, ὧν ἕκας· ἐχώρει τεσσαράκοντα χοᾶς. τὸ δὲ ὕψο· ἦν τεσσάρων πηχῶν, καὶ τεσσάρων ἀπ' ἀλλήλων αὐτοῖς διεστήκει τὰ χείλη. τίθησι δὲ τὰς λυτῆρας τέτας ὅλη τ δέκα βάσεων τ κληθεισῶν μεχωνώθ. πέντε δὲ λουτῆρας ἐξ ἀριστερο μέρους τ ναοῦ. ἐπέταξε δὲ τ κτ βορέαν ἄνεμον. καὶ ποιήσας ὀκ δεξιὰ πρὸς νότον ἀφορῶντας εἰς τὴν ἀνατολήν. καὶ τὴν θάλασσαν ἀνέθηκε. πληρώσας δὲ ὕδατο·, τλὼ μὲν θάλασσαν ἀπέδειξεν εἰς τὸ νίπτεσθαι τοὺς εἰς τὸν ναὸν εἰσιόντας ἱερεῖς ἐν αὐτῇ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, μέλλοντας ἀναβαίνειν ὅλη τὸν βωμόν. τοὺς δὲ λουτῆρας, εἰς τὸ καθαίρεσθαι τὰ ἔντερα τ ἱλεκαυτωμένων ζώων, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν.

in omnibus, quæ artificiosè in templo fieri voluit. Is fecit duas columnas æreas crassitudine qvatuor digitorum, altas decem & octo cubitos, qvarum circumferentia duodecim cubitos complectebatur. his impositæ erant capitella fusilia liliata, proceritate quinqve cubitorum: qvibus circundata erant reticula ærea, qvæ operiebant lilia, dependebantqve inde duæ series malorum punicorum ducentorum numero. Has columnas posuit in aditu vestibuli, alteram à dextris nominatam jachin, alteram à finistris nominatam boz. Fecit etiam vas aheneum fusile semiorbis specie, qvod propter capacitatem appellatum est mare. Erat enim labrum patens per dimetientem lineam in cubitos decem, crassitudine palmari. ejus meditullium sustinebatur spira decies replicata, cujus dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum circumstabāt duodecim juvenci ad tractus qvatuor ventorum obversiterni, qvorum postica subsidebant, ut eis orbiculare illud vas incumberet, in medio sui depressius. Capiebat autem hoc mare congiorum tria millia. Fecit præterea labrorum decem bases æreas qvadrangulas, harum qvæqve longitudine fuit cubitorum qvinqve, latitudine qvatuor, altitudine trium. hujus operis partes seorsim fabricatæ sic compingebantur. Qvatuor erant columellæ per totidem angulos dispositæ qvadrangulæ, quibus latera basium utrinqve inserebantur: erant autem hæc tripartita, & inter junctura cælaturis distincta, alibi leonis effigie, tauri alibi aut aquilæ. Columellæ qvoqve eisdem cælaturis erant ornatæ. Totum vero opus qvatuor rotis suspendebatur, quæ fusiles erant, habebantqve modiolos & radios, sesqvicubitali inter utramq; extremitatem intervallo. eratqve mirum videre rotarum circumferentias, qvomodo lateribus basium coaptatæ cantis suis insistebant. Angulos autem superne continebant fusiles humeruli manuum extensarum. his imposita erat spira, cui labrum inserebatur, ita ut manibus sustineri videretur: qua parte effigies leonum & aquilarum sic erant adaptatæ, ut connatas putares, intervenientibus inter eas palmarum arbusculis. Atqve hæc fuit decem basium structura. Deinde ex eodem ære fecit decem labra rotunda conchæ specie, qvorum qvodqve capiebat congios qvadraginta. erat enim altitudo qvatuor cubitorum, & tantundem spatii patebat inter margines. Ea labra decem illis basibus imposuit, qvas mechenoth sua lingva appellabant. horum qvinqve ad finistrum latus templi septentrionale collocavit totidem ad dextrum australe, ita ut Orientem spectarent: qvo loco etiam mare illud dedicavit. Omnibus deinde aqva repletis, mare qvidem in eum usum assignavit, ut inde sacerdotes templum ingredientes manus ac pedes abluerent, ad altare ascensuri: labra autem, ut eorum aqva purgarentur intestina ac pedes animantium ad holocautoma destinatorum.

Fabricavit etiam altare æreum viginti cubitorum longitudine, totidem latitudine, altitudine decem, in qvo holocautomata incenderentur. Fecit item vasa ejus ex ære omnia, lebetes & amulas, tenacula & harpagones & reliqva, auri fulgorem referentia. Mensas qvoqve multas dedicavit rex, & in his unam magnam auream, in qva proponebantur sacri panes: reliqvæ non multo deteriores diverso modo factæ sustinebant phialas & pateras aureas vigesies mille, argentearum qvadraginta millia. Candelabrorum item fecit decem millia, juxta præceptum Moysis: ex qvibus unum in templo dedicavit, ut interdiu luceret juxta legem: & mensam unam, impositos panes habentem, sitam ad septentrionale templi latus ex adverso candelabri. id enim ad australe latus collocaverat. medium autem inter utrumqve locum obtinebat altare illud aureum. Hæc omnia continebat anterior illa templi pars qvadraginta cubitos longa, & velo disparata ab adyto. illo enim arca erat inferenda. Cantharorum autem vinariorum octoginta millia rex comparavit, & phialarum aurearum millia decem, argentearum vero alterum tantum. Lancium item aurearum, ad offerendam in eis similam maceratam ad altare, octoginta millia, duplum vero argentearum. Craterarum qvoqve, in qvibus similam oleo subigebant, sexaginta millia aurearum, & alterum tantum argentearum. Mensurarum vero, qvales Moysi hin vocantur, & assaron, aurearum erant viginti millia, & duplicatus numerus argentearum. Acerræ qvoqve aureæ, quibus odoramenta in templum inferri solent, erant numero viginti millia: & aliæ, qvibus deferebatur ignis a magno altari in parvum intra templum situm, qvinqvaginta millia. Paratæ erant & sacerdotales vestes in usum pontificum, annumeratis talaribus & epomidibus atqve logio cum suis gemmis, in universum mille. Corona vero, in qva Moyses Dei nomen inscripsit, unica fuit, & usqve in hodiernum permansit. Stolas autem sacerdotales è byssо fieri curavit, cum decies mille zonis purpureis, & tubarum, qvales Moyses præscripsit, CCM. Item alias stolas byssinas Levitis hymnorum cantoribus, numero ducenta millia. Instrumentorum præterea musicorum, qvæ naula & cinnyræ vocantur, in usum hymnodiarum ex electro confecit qvadringenta millia. Qvæ omnia Solomon ad honorem Dei magnifice paravit, nullis parcens sumptibus: sed omni liberalitate usus hæc in thesauris Dei condidit. Circumdedit deinde templo septum qvoddam trium cubitorum altitudine, qvod nostra lingva gison vocamus, exclusurum profanam multitudinem, & solos sacerdotes admissurum, extra hoc septum erat fanum, porticibus magnis ac latis cinctum, & portis altis patens: quarum singulæ singulos ventos spectabant, & foribus auratis claudebantur, in hoc fanum cuilibet è populo, puro modo ac casto, & præscriptorum legis observanti, accessus patebat. Dici autem non potest, ac vix etiam oculis credi, qvam mirandum fuerit illud exterius fanum. vallibus enim expletis, tam profundis, ut ad prospectum oculi caligarent, & aggesta ad qvadringentos cubitos terra,

B evaderet: & supervivens annos 15. non, nisi relicto hærede filio, decederet. Hæc cum propheta ita, ut jussus erat, ad regem perferret, ob magnitudinem morbi & inopinatum nuncium dubitans, prodigiosum aliqvod signum ab Esaia postulat, ut certo posset credere, missum illum ad se a Deo nuncium. quæ enim supra spem & rationem esse videntur, eorum solet hoc pacto confir-
C mari veritas. Et rogante propheta, qvodnam signum exhiberi sibi postulet, voluit, ut quando umbra in suo solario jam ad decimam lineam, processerat, per totidem lineas reverti eam faceret. Et cum Deus hoc dedisset prophetæ precibus, viso ita, ut voluit, tam insigni prodigio, confestim recepta sanitate, ad templum ascendit, &, adorato Deo, vota persolvit. Circa eadem ferme tempora imperium Assyriorum per Medos
D dissolvi contigit, de qvo dicemus alibi. Babyloniorum autem rex Baladas, missis ad Ezeciam legatis, cum muneribus, invitavit eum ad societatem & amicitiam. Ille, exceptis legatis comiter, & convivio regali adhibitis, thesauros etiam, ostendit, & apparatum armorum, & quicquid precio sum auro constabat ac gemmis: atqve ita cum donis remisit ad Baladam. Aditus deinde,
E ab Esaia, rogatusqve, qvinam essent, qui venerant: ait, è Babylone missos à rege venisse: ostendisseqve se illis omnia, ut, visis divitiis, colligentes ex his ipsius potentiam, regi suo renunciare possent certius. tum propheta respondens: Scito, inquit, qvod hæ divitiæ paulo post transferentur in Babyloniam, & posteri tui, virilitate amissa, eunuchi servient regi Babylonio. Hæc enim
F prædicit dominus. Ezecias contristatus hac prædictione, ait se qvidem malle gentem suam in eam calamitatem non incidere, sed qvando aliter visum sit Deo, precari, ut saltem ipse possit in pace, quod reliqvum vitæ, exigere. Hujus quoque Baladæ Babyloniorum regis Berosus meminit. Cæterum propheta hic, cum esset divinus, & usqve ad miraculum veridicus, certus se nihil a vero alienum dixisse, omnia sua vaticinia
G scripto tradita reliqvit posteris, ut ex eventu certitudo eorum posset intelligi. nec hic solus id fecit, sed alii præterea duodecim: & quicquid vel mali vel boni nobis evenit, totum illorum respondet oraculis. sed hos alias singillatim percensebimus.

Ezecias porro, cum, quantum jam diximus, supervixisset in pace, obiit post annum vitæ qvartum & qvinqvagesimum, regni vero nonum & vigesimum.

IV.

CAP. IV.

Manasses à Chaldæorum ac Babyloniorum rege captus, post aliquantum temporis ab eo rursum in regnum suum restituitur.

Κεφάλαιον δ'.

Οπι γρατδ'ωπτης ὅπι τὸν μανασσῆν οἱ χαλδαίων Ϛ βαβυλωνίων βασιλεὺς αἰχμάλωτον αὐτὸν ἤγαγον, καὶ μ᾽ πολιὼ χρόνον εἰς τὴν αὐτδ' βασιλείαν πάλιν ἀπέλυσεν.

HUjus successor Manasses filius, ex matre Achiba Hierosolymitana cive natus, omissis paternis studiis, contrarium vitæ institutum tenuit, nullam impietatem prætermittens, sed per omnia iniqvitates Israelitarum imitans, qvos Deus propter peccata perdidit. ausus est etiam scelestus templum Dei profanare, atqve adeo totam urbem & reliqvam ditionem qvam late patuit. Exorsus enim à Dei contemptu, in omnes, qvotqvot erant in Hebræis, justos grassabatur cædibus, ne prophetis quidem cruentas manus abstinens. nam & ex horum numero per singulas dies aliqvem afficiebat supplicio, ut Hierosolyma inundarentur sangvinibus. His tam nefariis facinoribus concitatus Deus ad iracundiam, mittebat unum post alium prophetam ad regem simul atqve populum, per qvos easdem illis cōminabatur calamitates, qvas propter contemptum religionis fratres ipsorum Israelitæ aliqvanto ante perpessi fuerant. At illi nolentes fidem habere illorum sermonibus, per qvos moniti, si paruissent, imminentia mala vitare poterant, re tandem veritatem eorum experti sunt.

4. Reg. 21.

Δαδεξάμδ' ὁ τὴν βασιλείαν ὁ παῖς αὐτδ' μανασσῆς ἐκ μητρὸς ἀχιβᾶς τοὔνομα πολίτδ' γεγονὼς, ἀπέρρηξε μὲν αὐτὸν τ᾽ ἔ πατρὸς ὅπιτηδευμάτων, κ᾽ τὴν ἐναντίαν ἐτράπετο, πᾶν εἶδος πονηρίας ὑπιδειξάμδ' ἐν τῷ τρόπῳ κ᾽ μηδὲν ἀσεβὲς ὠδ' λειπὼν, ἀλλὰ μιμούμδ' τὰς τ᾽ ἰσραηλιτῶν ὠδ' νομίας, οἱ εἰς τὸν θεὸν ἐξαμαρτάνοντες ἀπώλοντο. μιάναι ὁ κ᾽ τὸν ναὸν ἐτόλμησε δ' θεῦ, Ϛ τ᾽ πόλιν Ϛ τὴν χώραν ἅπασαν. ἀπὸ γὰ τῆς εἰς τὸν θεὸν καταφρονήσεως ὁρμώμδ' ὁ, πάντας ὡμῶς τὰς δικαίας τὰς ἐν τοῖς ἑβραίοις ἀπέκτεινεν. ἀλλ᾽ ἀδὲ τ᾽ προφητῶν ἔσχε φειδώ. Ϛ τούτων δέ τινας καθ᾽ ἡμέραν ἀπέσφαξεν, ὡς τὰ αἵματι ῥεῖσαι τὰ ἱεροσόλυμα. λαβὼν οὖν ὀργὴν ὅπι τούτοις ὁ θεὸς, πέμπ᾽ προφήτας πρὸς τὸν βασιλέα κ᾽ τὸ πλῆθ' ὃ, δι᾽ ὧν αὐτοῖς ἐπέλησε, τὰς αὐτὰς συμφορὰς ἃς σωθῆναι προσῆκεν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν ἰσραηλίτας εἰς αὐτὸν ἐξυβρίζοντας. οἱ δ᾽ τοῖς μὲν λόγοις οὐκ ὑπίσθησαν παρ᾽ ὧν ἠδύναντο κερδῆσαί τ᾽, μηδενὸς προσῳδὴν κακῶν. τοῖς δ᾽ ἔργοις ἔμαθον ἀληθῆ τὰ ὠδ' τῶν προφητῶν. ὡς γὰ τοῖς αὐτοῖς ἐπέμπομεν, πόλεμον ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐκίνει, ὠδ' τ᾽ βαβυλωνίων κ᾽ χαλδαίων βασιλέως, ὃς στρατείαν ἔπεμψεν εἰς τὴν ἰουδαίαν, τὴν τε χώραν ἐλεηλάτησε, κ᾽ τὸν βασιλέα μανασσῆ, δόλῳ λαφθέντα κ᾽ πρὸς αὐτὸν ἀχθέντα, πρὸς ὃν ἐβούλετο πικρίαν εἶχεν ὑποχείριον. ὁ δ᾽ μανασσῆς, τότε σωθεὶς ἐν οἷοις κακοῖς ἦσι, Ϛ πάντων αἴτιον ἑαυτὸν νομίζων, ἐδέετο δ' θεῦ ὠδ' χεῖν αὐτῷ φιλάνθρωπον κ᾽ ἐλεήμονα τὸν πολέμιον. χαρίζεται δ᾽ τ᾽ τῆς ἱκεσίας ἐπακούσας ὁ θεὸς αὐτῷ. κ᾽ πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ὁ μανασσῆς ἀπολυθεὶς ὑπὸ τῶν βαβυλωνίων βασιλέως ἀνασώζεται. γνόμδ' δ᾽ εἰς τὰ ἱεροσόλυμα τ᾽ μὲν πρότερον ἁμαρτημάτων πρὸς τὸν θεὸν κ᾽ τὸν μνήμην ἐποιεῖτο διδάσκειν δύνατον αὐτῷ γνῶσιν τ᾽ ψυχῆς ἐκβαλεῖν, ὧν μεταβαλλόμενον ὥρμησε, κ᾽ πάσῃ χρῆσθ' πρὸς αὐτὸν δεισιδαιμονίᾳ, Ϛ τὸν ναὸν ἥγνισε, κ᾽ τὴν πόλιν ἐκάθηρε, κ᾽ πρὸς μόνῳ τὸ λοιπὸν ἦν τῷ, χάριν τε τῆς σωτηρίας ἐκτίνειν τῷ θεῷ, κ᾽ διατηρεῖν αὐτὸν δικαίῳ πρὸς ὅλον τὸν βίον. ταῦτα δ᾽ αὐτὸς πράττειν τὸ πλῆθ' ἐδίδαξε, μεμαθηκὼς οἷα ὠδ' μικρὸν ἐχρήσατο συμφορᾷ, διὰ τὴν ἐναντίαν πολιτείαν. ὑπισχνούμενος δ᾽ Ϛ τ᾽ βωμὸν, τὰς νομίμους θυσίας ἐπετέλει καθὼς διέταξε μωυσῆς. διοικησάμδ' δ᾽ τὰ πρὸ τὴν θρησκείαν ἐν δεῖ τρόπον κ᾽ τῆς τ᾽ ἱεροσολύμων ἀσφαλείας προενόησεν. ὡς τε παλαιὰ τείχη μ᾽ πολλῆς ὑπισχνούμενος αὐξῆσ κ᾽ ἕτερον αὐτοῖς ὑπεβάλλεν, ἀναστήσαί τε κ᾽ πύργους ὑψηλοτάτους, τά τε πρὸς τῆς πόλεως φρούρια, τοῖς τ᾽ ἄλλοις κ᾽ δὴ κ᾽ σιτίων πάντων εἰς αὐτὰ χρησίμων ὀχυρώτερα ποιῆσαι. ἀμέλει δ᾽ τῇ πρὸς ταύτα μεταβολῇ χρησάμδ' ὃ, ἕτω τὸν μέλλοντ᾽ δίηγε βίον, ὡς μακαριστὸς εἶναι κ᾽ ζηλωτὸς ἐκείνου δ' χρόνῳ λογιζόμδ' ὃ, ἀφ᾽ ἃ τὸν θεὸν ὑσεβεῖν ἤρξατο. ζήσας οὖν ἔτη ἑξήκοντα ἑπτὰ, κατέστρεψε τὸν βίον. βασιλεύσας ἔτη πέντε κ᾽ πεντήκοντα. κ᾽ θάπτεται μὲν αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτδ' ὠδείοις. ἡ βασιλεία δ᾽ εἰς τὸν υἱὸν αὐτδ' πρεπέρχεται ἄμωσον. μητρὸς ἐμαλεπμὴς μὲν

Cum enim in eisdem perseverarent moribus, hostem illis Deus immisit regem Chaldæorum & Babyloniæ. is, misso in Judæam exercitu, regionem totam depopulatus, Manassem qvoqve dolo interceptum & abductum, perpetuo pœnæ habuit obnoxium. Tum demum miser malo suo doctus admissam culpam agnovit, &, ut hostem humanum ac clementem experiretur, a Deo precibus petiit. Nec Deus se præbuit inexorabilem, sed misertus exaudiit supplicem: qvem post aliqvantum temporis spatium Babylonius domum remissum in pristinum principatum restituit. Cæterum clementia victoris postliminio reversus Hierosolyma, dedit operam, si posset, abolere priorum peccatorum etiam memoriam, mutatis moribus, totus conversus ad religionis studia. Nam & urbem lustravit, & templum consecravit denuo: & in reliqvum totus fuit in eo, ut gratitudinem Deo posset approbare, &, qvoad viveret, ejus retinere benevolentiam. Idem facere populum qvoqve docuit, memor, in qvale incidisset infortunium ob perperam administratam rempublicam. Adornato etiam altari, ex præscripto Moysis solennes obtulit super eo victimas. Restitutis in veterem statum religionis ritibus, ad munienda Hierosolyma curam transtulit, ita ut, reparatis antiquis mœnibus, nova illis circundaret, & turres excitaret altissimas, suburbanasqve arces cum aliis necessariis, tum in primis commeatibus muniret. Adeoqve in melius mutatus est, ut, ex qvo Deū colere cœpit, toto vitæ tempore prædicatus sit beatissimus. Cumq; vixisset annos sexaginta septē in vivis esse desiit, exactis in regno annis qvinque & qvinqvaginta. Sepultus est in hortis propriis: regnum excepit

μὸν ὄνομα τὴν μητέρα. ὃν ἡ πόλεως Ἰαβάτης ὁ πατρὸς ἐξ-
ησεν. ὃς καὶ μιμησάμενος τὰ τοῦ πατρὸς ἔργα, καὶ νέος ὢν
ὄντως καὶ ἐτόλμησεν, ἁπλοῦν δὲ θάνατον ἐπὶ τοῖς ἰδίοις οἰκέταις,
ἀπὸ μικρῶν δὲ τὰ οἰκεῖα τοῦ αὐτοῦ βιώσας ἔτη πρὸς τοῖς τέτ-
ταρσι, βασιλεύσας δὲ ἐξ αὐτῶν, ἔτη δύο. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν τάφον τῶν φονέων, καὶ τοῦ τε πατρὸς σωφρονίσαι τὰ μικρὰ, τὴν βασιλείαν τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἰωσίᾳ ὠνόμασεν, τὴν ἡλικίαν ὄντι.

A Amos filius, natus matre Emalsema, oriunda ex Jabate oppido. Hic imitatus juvenilia sui patris opera, & à similibus non abstinens facinoribus, mature dedit pœnas, domi à suis oppressus familiaribus, vix dum exacto anno vitæ qvarto & vigesimo, regni vero secundo. In ejus interfectores animadvertit populus, ipsum in paternum monumentum intulit, & regnum ejus filio, B Josiæ nominato, tradidit, octo tum annorum puero.

Κεφάλαιον ε'.

Περὶ ἰωσίου.

Ὁμήτηρ ἐκ πόλεως μὲν ἦν Βοσκεθ, ἰεδὴ δὲ τὸ ὄνομα, τῇ φύσιν αὐτὸς ἄριστος ὑπῆρχε, καὶ πρὸς ἀρετὴν εὖ γεγονὼς, δαβὶδ δὲ βασιλέως ἀπηθύνθη τῶν ἐσκοπῶ καὶ κανόνι πρὸς τὸ ὅλης δὲ βίᾳ ἀπηθεύσεως κεφαλαίῳ. ἡμέρᾳ γὰρ ἦν ἐτῶν δυοκαιδέκα, τὴν εὐσέβειαν ἐπεδείξατο. τὸ γὰρ λαὸν ἐσωφρόνιζε παρ' ὧν τὰ εἰδώλων δόξης ἀληθῶν ὄντων ἀπαναίνεσθαι, σέβειν τὰ πατρῷον θεὸν, ταῦτα τῶν προγόνων ἀπεστραμμένα ἔργα, τὰ μὲν ἁμαρτηθέντα διόρθωσιν ὡς ἂν ἐπεδίδου καὶ νόησιν τὸ δέον ἐκανώσατο. ὅσα δὲ εὗρεν εὖ γεγονότα, ἐκράτησεν, ἐφύλαττέ τε καὶ ἐμίμειτο. ταῦτα δὲ ἐπράττε, σοφίᾳ καὶ ἀπονοίᾳ τὰ φύσεως χωρὶς μὲν καὶ τῇ τῶν προβεβιωκότων πεῖρα δὲ συμβουλίαι καὶ ἀθροίσει. τοὺς γὰρ νόμους ὡς ἂν καταλαβεῖν ἔτι καὶ τὴν τάξιν τῆς πολιτείας καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας, εὐοδεῖν τε συνέβαινε, λόγῳ τοῦ τῶν τοιούτων ἐξωμοσίαν, μὴ τυγχάνειν ἀλλ' ἐξεφανίζε. πρεσβεῖον γὰρ ὁ βασιλεὺς τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, ἅτε ἀλλοτρίοις ξενικοῖς ἀνεῖρθαι θεοῖς, ἐξέκοψε καὶ τοὺς βωμοὺς αὐτῶν κατέσκαψεν, ἔτι δὲ ἂν ἀνάθημα τοῖς τῶν προγόνων ἀνέκειτο, πρεύδιζεν, καταπατῶν. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ, τὸ λαὸν ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτοὺς δόξης, εἰς τὸν δὲ θεὸν θρησκείαν ἐπέστρεψε. καὶ τὰς συνήθεις ἀπὸ φόρου θυσίας, καὶ τὰς ὁλοκαυτώσεις αὐτῷ τῷ βωμῷ. ἀπέδειξε δὲ πύλας κρίτας καὶ ἐπισκέπτας, οἷς ἂν ἀκούσειεν τὰ παρ' ἑκάστοις πράγματα, πρὸς πάντας τὸ δίκαιον παρόμοιος, καὶ τῆς ψυχῆς σὺν ἐλάσσονι αὐτὸ πρέπειν. ἀφ' ἑπτὰ μὲν φυλάκων ὄντων τὴν πᾶσαν τὴν χώραν, χρυσὸν καὶ ἀργύριον τοὺς βαλομένους σκέλδε κομίζειν, ὡς ἐπισκόπῳ δὲ ναοῦ ὄντι τῆς ἡ προσαρέσεως ἢ δυνάμεως ἔχει. κομιζέντων δὲ τῶν χρημάτων, τῆς ἐπιμελείας δὲ ναοῦ, καὶ τῆς εἰς ὃ τι δαπάνης προέχειν τὸν τε ἐπὶ τῆς πόλεως ἀμασίαν, καὶ τὸν γραμματέα σαφὰν, καὶ τὸν χαρτοφύλακα τῶν ὑπομνημάτων ἰωάτλιν, καὶ τὸν δὲ χιερέα ἑλιακίαν. οἱ μηδὲν ὑπὲρ δέον μὴ δὲ ἀναβολὴν δέντες, ἀρτίκτονας δὲ πάντ' ὄντας πρὸς τὸν ἐπισκόπου χρήματα ἀναλαβόντας, ἔχοντα τῶν ἔργων. δὲ ὁ μὲν ναὸς ὑπὸ ἐπισκαλαστῶν, τὸν δὲ βασιλέως εὐσέβειαν φανερὰν ἐποίησεν. ὄγδοον δὲ ἤδη καὶ δέκατον τῆς βασιλείας ἔτος ἔχων, πέμπει πρὸς ἑλιακίαν τὸν δὲ χιερέα, κελεύων τὸ πλεῖστον τῶν χρημάτων χωνευθέντα ποιῆσαι κρατῆρας καὶ σπονδεῖα καὶ φιάλας εἰς τὸν λατρείαν. ἐπὶ ἦν καὶ ὅσον ἂν ἡ χρυσὸς ἐν τοῖς θησαυροῖς ἠργυρος, καὶ ὅτι μεταποιήσαντας εἰς τοὺς κρατῆρας ὁμοίως καὶ τοιαύτα σκεύη δαπανῆσαι. μεταμείζων δὲ τὸν χρυσὸν ὁ δὲ χιερεὺς ἑλιακίας, ὃν τυγχάνει τῆς ἱερᾶς βίβλοις τῆς μωσέως ἐν τῷ ναῷ κειμένας, καὶ μεταμίσους διδῶσι τῷ χαμματεῖ σαφὰν, ὁ ἀναγνοὺς, παρεγένετο πρὸς τὸν βασιλέα, templo repositos: eos prolatos dedit scribæ Saphani, qvi cum eos perlegisset, regem adiit, & quæ impe-

CAP. V.

De Josia Rege.

HUjus mater fuit ex oppido Boscetа, Jeda nomine, ipse indole optima, & ad virtutem natus, Davide rege exemplari & regula totius vitæ sibi proposito. qvam primum enim duodecimum annum ætatis attigit, egregium edidit pietatis ac justitiæ specimen. Autor enim fuit populo, ut, abjectis erroribus, & relicta de falso creditis diis persvasione, conferrent se ad cultum patrii numinis. Et retractatis majorum suorum institutis, qvicqvid peccatum esset, corrigebat; tam prudenter adhibitis remediis, qvam si esset ætate maturissima. qvæ vero decenter se habere invenit, immota servavit, & imitatus est. Hæc autem faciebat tum per innatam sapientiam, tum etiam seniorum monitis & consiliis. Sequendo enim legum ductum in ordinanda republica & cultu divini numinis aberrare non potuit, à quibus recedentes priores aliqvot reges seipsos perdiderant. Itaqve obeundo tam urbem qvam regionem totam, lucos externis diis dedicatos excidebat, & aras eorum diruebat, & donaria, quæ eis à majoribus consecrata fuerant, per ludibrium detrahebat: atq; ita populum a vana opinatione ad unum Dei cultum convertit: & consveta holocautomata cæteraqve sacrificia super altare obtulit. Constituit etiam certos magistratus, & morum censores, qui privata qvoqve negocia sic disponerent, ut in omnibus non minorem justitiæ qvam vitæ ipsius rationem haberent. dimissis deinde per totam suam ditionem nunciis, jussit, ut, qvicunq; vellent, conferrent aurum & argentum in reparationem templi, idq; suo quisq; arbitratu, ut nemo gravaretur: &, allatis pecuniis, curam sumptuũ in templum sartum tectum præstandum commisit Amasi præfecto urbis, & Saphani scribæ, & Joatæ commentariensi, & pontifici Eliaciæ. qvi, omissis moris & dilationibus, adhibitis architectis, & suppeditatis omnibus rebus ad reparationem necessariis, incumbebant operi: atqve ita instauratum est templum & ipsum regiæ pietatis argumentum futurum. Anno deinde regni sui decimo octavo jussit Eliaciam pontificem pecunia (quæ instaurationi superfuit) in massas conflata, crateras inde & libatoria, phialasqve ad ministeria templi conficere: præterea qvicqvid auri argentive in thesauris esset, id quoque prolatũ in eosdem usus convertere: pontifex autẽ dũ promit aurũ, forte incidit in sacros libr. Moysis in templo repositos: eos prolatos dedit scribæ Saphani, qvi cum eos perlegisset, regem adiit, & quæ impe-

rasset, omnia facta indicavit. præterea libros recens inventos ei legit. Qva lectione audita, rex scidit sibi vestem, &, convocatis intimis aliqvot amicis, ipsoqve scriba, & Eliacia pontifice, misit eos ad prophetissam Oldam, uxorem Sallumi, viri clari ac nobilis, ut persvaderent ei Deum placare, & propitium genti suæ reddere. timendum enim esse, ne propter neglectas à majoribus leges Moysis graves casus immineant, néve ejecti patrio solo, in externis regionibus destituti omnibus commodis misere vitam finiant. Auditis regiis mandatis, prophetissa jubet ei renunciari, quod Deus semel contra eos sententiam tulerit, quæ nullis supplicationibus irrita fieri possit: ut populus ejiciatur propriis sedibus, & omnibus præsentibus commodis propter non servatas leges mulctetur. quandoquidem, concesso ad resipiscendum tanto temporis spatio, ne prophetarum quidem hortatibus ad saniorem mentem revocari potuerit, debitas impietatis pœnas prædicentium: & ideo decretum id mutari non posse, ut ipso eventu discant esse Deum, & in prophetarum ejus prædictionibus nihil inesse mendacii, quibus certam suam voluntatem hominibus indicare solet. attamen propter bonitatem regis dilaturum Deum aliqvantisper imminentem calamitatem: sed ab ejus obitu præfinita jam ante mala in populum missurum. Hoc mulieris vaticinium regi renunciant, qui ad eam missi fuerant. ille, circum omnia oppida missis nunciis, jussit Hierosolyma convenire sacerdotes ac Levitas, & omnes omnis ætatis homines. & cum congregati essent omnes, primum eis sacros libros legit. deinde stans in editiori loco in medio populi, sacramento adegit universos ad cultum divini numinis, & servandas leges Mosaicas: quod illi magno consensu facturos se receperunt. moxqve sacra facientes & mactantes victimas Deum precabantur, ut propitius adesse dignaretur. Postremo jussit pontificem, si qvod vas in templo supereset à majoribus dicatum idolorum externorum usui, ut inde ejiceretur: & cum non pauca essent collecta, omnibus incensis, cinerem eorum dispersit. deniqve sacerdotes idolorum a genere Aaronis alienis interfecit. His apud Hierosolyma peractis, exivit peregre, & quicquid per totam regionem honorem externorum numinum a Hieroboamo dedicatū invenit, delevit funditus: & ossa pseudoprophetarum super altare, quod primus Hieroboamus extruxerat, combussit: sicut superius diximus, jãtum, cum super eo Hieroboamus sacra faceret, interveniss prophetam, & in præsentia totius populi prænunciasse, qvod unus ex Davidis progenie, nomine Josias, hoc esset facturus: cujus prædictionis eventus post annos trecentos sexagintaunum secutus est. Post hæc invisit & alios Israelitas, qvi captivitatem & servitutem Assyriorum evitaverant, eisqve persvasit, ut, omissis impiis actionibus & religionibus externis. DEUM maximum ritu patrio colerent, eiqve soli adhærerent. nec hoc contentus oppidatim ac vicatim per domos scrutatus est, ne quid suspectum intus delitesceret. quadrigas etiam solis, qvas superiores reges in vestibulo templi consecraverant,

4. Reg. 23.

καὶ πάντα ὅσα κελεύσαι ἡμᾶς τὸν θεὸν ἔχοντα ἐδήλου
φανερῶν ἢ καὶ τὰς βίβλους αὐτῷ. ἀκούσας ἢ καὶ
διερρήξατο μὲν τὴν ἐσθῆτα, τὸν δὲ ἱερέα καλέσας ἑλκίαν, καὶ αὐτὸν τὸν γραμματέα, καὶ ἄναγκαῖα πάντων φίλων τινὰς, ἔπεμψε πρὸς τὴν προφῆτιν ὁλδᾶ, γυναῖκα ἢ σαλλούμου ἐν δόξῃ τινὸς, ᾧ δι' εὐσέβειαν ὀφθεῖσαν, καὶ προσελθόντας, σκέλδε λέγων ἱλάσκεσθαι τὸν θεὸν, καὶ πειράσασθαι πεῖσαι εὐμενῆ. δέδοκται γὰρ εἶναι μὴ φυλαξάντων τὰς μωυσέως νόμους τῶν προγόνων αὐτῶν κινδυνεύσειν ἀνάσχετα παθεῖν ἡμᾶς, καὶ τῆς οἰκείας ἐκπεσόντας, ἐπ' ἀλλοτρίας ἐρήμοις πάντων, καταπρέψωσιν οἰκτρῶς τὸν βίον. ἀκούσασα δὲ ἡ προφῆτις φυλᾶξαι τὰ πεμφθέντων ταῦτα αὖθις δι' ὧν ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς, σκέλδουσιν αὐτὰς ἀπελθόντας, πρὸς τὸν βασιλέα λέγει, ὅτι τὸ μὲν θεῖον, κατ' αὐτῶν ψῆφον λαβόν, ἵν' ἐκ ἰκεσίας ἄνπερ ἄκυρον ποιήσειν, ἀπολέσαι τὸν λαὸν, καὶ τῆς χώρας ἐκβαλεῖν, καὶ πάντων ἀφελέσθαι τῶν πατρώων ἀγαθῶν φυλάξαντας τὰς νόμους, καὶ πρὸ τῶν μεταξὺ χρόνῳ μὴ μεταγνόσαντας, τὰ τε προφητῶν ὅτε παρῃνοῦντων σωφρονεῖν, καὶ τῶν ὅτι τῆς ἀσεβήματι τιμωρίαν προελεγόντων, ἵν' ἵνα πεισθῶσιν ὅτι ὁ θεὸς ἔστι, καὶ ὄφθεν ἐψεύδετο τούτων ὧν αὐτοῖς διὰ τῶν προφητῶν κατήγγελε, πάντως αὐτοῖς ποιήσειν. δι' αὐτὸν μὲν τοι δίκαιον ἡμῶν ὀμόμοιον ἐφέζειν ἐπὶ τὰς συμφορὰς, μὴ ἢ τὴν ἐκείνου πλάνην, τὰ κατ' ἐψηφισμένα πάθῃ τοῖς ὅλοις ἐπιτεμεῖν, οἱ μὲν ὑπὸ τῆς γυναικὸς προφητείαις, ἐλθόντες ἀπήγγελλαν τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ συστείλας πάντας τὸν λαὸν, σκέλδος συνελθεῖν εἰς τὰ ἱεροσόλυμα, τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς λευίτας, πᾶσαν τε ἡλικίαν προσλαβὼν παρεῖναι. ἀθροισθέντων ἢ αὐτῶν πρῶτον μὲν αὐτοῖς ἀνέγνω τὰς ἱερὰς βίβλους. ἔπειτα στὰς ἐπὶ βήματος ἐν μέσῳ τῷ πλήθει, ὅρκους ἐπιτιθησιν καὶ πίστεις λαβάγκαιον, ἢ μὲν θρησκεύσειν τὸν θεὸν καὶ φυλάξαι τὰς μωυσέως νόμους. οἱ ἢ προθύμως τε ἤνεσαν, καὶ πᾶσι ἐνθέντες τὸν ὅρκον βασιλέως πειθηνίαν ὑπέσχοντο. θύσαντες τε ἀφορμὴν καὶ καλλιερούντων τὸν θεὸν ἱκέτευον, εὐμενῆ καὶ ἵλεω αὐτοῖς ὑπάρχειν. τὸν δὲ ἀρχιερέα προσέταξεν ἐπὶ θύρας τοῦ ναοῦ τὰ προγόνων σκεύη τοῖς εἰδώλοις, καὶ ξενικοῖς θεοῖς κατασκευὴν ἐν τῷ ναῷ ὅτε ἐκβαλεῖν, συναθροισθέντων ἢ πολλῶν κατὰ πῆσαι αὐτὰ τὸν ἀποδοῦναι αὐτῶν οἰκέτας ἐρεῖ, καὶ τὰς ἱερὰς τῶν εἰδώλων, οὖσι ὄντας ἐκ δὲ ἀπάρων θεὸς ἀπέκτεινε. ταῦτα δὲ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις διαπραξάμενος, ἦκεν εἰς τὴν χώραν, καὶ κατασκαφέντα ἐν αὐτῇ τοῦ ἱεροβοάμου δὲ βασιλέως εἰς πυρὰν τῶν ξενικῶν θεῶν, ἠφάνισε. καὶ τὰ ἐπὶ τῶν προφητῶν ὀφθέντα τοῦ βωμὸν ὃν κατεσκεύασε πρῶτος ἱεροβοάμος, κατέκαυσε. ταῦτα ἢ προφήτην κατελθόντα εἰς ἱεροσόλυμα θυσιάζοντος αὐτοῦ, καὶ πάντες ἀκούοντος δὲ λαὸς, προκατηγγείλατο τὸ μὴ θεσμόν, ὅτι τὸν ἐκ δαβίδου γένους, ἰωσίαν τοὔνομα, ποιήσειν τὰ προειρημένα. συνέβη ἢ ταῦτα λαβεῖν τέλος, μετὰ τριακόσια καὶ ἑξηκοντα ἔτη. μετὰ ἢ ταῦτα, ὁ βασιλεὺς ἰωσίας παρελθὼν καὶ εἰς τὰς ἄλλας τῶν ἰσραηλιτῶν, ὅσοι τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν δουλείαν ὑπὸ τῶν ἀσσυρίων διέφυγον, ἀφεῖναι μὲν τὰς ἀσεβεῖς παραξεις καὶ τὰς πλάνας τὰς εἰς τοὺς ἀλλοτρίους θεοὺς ἐγκαταλιπεῖν ἔπεισε. τῷ πάτριον καὶ μέγιστον θεὸν, εὐσεβεῖν, καὶ τούτῳ προσανέχειν. τὰς οἰκίας τε καὶ τὰς κώμας ἠρεύνησε καὶ τὰς πόλεις, μήτις ἔνδον ἔχοιτι τῶν εἰδώλων ὑπολειπόμενος. ὁ μὲν

ἀμὴν, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῖς βασιλεῦσιν ἐφεστῶτα ἅρματα ἀκαπνίσασιν οἱ πρόγονοι, ἐπὶ ἄλλο τι στῖφος ἦν ὁ προσκωμῶν ὡς ἦρι ἐβάδισε. καθηγείσθω δὴ τῷ χώρῳ ἅπασιν εἰς ἱεροσόλυμα τὸ λαὸν σωσεκάλεσε, καὶ τὴν ἄζυμον ἑορτὴν, ἣν τὸ πάσχα λεγόμενον ἤγαγε, ἐθωρήσατο τε τοῦ λαοῦ τὸ πάσχα, νεογνὰς ἐρίφους καὶ ἄρνας, τρισμυρίας, βόας δὲ εἰς ὁλοκαυτώματα τρισχιλίους. παρέσχον δὲ καὶ ἱερέων οἱ πρῶτοι ἀντὶ τοῦ πάσχα τοῖς ἱερεῦσιν, ἄρνας διακοσίας ἑξακοσίας. καὶ τοῖς λευίταις πενταχισχιλίους ἄρνας ἐδωσαν οἱ πρωτεύοντες αὐτοῦ, βοῦς δὲ πεντακοσίους. καὶ ἡμωμένης ὅτως ἀφθόνως τὰ τῶν ἱερέων ἐπιμελείας, τὰς θυσίας ἐπετέλουν τοῖς μωυσέως νόμοις, ἐκάστου τῶν ἱερέων ἐξηγουμένου τοῖς ὄχλοις. καὶ δὴ μηδεμίαν ἄλλως ὅτως ἀχθῶσαι τοῖς ἑορταῖς ἑορτὴν ἀπὸ τοῦ σαμουὴλ δὲ προφήτου χρόνων αὖτον λαοῦ τοῦ, πάντα καὶ νόμους καὶ τὰ ἀρχαῖα ὡδιαπρησιν τὸ πατρίου σωσεβείας ἀπηλευθέρωσαν. ζήσας δὲ ἐν εἰρήνῃ μὴ ταῦτα ἰωσίας, ἐπί τε καὶ πλούτῳ καὶ τῇ πρὸς πῶν εὐδοξίᾳ, καταστρεψε τούτῳ τὸν τρόπῳ τὸν βίον.

A & si qvid aliud divinis honoribus vulgus imperitus dignabatur, de medio fustulit. Cæterum lustrata ad hunc modum regione universa, populum Hierosolyma convocavit ad celebrandum festum azymorum, qvod dicitur pascha: deditqve populo ad epulum de suo triginta hædorum & agnorum millia, & boum tria millia. principes qvoqve sacerdotum contulerunt sacerdotibus ad idem festum agnorum duo millia B & sexcentos: & similiter Levitis eorum primarii dederunt agnorum quinque millia, boves qvingentos. cumqve tanta esset victimarum copia, immolabantur omnes juxta leges Moysis, sacerdotibus ei curæ præpositis, & exemplo suo reliqvo populo præeuntibus, & quod à Samuelis prophetæ temporibus in eam usqve diem nulla talis festivitas celebrata fuerit, causa est, qvia C tum omnia juxta præscripta legum & antiqvas consvetudines peragebant.

Post hæc Josias, cum pace, divitiis & gloria floruisset, vitæ finem habuit hujusmodi. VI.

Κεφάλαιον ς'.

Ὡς συμβαλὼν ὁ νεχάως τῷ τῶν βαβυλωνίων βασιλεῖ, καὶ ἀναστρέφων εἰς οὐγκῶπον, ἦκεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτὶ ἰωαζὰν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἰωακεὶμον ἀπέδειξε βασιλέα.

CAP. VI.

Nechao rege Ægypti contra Babylonios pergit Judæam exercitum ducere volente, Josias vetare conatus prælio victus occiditur.

D NEchaos Ægypti rex, magnis delectibus habitis, copias ad Euphratem duxit contra Medos & Babylonios, qui Assyriorum imperium everterant, volens sibi Asiæ regnum qværere. Cumqve processisset usqve Menden, oppidum ditionis Josiæ, opposuit se ei, vetans per sui juris regionem iter contra Medos facere, tum Nechaos, caduceatore misso, ait se non illum petere bello, sed ad Euphratem properare, non esse sibi imponendam necessitatem præter propositum E cum obstante dimicandi. Josias autem verbis Ægyptii nihil movebatur, sed perseverabat in ea sententia, ut per suam ditionem volenti ducere transitum pernegaret, fato, opinor, ad hanc arrogantiam urgente hominem, ut occasionem adversus eum inveniret. Dum enim aciem instruens curru ab uno cornu ad alterum vehitur, Ægyptius qvidam sagitta icto bellandi studium F exemit. saucius enim & cruciatum non ferens, jusso exercitu deflectere, Hierosolyma revertitur: ubi ex eo vulnere est mortuus. Sepultus est magnifico funere in monumentis paternis, cum vixisset annos triginta novem, regnasset triginta unum. Luxit eum populus multis diebus, lamentis & tristitia mortem ejus prosequens. Hieremias etiam epicedium ei scripsit lugubri carmine, quod nunc quoque extare videmus. hic propheta & instantem urbi captivitatem Babyloniam, & nostri etiam seculi clades prædictas mandavit literis. Nec solus ille hæc vaticinatus est multitudini, sed & propheta Hiezeciel, qui primus duos libros hoc argumento scriptos reliqvit. erant autem hi duo sacerdotalis generis, quorum Hieremias vixit Hierosolymis, ab anno 13 regni Josiæ usqve dum templum una cum urbe est dirutum: cujus suo loco mentionem faciemus. Porro mortuo, qvemadmodum diximus, Josia, regnum suscepit filius ejus Joazus,

anno ætatis vigesimo tertio, regiam habens Hierosolymis. Hic matre natus Amethala, impiis & impuris fuit moribus.

VII. Hunc Ægyptiorum rex à bello revertens accersitum ad se in urbem Syriæ Samatham vinxit, & fratri ejus seniori, eodem patre nato, Eliacimo nomine, regnum tradidit, Joacimi nomine prius illi indito. regioni vero ejus centum argenti talentorum tributum imposuit, & unius talenti auri. atqve ita, Joacimo tributario facto, Joazum secum in Ægyptum abduxit, ubi mortuus est, cum regnasset menses tres, dies decem. Mater autem Joacimi vocata est Zabuda, nata ex oppido Abuma. hic qvoqve malitioso fuit ingenio, nec erga Deum pius, nec mitis erga homines.

τιώνομα, ὃς τρίτον καὶ εἰκοστὸν ἤδη ἔτος ἄγοντος. καὶ ἐτος μὲν ἐν ἱεροσολύμοις ἐβασίλευσε μητρὸς ἀμεταλής, ἀσεβὴς ἦν, μιαρὸς τὸν τρόπον. οὗτον αἰγυπτίων βασιλεὺς, ἀναστρέψας ἀπὸ τῆς μάχης, μεταπέμπεται τὸν ἰωάζον εἰς αὐτὸν εἰς σαμάθην καλουμένην πόλιν, ἥτις ἐστὶ τῆς συρίας, καὶ τὸν μὲν ἐλθόντα ἔδησε, τῷ δὲ πρεσβυτέρῳ αὐτοῦ ἀδελφῷ ὁμοπατρίῳ ἔντι ἐλιακίμῳ τιώνομα τὴν βασιλείαν παραδίδωσι, μετονομάσας αὐτὸν ἰωακίμον. τῇ δὲ χώρᾳ ἐπέταξεν, ἑκατὸν ἀργυρίου τάλαντα, ἐν ᾗ χρυσίου. καὶ τὸ μὲν ἐπιβληθὲν ἰωακίμου τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων, τὸν δὲ ἰωάζον ἀπήγαγεν εἰς αἴγυπτον, ὃς καὶ ἐτελεύτησεν ἐν αὐτῇ, βασιλεύσας μῆνας τρεῖς, ἡμέρας δέκα. ἦν δὲ ἰωακίμου μήτηρ, σκαλῆτα ζαβούδα, ἐκ πόλεως δὲ λουβούμας. ἐτύγχανε δὲ ὢν τὴν φύσιν ἄδικος καὶ κακοῦργος, καὶ μήτε πρὸς θεὸν ὅσιος, μήτε πρὸς ἀνθρώπους φιλάνθρωπος.

CAP. VII.

Nabuchodonosorus invadens Syriam Joacimum ad amicitiam & societatem suam pertraxit.

ANno autem qvarto, ex qvo is regnare incepit, qvidam Nabuchodonosorus, apud Babylonem regno potitus, cum instructissimo exercitu Carchabesam ad Euphratem sitam petiit, bellum inferens Ægyptio Nechao, qvi tum toti Syriæ dominabatur. at ille, cognito Babyloniі conatu, non contempsit hostem, sed cum validis & numerosis copiis ad Euphratem ei se opposuit. &, collatis signis, cum eo congressus, amissis multis millibus, coactus est cedere: Babylonius autem superato Euphrate, totam Syriam Pelusium usq; subegit, Judæa sola excepta. Qvarto deinde regni Nabuchodonosori anno, Joacimi vero octavo, Babyloniі Judæis bellum inferunt magnis viribus, dira minantes, ni tributa pendant, qvemadmodum reliqvi Syriæ habitatores. At ille, timore svadente, pacem mercatus pecuniis, integro triennio imperata tributa persolvit.

4. Reg. 24.

VIII. Inductus deinde ad vanas spes rumoribus expeditionis Ægyptiorum contra Babylonios, & negato tributo, expectatione sua frustratus est. nam Ægyptii bellum instaurare non ausi sunt: id qvod propheta Hieremias qvotidianis monitis prædicere non destitit. frustra eos spem in Ægyptiorum præsidio ponere. Imminere enim urbi certam subversionem à Babyloniis, & Joacimo regi captivitatem. Sed hæc vaticinia, qvod nemo eis moveretur, nemini proderant. Etenim tam vulgus qvam proceres contemptim hæc audiebant, & irati male ominanti, prophetam apud regem accusabant, deposcentes eum ad supplicium. Delata demum re ad regium senatum, maxima pars, ut improvida, calculis suis eum damnavit. pauci vero qvidam sapientiores è regia prophetam dimiserunt, autoresqve fuerunt etiam aliis, ne in eum sævire pergerent. Adducebantqve rationem, non hunc solum mala urbi prædicere, sed & Michæam ante talia prædixisse, & multos alios, qvorum nemo à sui temporis regibus aliqvid esset passus, sed omnes, ut Dei vates, habiti sint in precio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Ναβυχοδονοσόρου στρατεία εἰς συρίαν, καὶ ὡς τὸν ἰωάκιμον φίλον ἠναγκάσεν εἶναι καὶ σύμμαχον.

ΕΤΟΣ δὲ αὐτοῦ βασιλείας τέταρτον ἤδη ἔχοντος, τὴν βαβυλωνίων ἔσχεν ὁ δαλαμβάνης ὁ ναβυχοδονόσορος ὄνομα, ὃς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἡμέρου μεγάλης ὁ δαοκὴς ὅτι καρχαβησὸν ἀναβαὶν πολλὴν, ἔστι δὲ αὕτη πρὸς τῷ εὐφράτῃ, πολεμεῖν διεγνωκὼς τοῦ αἰγυπτίων νεχάω, ἀπὸ τούτου γὰρ ἦν ἅπασα ἡ συρία. μαθὼν δὲ τὴν βαβυλωνίων προαίρεσιν καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ στρατείαν ὁ νεχάως, ἀπὸ αὐτοῦ ἀπαντᾷ. καὶ πολλῇ χειρὶ τὸν ναβυχοδονόσορον ἀμυνόμενος, ὥρμησεν ὅπως τὸν εὐφράτην. συμβολῆς δὲ γενομένης ἡττᾶται, καὶ πολλὰς ἀπέβαλε μυριάδας ἐν τῇ μάχῃ. διαβὰς δὲ τὸν εὐφράτην ὁ βαβυλώνιος, τὴν ἄχρι πηλουσίου παραλαμβάνει συρίαν πάρεξ τῆς ἰουδαίας. ποσαραδὲ ἔτη βασιλεύοντος ἤδη τοῦ ναβυχοδονοσόρου, ὄγδοον τῷ ἰωακίμῳ τῷ τῶν ἑβραίων ἔχοντι τὴν ἀρχὴν, στρατεύει μὲν πολλῆς δυνάμεως ὅπως τοὺς ἰουδαίους ὁ βαβυλώνιος, φόρους αἰτῶν τὸν ἰωάκιμον, ἢ πολεμήσων ἀπειλῶν. ὁ δὲ δείσας τὴν ἀπειλὴν, καὶ τὴν ἐφαλίαν ἀντικαταλλαξάμενος χρημάτων, λύεγκεν αὐτοῦ φόρους, ἐς ἔτη τρία. τῷ δὲ τρίτῳ, στρατεύει τοὺς αἰγυπτίους ἀκέσους ὅπως τὸ βαβυλώνιον, καὶ τοὺς φόρους αὐτοῦ μὴ διδοὺς, διεψεύσθη τὸ ἐλπιζόμενον. οἱ γὰρ αἰγύπτιοι πεπαυμένοι τὴν στρατείαν οὐκ ἐτόλμησαν. τοῦτο δὲ ὁ προφήτης ἱερεμίας καθ' ἡμέραν προὔλεγεν, ὡς μάταιον τὸ τῶν αἰγυπτίων ἐλπίσι προσανέχοντας, καὶ ὡς δεῖ τὴν πόλιν ὑπὸ τοῦ βαβυλωνίων βασιλέως ἁλῶναι τὸν ἰουδαίων, καὶ ἰωακίμῳ τῷ βασιλεῖ χειροδουλίαν ὑπὸ αὐτοῦ. οὗτος ἐς ἅπαν χρήσιμον οὐκ ὄντων τῶν σωθησομένων ἐλέγετο. καὶ τὸ πλῆθος καὶ οἱ ἄρχοντες, ἀκούοντες παρημέλουν, καὶ πρὸς ὀργὴν λαμβάνοντες τὰ λεγόμενα, ὡς οἰωνιζόμενόν καὶ κακὸν βασιλέως τὸν προφήτην τὸν ἱερεμίαν ἠτιῶντο, καὶ ὑπάγοντες δίκαι κατεψηφίσθησαν πρὸς τιμωρίαν ἧξειν. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες λύεγκαν τὰς ψήφους κατ' αὐτοῦ, οἱ δὲ ἀπέγνωσαν τὸ πρεσβυτέρων. οἱ δὲ σοφῆς ὄντες ἀνδρὸς, ἀπέλυσαν τὸν προφήτην ἀπὸ τῆς αὐλῆς, καὶ τοῖς ἄλλοις συνεβάλοντο μηδὲν ἀδικεῖν κακὸν τὸν ἱερεμίαν. ἔλεγον γὰρ οὐ μόνον ἅτε προλέγοντα τῇ πόλει τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ καὶ μιχαίαν πρὸ αὐτοῦ ταῦτα κατηγγελικέναι, καὶ πολλοὺς ἄλλους ὧν οὐδεὶς ἀπὸ τῶν τότε βασιλέων οὐδὲν ἐπαθεν, ἀλλ' ὡς προφήτης θεοῦ τιμῆς ἔτυχε.

τότε

τούτοις καταπλαύνοντες τὸ πλῆθος τοῖς λόγοις ἐρρύ-
πωσε τῆς κατεψηφισμένης αὐτῷ κολάσεως τὸν ἱερε-
μίαν, ὃς ἅπασας τὰς αὐτῷ προφητείας συγγεγραμέ-
νος, πιστεύοντας τοῦ θεοῦ, καὶ ἐκκλησιαζόντων ἐν τῷ
ἱερῷ μηνὶ ἐνάτῳ τοῦ πέμπτου ἔτους ἰωακείμου βασι-
λέως, ἀνέγνω τὴν βίβλον, ἐν αἷς τῶν μελλόντων
συμβήσεσθαι τῇ πόλει καὶ τῷ ναῷ καὶ τοῖς ὄχλοις ἐν
συντυχίᾳ. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἡγεμόνες, λαμβάνουσι
παρ' αὐτοῦ τὸ βιβλίον, καὶ κελεύουσιν αὐτόν τε καὶ τὸν
γραμματέα βάρουχον ἐκποδὼν ἑαυτοὺς ποιῆσαι μή
τινι δῆλοι γένωνται. τὸ δὲ βιβλίον αὐτὸ, φέροντες τῷ
βασιλεῖ διδόασιν. ὁ δὲ παρόντων αὐτῷ τῶν φίλων, ἐκέ-
λευσε τὸν ἑαυτοῦ γραμματέα λαβόντα ἀναγνῶναι. ἀ-
κούσας δὲ τῶν ἐν τῷ βιβλίῳ καὶ ὀργισθεὶς ὁ βασιλεὺς,
διέρρηξέ τε καὶ βαλὼν εἰς πῦρ ἠφάνισε. ζητήσαντας
δέ τινα τὸν ἱερεμίαν καὶ τὸν γραμματέα βάρουχον ἐκέ-
λευσεν ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν κολασθησομένους. οὗτοι
μὲν οὖν διέφθυγουσιν αὐτοῦ τὴν ὀργήν.

A atque hoc pacto lenitis animis, diversa sentientium effecerunt, ut, revocatis suffragiis, propheta eximeretur supplicio: qui, conscriptis omnibus suis prophetiis, jejunanti populo & in templum congregato, nono mense quinti anni regni Joacimi legit eum librum, continentem, quid templo & urbi ejusque populo deberet accidere. His auditis, principes ei librum adimunt, simulque jubent tam ipsum quam ejus scribam Baruchum B è medio secedere, ut omnes lateat, ubi sint: librum vero ad regem pertulerunt, qui, præsentibus amicis, jussit scribam librum sumere & legere. quo lecto, iratus conscidit eum, & injectum in ignem exussit: jussitque Hieremiam & Baruchum ad se adduci daturos supplicium. sed illi jam se iræ ejus subduxerant.

C

CAP. IIX.

Κεφάλαιον ή.

Ὡς ναβυχοδονόσορος τὸν ἰωακείμον πάλιν τὸ τῶν αἰγυ-
πτίων φρονήσαντα ἀπέκτεινεν, ἰωακείμον δὲ τὸν υἱὸν
αὐτοῦ κατέστησε βασιλέα.

Nabuchodonosorus Joacimum rursum Ægyptiorum rebus studentem interfecit, & Joachimum ejus filium pro eo regem constituit.

Μετὰ οὐ πολὺ δὲ χρόνον στρατευσάμενον ἐπ' αὐ-
τὸν τὸν τῶν βαβυλωνίων βασιλέα δέχεται, καὶ
τὰδεος τὸ παρὰ τῶν προφητῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ προ-
φήτου. τούτους οὐδὲν νομίζων πεισθῆναι δεινὸν μηδὲ
ἀπολέσας μηδὲ πολεμήσας. εἰσελθὼν δὲ εἰς αὐτὴν,
οὐκ ἐφύλαξε τὰς πίστεις, ἀλλὰ τοὺς ἀκμαιοτάτους καὶ
κάλλει διαφέροντας τῶν ἱεροσολυμιτῶν ἀπέκτεινε μὲν
τοῦ βασιλέως ἰωακείμου, ἐν ἄταφον ἐκέλευσε ῥιφῆναι
πρὸ τῶν τειχῶν. τὸ δὲ ἔθνος αὐτοῦ ἰωάχιμον κατέστησε
βασιλέα τῆς χώρας καὶ τῆς πόλεως. τοὺς δὲ ἐν ἀξιώ-
ματι τετραχιλίους ὄντας τὸν ἀριθμὸν, αὐτοὺς αἰχμαλώ-
τους λαβὼν ἀπήγαγεν εἰς βαβυλῶνα, ἐν δὲ τούτοις ἦν
ὁ προφήτης ἰεζεκιήλος τότε ὤν. καὶ τέλος μὲν τοιοῦ-
τον ἰωακείμον τὸν βασιλέα κατέσχε, βιώσαντα μὲν ἔτη
ἓξ καὶ τετταράκοντα, βασιλεύσαντα δὲ τούτων ἕνδεκα. ὁ
δὲ διαδεξάμενος αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ἰωάχιμος, ἐκ
μητρὸς μὲν νοσῆς ὄνομα, πολίτιδος δὲ, ἐβασίλευσεν
μῆνας τρεῖς ἡμέρας δέκα.

NOn multo post venientem cum exercitu Babylonium regem excipit in urbe, territus prophetæ prædictionibus. quod enim ab D eo sibi non timeret, neque excusit, nec ad bellum se paravit. At ille receptus non servavit fidem, sed florem juventutis Hierosolymitanæ una cum ipso rege interfecit: quem etiam insepultum extra mœnia jussit projici: & pro eo Joachimum filium regem urbis & regionis constituit. eorum vero, qui in aliqua dignitate fuerunt, in captivitatem abduxit Babylonem tria E millia, in quibus fuit etiam tum puer Hiezeciel. Hic finis fuit Joacimi regis, qui vixit annos triginta sex, regnavit undecim. Successor autem ejus Joachimus, natus matre Hierosolymitana, nomine Nosta, regnavit menses tres, dies decem.

CAP. IX.

Κεφάλαιον θ'.

Ὅτι μετανοήσας, ἐγκρατὴς τῷ ἰωακείμου θεμε-
θέντι ἑαυτὸν γίνεται.

F *Babylonius, mutata sententia, Joachimum obsidet, dedicumque ultro captivum Babyloniam abducit.*

Τὸν δὲ τῶν βαβυλωνίων βασιλέα, δόντες τὴν βα-
σιλείαν ἰωακείμῳ, ὃ ἔλαβε δεσμὸν ἔλαβε δὲ, ἐδεί-
σας μὴ μνησικακήσας αὐτοῖς τῆς τοῦ πατρὸς ἀναι-
ρέσεως, ἐπέσπασε τὴν χώραν αὐτῶν. πέμψας τοίνυν
δύναμιν πολλὴν ἐπὶ τὸν ἰωακείμον ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις.
ὁ δὲ φύσει χρηστὸς ὢν καὶ δίκαιος, οὐκ ἠξίου τὴν πό-G
λιν κινδυνεύουσαν δι' αὐτὸν θεωρεῖν. ἀλλὰ ἀπάρας
τῷ μητρὶ καὶ τοὺς συγγενεῖς, παραδίδωσι τοῖς
περιοῦσιν ἐπὶ τοῦ βαβυλωνίου στρατηγοῖς ὅρκους
παρ' αὐτῶν λαβὼν ὑπὲρ ὧν μηδὲν μητ' αὐτοὺς πα-
θεῖν μήτε τὴν πόλιν, οἷς οὐδὲ ἐνιαυτὸν ἡ πίστις ἔμεινεν.
οὐ γὰρ ἐφύλαξεν αὐτοῖς βαβυλωνίων βασιλεὺς,
ἀλλὰ τοῖς στρατηγοῖς ἐπέστειλεν ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ
πόλει λαβόντας αἰχμαλώτους νέους τὴν ἡλικίαν,

BAbylonium autem regem statim dedisse, IX.
regnum Joachimo pœnituit. Verebatur e- 4. Reg. 25.
nim, ne memor patris per injuriam occisi, regionem ad defectionem perpelleret. Misso igitur exercitu, Hierosolymis eum obsedit. qui cum
esset natura bonus & justus, non sustinuit periclitantem propter se urbem despicere: sed matrem & cognatos, missis à rege ducibus, tradidit obsides, icto in hoc cum eis fœdere, quod nec urbi mali aliqvid inferrent, nec civibus. Sed tum quoque, ne per integrum quidem annum fides servata est, Babylonio rege violante eam, & mandante per literas suis ducibus, ut omnem juventutem captivam ex urbe abducerent,

& quicquid ineſſet artificum, & vinctos ad ſe adducerent. fueruntque hi omnes decem millia numero, & octingenti triginta duo, & in his Joachimus cum amicis ac matre, qui à rege in cuſtodia ſunt habiti.

καὶ τεχνίτας, δεδεμένους ἄγειν πρὸς αὐτόν. ἦσαν δὲ οὗτοι πάντες, εἰς μυρίους ὀκτακοσίους τεσσαρακονταδύο. Ἐν τοῖς ἰωαχίμου μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῶν φίλων. οὗτος πολεμοδέντας πρὸς αὐτὸν ἔσχεν ἐν φυλακῇ.

CAP. X.

Sedecias Hieroſolymorum rex à Babylonio conſtituitur.

PRo Joachimo autem Sedeciam ejus patruum regem conſtituit, jurejurando aſtrictum quod nihil in ea regione eſſet novaturus, nec juvaturus Ægyptios. is erat annorum viginti & unius, cum principatum acciperet, natus eadem matre, qua frater Joacimus, ſed juſti ac decori negligens, ut qui æquales quoque circa ſe haberet impios. quin & totus populus in eandem ſolutus eſt licentiam. Quamobrem ſæpenumero Hieremias propheta illum adiit, obteſtans, ut, omiſſis impietatibus, juſtitiæ curam gereret: neve aut ducibus mentem adhiberet, quod eſſent mali plerique, aut falſis prophetis crederet, eum decipientibus, & pollicentibus non oppugnaturum amplius urbem Babylonium, vincendumque bello petitum ab Ægyptiis. hæc enim non vere dici, nec eventura eſſe unquam. Sedecias vero tantiſper dum audiebat prophetam, agnoſcebat eum vera dicere, & in rem ſuam eſſe, ſi illi fidem adhibeat: ſed per amicos rurſum depravabatur, & abducebatur à prophetæ conſiliis in diverſum quocunque vellent. Sed & apud Babylonem Jezeciel eodem tempore vaſtationem templi prædicebat, eamque prædictionem etiam Hieroſolyma transmiſit. quibus vaticiniis Sedecias hac potiſſimum de cauſa noluit credere. In cæteris enim omnibus inter ſe concinebant, quod & urbs vi capietur, & Sedecias ipſe captivus abducetur. in hoc vero diſcrepare videbatur Jezeciel, quod negaret Sediciam viſurum Babylonem. cum Hieremias aſſeveraret, omnino futurum, ut captivum eum Babylonius rex ſecum abduceret. quare, cum hic diverſa dicere eos videret, ne illa quidem vera putabat, in quibus conſentirent: et ſi poſtea eventus omnia vera fuiſſe comprobavit, ſicut alias opportunius dicetur. Igitur cum per octo annos ſocius Babyloniorum fuiſſet, violato fœdere, ad Ægyptios defecit, ſperans, ſi cum illis vires conjungeret, Babylonium neceſſario ſuccumbere. Quo cognito, Babylonius exercitum contra eum duxit: vaſtataque regione, & occupatis arcibus ad ipſa Hieroſolyma oppugnanda acceſſit. Ægyptius autem, audito, in quibus anguſtiis eſſet Sedecias ſocius, aſſumpto valido exercitu, Judæam petiit, volens obſidionem ſolvere. At Babylonius, intermiſſa obſidione, obviam illi profectus, uno prælio victum tota Syria expulit. Mox vero, ut obſidio ſoluta eſt, pſeudoprophetæ Sedeciam deceperunt, vanum jactantes, quod à Babyloniis regi ejusque ſubditis inſtaret belli periculum,

Κεφάλαιον ι.

Οπως ὁ Βαβυλώνιος σεδεκίαν τῶν ἱεροσολυμιτῶν βασιλέα κατέστησεν.

Τὸν δὲ θεῖον τοῦ ἰωαχίμου σεδεκίαν, ἀπέδειξε βασιλέα, ὅρκους παρ' αὐτοῦ λαβὼν ἢ μὴν φυλάξειν αὐτῶν τὴν χώραν καὶ μηδὲν νεωτερίσειν, μὴ δὲ τοῖς αἰγυπτίοις συνήσειν. σεδεκίας δὲ τὸν ἐτῶν εἴκοσι καὶ ἑνὸς, ὅτε τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν, ὁμομήτριον μὲν ἰωακίμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, τῶν δὲ δικαίων καὶ τοῦ θεοῦ ἀνεροσπής. καὶ δὴ οἱ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἦσαν ἀσεβεῖς πρὸς αὐτὸν, καὶ ὁ πᾶς ὄχλος ἐπ' ἐξουσίας ἤγειρεν ἀφῆκε. διὸ καὶ ὁ προφήτης ἱερεμίας πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν πολλάκις ἐμαρτύρετο κελεύων, τοὺς μὲν ἄλλους ἀσεβείας, καὶ παρανομίας καταλείπειν, προνοεῖν δὲ δικαίου, καὶ μήτε τοῖς ἱερεῦσιν εἶναι δὲ ἐν αὐτοῖς πονηροὺς, προσανέχειν, μηδὲ τοῖς ψευδοπροφήταις ἀπατῶσιν αὐτὸν πεπιστευκέναι, ὡς οὐκέτι πολεμήσει τὴν πόλιν ὁ βαβυλώνιος, καὶ ὡς αἰγύπτιοι τροπώσονται ἐκ αὐτὸν καὶ νικήσουσι. ταῦτα δὲ οὐκ ἀληθῆ λέγειν, οὐδὲ οὕτως ἐφέλοντα γενέσθαι. ὁ δὲ σεδεκίας, ἐφ' ὅσον μὲν ἤκουε τοῦ προφήτου ταῦτα λέγοντος, ἐπείθετο αὐτῷ καὶ συνήδει πᾶσιν ὡς ἀληθεύουσι, καὶ συμφέρειν αὐτῷ πεπιστευκέναι. διεφθείρετο δὲ πάλιν αὐτὸν οἱ φίλοι καὶ ἀπῆγον ἀπὸ τοῦ προφήτου πρὸς ἅπερ ἤθελον. προεφήτευσε δὲ καὶ ἰεζεκιήλος ἐν βαβυλῶνι, τὰς μελλούσας τοῦ ναοῦ συμφορὰς, καὶ ἀκούσας ταῦτα ἐπεμψεν εἰς ἱεροσόλυμα. τοῖς δὲ προφήταις αὐτῶν σεδεκίας ἠπίστησεν, ἐκ τοιαύτης αἰτίας. τὰ μὲν ἄλλα πάντα συμφωνοῦντα τοῖς προφήταις ἀλλήλοις εἰπεῖν σωθήσῃ, ὡς τε ἡ πόλις ἁλώσεται καὶ σεδεκίας αὐτὸς αἰχμάλωτος ἔσται. διεφώνησε δὲ ἰεζεκιήλος εἰπὼν, οὐκ ὀφεῖται βαβυλῶνα τὸν σεδεκίαν, τῷ ἱερεμίᾳ φάσκοντες αὐτὸν ὅτι δεδεμένον αὐτὸν ὁ βαβυλώνιος ἀπάξει βασιλεύς. καὶ διὰ τὸ, μὴ ταυτὸν αὐτοὺς ἑκατέρους λέγειν, ἀλλ' περὶ ὧν συμφώνων ἐδόκουν, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνα ἀληθῆ λέγουσι γνοὺς, καὶ τοι πάντα αὐτῷ κατὰ τοὺς προφήτας ἀπήντησε, ἅπερ ὑπομνήσομεν. τῷ συμμαχίαν καὶ τῷ πρὸς τοὺς βαβυλωνίους ἐπὶ τὴν ὅλῳ καταφυγὼν, διέλυσε τὰς πρὸς αὐτοὺς πίστεις, καὶ τοῖς αἰγυπτίοις προσέθετο κατὰ λύσειν τοὺς βαβυλωνίους ἐλπίσας, ἃ μετ' ἐκείνου ἐνόμουν. μαθὼν δὲ τάτε τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὴν χώραν κακώσας αὐτοῦ, κατὰ τὸ φρούρια λαβὼν, ἐπ' αὐτὴν ἦλθε τὴν τῶν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν πολιορκήσων αὐτόν. ὁ δὲ αἰγύπτιος ἀκούσας ἐν οἷς ἐστιν ὁ συμμαχος αὐτῷ σεδεκίας, ἀναλαβὼν πολλὴν δύναμιν, ἦλθεν ὡς τὴν ἰουδαίαν ὡς λύσων τὴν πολιορκίαν. ὁ δὲ βαβυλώνιος ἀφίστανται τῶν ἱεροσολύμων, ἀπαντήσας τοῖς αἰγυπτίοις, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς τῇ μάχῃ νικᾷ, καὶ τρέψαμενος αὐτοὺς, εἰς φυγὴν ἐξ ὅλης διώκει τῆς συρίας. ὡς δὲ ἀνεχώρησεν ὁ τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς ἀπὸ τῶν ἱεροσολύμων, ἐξηπάτησαν οἱ ψευδοπροφῆται τὸν σεδεκίαν λέγοντες, οὔτε τὴν βαβυλωνίων αὐτὸν ἔτι πολεμήσειν καὶ τοὺς ὁμοφύλους,

οὔτε

οὔτε ἀναστήσειν ἐκ τῆς οἰκείας εἰς τὴν Βαβυλῶνα. μὴ A quodve transferendi essent è suis sedibus in Babyloniam. imo etiam captivos reddituros esse cum omnibus vasis, quibus rex templum spoliaverat. At Hieremias, adito rege, omnia vera & his contraria prænuntiat, dicens eos regem decipere, nihilque commodi sperandum ab Ægyptiis. sed, victis illis, Babylonium copias ad Hierosolyma reducturum, & qvotqvot oppugnationi ac fami superfuerint, captivos abducturum: direptisq; omnium facultatibus, & exhaustis templi divitiis, in urbem simul & templum ferro ac flammis sæviturum, nullo sacri aut profani discrimine. Et serviemus, inquit, ei posterisque ejus per annos septuaginta, à qua servitute Persæ & Medi nos eripient, extincto Babyloniorum imperio. qvorum ope dimissi, & huc reversi templum ædificabimus denuò, & Hierosolyma restituemus. Hæc dicens Hieremias plerisque persuadebat: principes verò & impii velut furiosum contemnebant. Cumq; aliquando libuisset ei natale solum Anathoth revisere, quod à Hierosolymis viginti stadiis est dissitum, quidam è magistratibus in itinere forte obvius cõprehensum detinuit, calumnians, qvod ad Babylonios vellet transfugere. propheta contra negavit, eum verum crimen afferre, sed ire se in patriam. at ille nihil ejus verbis motus, duxit eum ad magistratus in judicium, à quibus diu tortus & excruciatus servabatur ad supplicium, & aliquanto tempore coactus est vivere in his afflictionibus. Anno autem nono regni Sedeciæ, decima die mensis decimi, Babylonius rex iterum exercitum admovit Hierosolymis: & continuata per octodecim menses obsidione, modis omnibus expugnare urbem conatus est. præter externam autem oppugnationem duobus gravibus malis intus impugnabatur civitas, fame simul & pestilentia vehementer grassantibus. Interim Hieremias in carcere non quiescebat, sed clamabat ad multitudinem, apertis portis, recipiendum Babylonium: nam hoc facto servandos esse una cum totis familiis, alioquin sine remedio perituros. addebat manentibus in urbe hostili ferro aut fame pereundum. qui verò ad hostem perfugerint, mortem evasuros. At principes ne malis quidem pressi audire volebant, sed irati ad regem omnia deferebant, incusabantq; prophetam ut furentem, & frangentem sibi animos, & obnunciandis calamitatibus omnem populi promptitudinem & alacritatem enervantem. illos enim paratos pugnare pro patria, hunc verò minari tristia, & dicere expugnatam urbem omnino subvertendam esse. Rex verò suopte quidem ingenio non exacerbabatur: sed ne in principum invidiam tali tempore incurreret, voluntati eorum resistens, permisit eis, ut de propheta, quicquid liberet, facerent: quo impetrato, confestim carcerem petentes, exemptum inde in quendam cœnosum puteum per funem demiserunt, ut ibi præfocatus moreretur. ille verò usque collum mersus ibi manebat, interim quidam è servis regis charioribus, genere Æthiops,

renunciat domino, quid prophetæ acciderit, dicens non recte principes statuisse & amicos, qvod vatem in cœnum demerserint, & graviorem, quam quæ in vinculis erat expectanda, mortem homini excogitaverint. His auditis, rex pœnitentia prioris consilii, quod principibus prophetam in potestatem tradiderat, jubet Æthiopem triginta socios e suo famulitio sibi assumere, funesque capere, & quicquid ad viri incolumitatem opus sit, &, quantum potest, propere è puteo Hieremiam extrahere. tum Æthiops, assumptis, qvemadmodum jussus erat, sociis, extractum è cœno permisit abire liberum. Accitus deinde clam ad regem, interrogatus est, ecquod posset divinitus afferre ad rem præsentem remedium. ille habere se ait, sed neminem creditum sibi, aut præceptis suis obtemperaturum. Sed omnes, inquit, amici tui quasi maleficum cupiunt me perdere. & ubi nunc sunt impostores illi, qui negabant Babylonium amplius rediturum? Quamobrem vereor apud te veritatem promere, ne fortè in vitam meam sævias. Sed cum rex jurejurando confirmasset, nec se illum interfecturum, nec amicos id facere passurum, fretus accepta fide, consuluit, ut urbem Babyloniis dederet. ita enim, se internuncio, jubere Deum, si modo velit incolumis esse, & imminens periculum evadere, & cavere, ne urbs solo æquetur, templumque tradatur incendio. Ni faciat, ipsum fore omnium malorum causam tam sibi ac suæ familiæ, quam universo populo. Tum rex, se quidem cupere facere, quæ vates in rem communem consuleret: sed timere amicos, qui jam ad Babylonios transfugerant, ne ab illis accusatus apud regem traderetur supplicio, at propheta addebat illi animum, vanum eum timorem esse dictitans. nihil enim mali passurum, si civitatem dederet, ac ne uxores quidem ejus & liberos: mansurum etiam templum incolumi. Hæc locutum Hieremiam rex dimisit: jussum nemini civium communicatum inter ipsos consilium prodere, ac ne principibus quidem indicare, si cognito collocutos se esse, percontarentur, cur nam esset à rege accersitus: sed prætexendum, qvod venerit rogatum, ne posthac amplius haberetur in vinculis. id quod factum est à propheta: volebat enim scire, qvanam de causa accessisset ad Sedeciam.

CAP. XI.

Cupit Hierosolymis, Nabuchodonosorus populum traducit in Babyloniam.

INterea Babylonius pergebat in oppugnandis acriter Hierosolymis, extructis aggeribus, & erectis turribus, è quibus arcebat propugnatores stantes in mœnibus. multos enim aggeres circumquaque excitaverat, urbis muro altitudine pares. Nec segniter interim defendebatur urbs, civibus nec fami nec pesti succumbentibus,

τὸ περὶ τὸν προφήτην πάθος ἀπήγγειλε τοῖς βασιλεῦσι. φάσκων οὐκ ὀρθῶς ποιῆσαι τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτοῦ πεπηκέναι, καταβαλόντας εἰς βάραθρον τὸν προφήτην, καὶ τὸ διὰ τῶν δεσμῶν δεινὸν πικρότερον οὕτως ἐσόμενον ἐπινοήσαντας κατ' αὐτοῦ. ταῦτ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, καὶ μετανοήσας ἐπὶ τῷ παραδοῦναι τὸν προφήτην τοῖς ἡγεμόσιν, ἐκέλευσε τῶν αἰθιόπων, τρεῖς καὶ τριάκοντα τῶν βασιλικῶν παραλαβόντα, ἐξαγαγεῖν, καὶ πᾶν ὃ περὶ τὸν προφήτην σωτήριον δοκοῦν χρήσιμον, μὴ ἀποδοῦναι ἀνελκύσαντα τὸν ἱερεμίαν. ὁ δὲ αἰθίοψ, παραλαβὼν οὓς ἐπετάγη, ἀνέβασεν ἐκ τοῦ βορβόρου τὸν προφήτην καὶ ἀφῆκεν ἀφύλακτον. μεταπεμψαμένου δ' αὐτὸν κρύφα τοῦ βασιλέως, καὶ πυθομένου φράζειν αὐτῷ περὶ τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ τῶν παρόντων σημαίνειν ἑρμόμενον. ἔχειν μὲν ἔλεγεν, οὐ πιστευθήσεσθαι δ', ὅτων, οὐδὲ παραινέσας, ἀκουσθήσεσθαι, ἀλλ' ὡς δὴ μέγα κακόν τι ἐργασάμενον, ἀποκτεῖναι διεγνωσαν οἱ σοὶ φίλοι φησί. καὶ πῶς νῦν ἐστιν οἱ τὸν βαβυλώνιον οὐκ ἐν ἡμῖν ὑπιστρατεύσειν φάσκοντες καὶ ἀπατῶντες. εὐλαβοῦμαι δὲ νῦν γε τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, μή με κατακρίνῃς θανάτῳ, & δὲ βασιλέως ὅρκους αὐτῷ δόντος, ὡς οὔτε αὐτὸς αὐτὸν ἀναιρήσοι, οὔτε τοῖς ἡγεμόσιν ἐκδώσοι, θαρρήσας τε τῇ λεγομένῃ πίστει, συνεβούλευσεν αὐτῷ παραδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς βαβυλωνίοις. ταῦτα γὰρ αὐτῷ τὸν θεὸν δι' αὐτοῦ προφητεύειν ἔλεγεν, εἴγε βούλεται σώζεσθαι, καὶ τὸν ἐφεστῶτα κίνδυνον ἀφυγεῖν. καὶ μήτε τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος πεσεῖν, μήτε τὸν ναὸν ἐμπρησθῆναι. αὐτὸν γὰρ τούτων παραυτίκα ἔσεσθαι τῶν κακῶν τοῖς πολίταις, καὶ αὐτῷ παντοῖα τῆς συμφορᾶς. ὁ δὲ ταῦτ' ἀκούσας, βούλεσθαι μὲν αὐτὸν ἔφη, ποιεῖν ἃ παραινεῖ καὶ λέγει σωτήρια αὐτῷ γινόμενα. δεδιέναι γὰρ τοὺς αὐτομολήσαντας τῶν φίλων πρὸς τοὺς βαβυλωνίους, μὴ ἀφεληθεὶς ὑπ' αὐτῶν τῷ βασιλεῖ κολασθῇ. παρεθάρρυνε δ' αὐτὸν ὁ προφήτης, καὶ μάτην ὑπονοεῖν τὴν πικρίαν ἔλεγε. σὺ γὰρ κακοῦ πεισθήσεσθαι, φησὶ δόντα τοῖς βαβυλωνίοις, οὔτ' αὐτὸν οὔτε τὰ τέκνα, οὔτε τὰς γυναῖκας· μένειν δὲ καὶ τὸν ναὸν ἀπαθῆ. καὶ τὸν μὲν ἱερεμίαν ταῦτ' εἰπόντα, ἐβασίλευσε, πρεσβεύσας αὐτῷ, μηδενὶ τῶν πολιτῶν τὰ δόξαντα αὐτοῖς ἐξενεγκεῖν, ἀλλὰ μὴ δι' αὐτοῖς ἡγεμόσιν, εἰ μαθόντες αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ μετάπεμπτον γεγονέναι πυθάνοιντό τι λεχθὲν ὑπὸ τοῦ αὐτῷ φράζειν τι πυθόμενοι· ἀλλὰ σκήψεσθαι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι δεηθείη, μὴ ἐν δεσμῷ τυγχάνειν καὶ φυλακῇ. καὶ δὴ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν. ἐπυθάνοντο γὰρ ἐλθόντες πρὸς τὸν προφήτην, τί περὶ αὐτῶν ἀφίκοιτο πρὸς τὸν βασιλέα σκηψόμενος. ταῦτα μὲν οὕτως ἐλέχθη.

Κεφάλαιον ια'.

Ἱεροσολύμων ἅλωσις, καὶ ὡς ὁ ναβουχοδονόσορος τὸν δῆμον μετῴκισεν εἰς βαβυλῶνα.

ΤΗς δὲ πολιορκίας τῶν ἱεροσολύμων ὑπὸ βαβυλωνίων ἐντεταμένως σφόδρα καὶ προθύμως εἶχετο, πύργους τε μεγάλων οἰκοδομήσας χωμάτων, ἀπ' αὐτῶν ἐνέβαλλε τοὺς τοῖς τείχεσιν ἐφεστῶτας, καὶ πολλὰ περὶ τὸν κύκλον ὅλον ἤγειρε χώματα, τοῖς τείχεσι τὸ ὕψος ἴσα. καρτερῶς δὲ καὶ προθύμως ἔφερον οἱ ἐντὸς τὴν πολιορκίαν. ἐκαμνον γὰρ οὐ μόνον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, οὔτε ὑπὸ τῆς νόσου τῆς λοιμικῆς.

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ παρ' εἰδὼς τοῦτο τούτων ἐλαυνόμενοι τῶν πα-
θῶν, τὰς ψυχὰς ἐρέωντο πρὸς τὸν πόλεμον, μήτε πρὸς
τὰς μηχανὰς τῶν ἐχθρῶν καὶ τὰ μηχανήματα καταπλη-
τόμενοι, ἀλλ' ἀντιμηχανήματα παρ' ἐκείνων ἀντιπροσωπεύ-
οντες, ὡς ἂν αὐτὸν τὸν ὅλον ἀγῶνα καὶ τοῖς Βαβυ-
λωνίοις, καὶ τοῖς ἱεροσολυμίταις, τῆς ἐξ ἴσου καὶ συν-
ίσεως, τῶν μὲν πολέων ἐν ταύτῃ δυνηθῆναι τῷ ἀνεύ-
ρετον αὐτομάτων ἐκ τῆς πόλεως, τῶν δὲ τὴν σωτηρίαν ἐκ
ἄλλῃ πημάτων, ἢ ἐν τῷ μὴ καμεῖν ἀνεφόλιστον- B
τας ὑπὸ μάτην τὰ τῶν ἐχθρῶν ἀπελεγχθήσεται μη-
χανήματα· καὶ ταῦτ' ἐπέμενεν, ἐπὶ μῆνας ἐκτὼ καὶ δέ-
κα, ἕως οὗ διεφθάρησαν ὑπὸ λιμοῦ, καὶ τῶν βε-
λῶν, ἅπερ ἐκ τῶν πύργων εἰς αὐτοὺς ἠκόντιζον οἱ πο-
λέμιοι. ἡρέθη δὲ ἡ πόλις, ἑνδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου
βασιλείας, τῇ πεμπτου μηνὸς τῇ ἐνάτῃ ἡμέρᾳ. ἔλον
δὲ αὐτὴν οἱ ἡγεμόνες τῶν Βαβυλωνίων, οἷς ἐπίστευσε τὴν
πολιορκίαν ὁ ναβουχοδονόσορος. αὐτὸς γὰρ ἐν ῥεβλαθᾷ
διέτριβε πόλει. τὰ δὲ τῶν ἡγεμόνων ὀνόματα ἦν ἐπ- C
ίσταμαι γράψαι, οἵ τινες τὰ ἱεροσόλυμα παρῆσαν-
τες ὑπέταξαν, νηργελέαρ Ⓖ, ἀρέμαντος, ἐμεγάρ Ⓖ,
ναβώσαρις, ἐχαραμψαρίς. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως πε-
ὶ μέσην νύκτα, καὶ τῶν ἡγεμόνων τῶν πολεμίων εἰσ-
ελθόντων εἰς τὸ ἱερὸν, γνοὺς ὁ σεδεκίας ὁ βασιλεὺς,
φεύγει τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἡ-
γεμόνας, καὶ τοὺς φίλους, φεύγει μετ' αὐτῶν ἐκ τῆς πό-
λεως διὰ τῆς καρτερᾶς φάραγγος ἐ διὰ τῆς ἐρήμου.
φθασάντων δὲ τῶν πιῶν αὐτομόλων τοῖς βαβυλω- D
νίοις, ἀπὸ τοῦ ὄρθρου ὥρμησαν διώκειν αὐτόν. κατα-
λαβόντες δὲ αὐτὸν ἀπωθεν ἱεριχοῦντος, ἐκύκλωσαν αὐ-
τόν. οἱ δὲ φίλοι καὶ οἱ ἡγεμόνες οἱ συμφυγόντες τῷ σε-
δεκίᾳ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐγγὺς ὄντας εἶδον, καταλι-
πόντες αὐτὸν διεσκεδάρησαν, ἄλλῃ ἀλλαχόσε, καὶ σώ-
ζειν ἑαυτὸν ἕκαστος ἐγνω. ἐκλειφθέντα δὲ αὐτὸν σὺν
ὀλίγοις, ζωγρήσαντες οἱ πολέμιοι μὲν τῶν τέκνων καὶ
τῶν γυναικῶν, ἤγαγον πρὸς τὸν βαβυλέα. ὠφθησε- E
μένου δ' αὐτῶν, ὁ ναβουχοδονόσορ Ⓖ, ἀσεβῆ καὶ πα-
ράνομον ἐκάλεσεν ἤρξατο, καὶ ἀμνήμονα τῶν πρὸ-
σθεν λόγων, οὓς ἐποιήσατο, σώζειν αὐτῷ τὴν χώραν ἐπ-
αγόμενον. ὠνείδιζε καὶ ἀχαριστίαν, παρ' αὐτοῦ μὲν λα-
βόντα τὴν βασιλείαν, ἰωακίμου δὲ αὐτὴν οὐσαν ἀφελό-
μενον ἐκείνῳ δωρᾶν, χρησαμένῳ δὲ τῇ δυνάμει κατ' τῶ
θεοῦ χόντος. ἀλλὰ μέγας εἶπεν ὁ θεὸς, ὃς μισήσας σου
τὸ γένος, ἐπέχειρόν ἡμῖν ἔδωκε. χρησαμένου δὲ F
τούτοις πρὸς σεδεκίαν τοῖς λόγοις, τοὺς μὲν υἱοὺς ἐκέλευ-
σε θανατῶσαι καὶ τοὺς φίλους ἅπαντας, αὐτοῦ τε σεδε-
κίου καὶ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων βλεπόντων. ἔπειτα
τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψας τοῦ σεδεκίου, δήσας ἤγαγεν
εἰς βαβυλῶνα. καὶ ταῦτα αὐτῷ συνέβη, ἃ ἱερεμίας τε
καὶ ἰεζεκιὴλος οἱ προφῆται προεφήτευσαν αὐτῷ, ὅτι
συλληφθεὶς ἀχθήσεται πρὸς τὸν βαβυλώνιον, καὶ λα-
λήσει αὐτῷ τὸ στόμα, καὶ ὄψεται τοῖς ὀφθαλμοῖς τοὺς G
ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν ἱερεμίας εἶπε. τυ-
φλωθεὶς δὲ καὶ ἀχθεὶς εἰς βαβυλῶνα, ταύτῃ οὐκ εἶ-
δε καθὼς ἰεζεκιὴλ Ⓖ προεῖπε. ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς
ἐμφανίσαι δυνάμενα τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν τοῖς ἀ-
γνοοῦσιν εἰρήκαμεν, ὅτι ποικίλη τ' ἐστὶ καὶ πολύτρο-
πος, καὶ πάντα καθ' ὥραν ἅπαντα πεπραγμένως,
ἔστι δεῖ ψεύδη προλέγει, τὴν τε τῶν ἀνθρώπων
ἄγνοιαν καὶ ἀπιστίαν, ὑφ' ἧς προειδὼν οὐδὲν ἐώφ-
ησαν τῶν ἀπόρρητων, ἀφύλακτοι δὲ ταῖς συμφο-
ραῖς παρεδόθησαν, ὡς ἀμήχανον αὐτοῖς εἶναι, τὴν εἰς
αὐτῶν πόρον ἀλλοφυγεῖν. οἱ μὲν οὖν ἐκ Δαβίδου γένους βασιλεύσαντες, οὕτως κατέτρεψαν τὸν βίον.

But obduratis animis omnia mala perferentibus, ac ne machinis quidem hostium territi, alias contra machinas excogitabant, ut inter se utrique non viribus solum certarent, verum etiam artibus, dum illi his potissimum sperant se urbem posse capere, hi salutem suam in eo putant consistere, si non cessent novis commentis illorum conatus ludificari. atque id certamen duravit per menses decem & octo, donec tandem succubuere, partim inedia victi, partim superne è turribus telorum multitudine oppressi. Capta est autem urbs undecimo anno regni Sedeciæ, quarti mensis die nona. ceperuntque eam duces Babyloniorum, quibus Nabuchodonosorus oppugnationē commiserat, dum ipse apud Reblatha degeret. qvod siquis requirat eorum ducum etiam nomina, sunt hæc: Nergelear, Aremantus, Emegar, Nabosaris, Echarampsaris. Urbe autem capta circa mediam noctem, & ducibus ac reliquis hostibus in templum ingressis, Sedecias rex, ubi hoc sensit, assumptis uxoribus, liberis, ducibus & amicis, fugam arripuit per fauces quasdam angustas in desertum. qvod cum Babylonii cognovissent transfugarum indicio, sub auroram aggressi sunt eos persequi, & assecuti eos non procul à Hierichunte circumvenerunt. Amici vero & duces fugæ comites, visis è propinquo hostibus, relicto Sedecia, dissipati sunt, qua quemque tulit spes effugii. Ipse pene desertus cum uxoribus ac liberis & paucis amicis in hostium potestatem devenit, & mox ad regem perductus est. Quem postquam in conspectu habuit Nabuchodonosorus, impium & fœdifragum vocare cœpit, promissionum immemorem, qvod regi servare illam regionem esset pollicitus. exprobrabat etiam ingratitudinem, quod, cum à se accepisset regnum Joacimo fratri debitum, accepta potestate abusus esset in autorem beneficii. Sed magnus est, inquit, Deus, qui te propter mores tuos pessimos in manus meas tradidit. His verbis cum Sedeciam increpuisset, evestigio jussit, ipso & aliis captivis inspectantibus, filios ejus amicos trucidari. Deinde ipsum excæcavit, Babylonem secum abducendum. Atque ita utriusque prophetæ prædictiones, tam Hieremiæ quam Jezecielis, quamvis ab illo contemptæ, eventu non vanæ fuisse comprobatæ sunt. qvod captus abducetur ad Babylonium, & coram cum eo loquetur, & oculis suis faciem ejus videbit, Hieremias prædixit. quod vero cæcatus primò, cum Babylonem perductus esset, videre eam non potuit, Jezecielis fuerat vaticinium. Quæ quidem ignorantibus satis declarare possunt Dei naturam, quam varia sit & multimoda, omnia tempestive disponens, & futura præsignificans: sicut humanæ insciticæ & incredulitatis insigne exemplum hic eminet, per quam non licuit eis futuram calamitatem evitare, ut ne caverent quidem fatum ineluctabile. Atq; hic fuit Davidici generis regum exitus, qui unus & viginti regnaverunt deinceps:

Ioseph. 367.

idque temporis ſpacium quingentos & quindecim annos continet, & menſes inſuper ſex cum diebus decem: annumeratis viginti annis primi regis Sauli, qui fuit tribus alterius. Cæterum Babylonius poſt victoriam Nabuzardanem ducem miſit Hieroſolyma cum mandatis, ut templum ſpoliatum incenderet, regia quoque ſimiliter cremata, urbem à fundamentis dirueret, populum in Babyloniam traduceret. Qui cum eo perveniſſet undecimo Sedeciæ regni anno, è templo vaſa omnia tam aurea quam argentea, ſuſtulit, & labrum quoque illud grande, qvod Solomon dedicaverat. præterea columnas illas æreas cum ſuis capitulis, & menſas aureas atque candelabra. His ſublatis, templum incendit menſis quinti die prima, anno regni Sedeciæ undecimo, regni vero Nabuchodonoſori decimo octavo, deinde & regiam incendit, & urbem diruit. Incenſum eſt autem templum annis, ex quo extructum fuerat, elapſis quadringentis & ſeptuaginta, menſibus ſex, & diebus decem additis. exactis à transmigratione ex Ægypto annis mille ſexaginta duobus, menſibus ſex, diebus decem. A diluvio autem uſq; ad templi devaſtationem interceſſerunt anni mille nongenti & quinquaginta, menſes ſex, dies decem. Ab Adamo item condito uſque ad hunc templi caſum

Anni Mundi.

tria millia annorum elapſa ſunt, & inſuper quingenti & tredecim, menſes ſex, dies decem. Tantus cenſetur annorum numerus, qvo temporis ſpacio quid & quando geſtum ſit, ſuo quæque ordine explicavimus. Dirutis Hieroſolymis, & populo migrare juſſo, dux regius captivos fecit hos: pontificem Saream, &, qui poſt hunc ſecundum inter ſacerdotes locum tenebat, Sephemam: tres præfectos cuſtodiæ templi, eunuchum primarium regis cubicularium, cum ſeptem aliis regiis amicis: præterea ſcribam regium, & alios principes viros ſexaginta. qvos omnes una cum ſpoliis templi perduxit ad regem ſuum agentem tunc Reblathis, qvæ eſt Syriæ civitas. Rex vero pontificem & principes in ea urbe juſſit capite plecti, reliquam captivorum multitudinem, & in his Sedeciam, ipſe Babylonem perduxit. Joſadocum etiam pontificem vinctum ſecum duxit, Sareæ pontificis filium, quem modò Reblathis affectum ſupplicio diximus. Nunc quoniam regum genus & eorum ſucceſſionem ordine recenſuimus, conveniens duxi, etiam pontificum enumerare nomina, qui regum tempore per continuatas ſucceſſiones ſummum adminiſtraverunt ſacerdotium. Ergo primus omnium in templo recens à Solomone extructo pontifex fuit Sadocus, cui filius Achimas ſucceſſit. poſt Achimam Azarias, & poſt hunc Joramus, poſt Joramum Iſus, & deinceps Axioramus, Phideas, Sudeas, Julus, Iothamus, Urias, Nerias, Odeas, Saldumus, Elcias, Sareas, Joſadocus, qui captivus Babylonem pertractus eſt. hi omnes quaſi per manus traditum ſacerdotium filii parentum ſucceſſores acceperunt, continuata generis ſerie. Cæterum rex Babylonem reverſus,

Αἴκοσι μὲν καὶ ἐπὶ χιλίοις, μέχρι δὲ τελευταίου βασιλέως. ἔτη δὲ πάντες βασιλεύσαντες, πεντακόσια καὶ δεκατέσσαρα, καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα, ἐξ ὧν εἴκοσι τῷ δεχθὲν κατέχει ὁ πρῶτος αὐτῶν βασιλεὺς σαοὺλος, ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς ὑπάρχων. ὁ δὲ βαβυλώνιος πέμπει τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν ναβουζαρδάνην εἰς ἱεροσόλυμα, συλήσοντα τὸν ναὸν, πυρπολήσαντα ἅμα καὶ καταπτήσαι αὐτὸν τε καὶ τὰ βασίλεια, τεῖχη τε πάλιν εἰς ἔδαφος καθελεῖν, καὶ τὸν λαὸν εἰς τὴν βαβυλωνίαν μεταστῆσαι. ὃς ἡμέρᾳ ἐν τῇ ἱεροσολύμοις ἐν δεκάτῳ ἔτει τῆς σεδεκίου βασιλείας, συλᾷ τε τὸν ναὸν, καὶ βαστάζει τὰ σκεύη τοῦ θεοῦ χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, καὶ δὴ καὶ τὸν μέγαν λυχνίαν, ὃν σολομὼν ἀνέθηκεν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς τρεῖς χαλκοῦς καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, τάς τε χρυσᾶς τραπέζας καὶ τὰς λυχνίας. βαστάσας δὴ ταῦτα, αὖθις τὸν ναὸν μὲν πέμπῳ, τῇ νουμηνίᾳ ἐν δεκάτῳ ἔτει τῆς σεδεκίου βασιλείας ἐκπαιδεκάτῳ τῆς ναβουχοδονοσόρου. ἐνέπρησε δὴ καὶ τὰ βασίλεια, καὶ τὸν πόλιν κατέσρεψεν ἐνεπρήσθη δὴ ὁ ναὸς, μὴ πεντακόσια ἔτη καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ μῆνας ἓξ καὶ δέκα ἡμέρας, ἀφ' οὗ κατεσκευάσθη. τῇ δ' ἐξ αἰγύπτου μεταναστάσῃ τοῦ λαοῦ, ἐστὶ δὲ ἔτη χίλια ἑξηκοντάδυο, μῆνες ἓξ, ἡμέραι δέκα. τῶν δὲ κατακλυσμοῦ μέχρι τῆς τοῦ ναοῦ πρηθίσεως, χρόνος δὲ ὁ πᾶς ἐτῶν χιλίων ἐνακοσίων, πεντήκοντα μηνῶν ἓξ, ἡμερῶν δέκα. ἓξ δὲ ἐγένηθη ἀδαμος μέχρι τῶν τὸν ναὸν συμβάντων, ἔτη ἐστὶ τρισχίλια πεντακόσια δεκατρία, μῆνες ἓξ, ἡμέραι δέκα. ποσοῦτον μὲν οὖν τὸ πᾶν τῶν ἐτῶν πλῆθος, ὅσα δὲ ἐπράχθη, καθ' ἕκαστον τῶν συμβεβηκότων δεδηλώκαμεν. ὁ δὲ στρατηγὸς τοῦ τῶν βαβυλωνίων βασιλέως, καταστρέψας τὰ ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν λαὸν μετανάσησας, ἐλάβεν αἰχμαλώτους τὸν ἀρχιερέα σαρέαν, καὶ τὸν μετ' αὐτὸν ἱερέα σεφενίαν, καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὸ ἱερὸν ἡγεμόνας, τρεῖς δὲ ἥσαν οὗτοι, καὶ τὸν ἐπὶ τῶν πολεμίων δυνοῦχον, καὶ τοὺς φίλους τοῦ σεδεκίου ἑπτὰ, καὶ τὸν γραμματέα αὐτοῦ, καὶ ἄλλους ἡγεμόνας ἑξήκοντα. οὓς ἅπαντας, μετ' ὀλίγων ἐπέλιπε σκευῶν ἐκόμισε πρὸς τὸν βασιλέα εἰς ῥεβλαθὰ πόλιν τῆς συρίας. ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ μὲν ἀρχιερέως καὶ τῶν ἡγεμόνων, ἐκέλευσεν ἐπὶ τοῦ τραχήλου τὰς κεφαλὰς ἀποτεμεῖν. αὐτὸς δὲ πάντας τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὸν σεδεκίαν ἤγαγε εἰς βαβυλῶνα. δέσμιον δ' ἐπέμετο. καὶ ἰωσαδόκον τὸν ἀρχιερέα, ὄντα υἱὸν σαρέα τοῦ ἀρχιερέως, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ βαβυλώνιος ἐν ῥεβλαθᾶ πόλει τῆς συρίας, ὡς καὶ πρότερον ἡμῖν δεδήλωται. ἐπεὶ δὲ τὸ γῆνος διεξῆλθομεν τὸ τῶν βασιλέων, καὶ τίνες ἦσαν δεδηλώκαμεν καὶ τοὺς ξένους αὐτῶν, ἀναγκαῖον ἡγησάμενοι καὶ τῶν ἀρχιερέων ἐπὶ τὰ ὀνόματα. καὶ τίνες ἦσαν οἱ τὴν ἀρχιερωσύνην καταδεξάντες ἐπὶ τῆς βασιλεύσεως. πρῶτος μὲν οὖν σάδοκος ὁ ἀρχιερεὺς ἐγένετο δὲ ναοῦ, ὃν σολομὼν ᾠκοδόμησε. μετ' αὐτὸν δ' ὁ υἱὸς ἀχίμας διαδέχεται τὴν τιμήν. καὶ μετ' ἀχίμαν, ἀζαρίας. τούτου δὲ ἰωράμος. τῷ δ' ἰωράμῳ ἰσος. μετ' αὐτὸν ἀξιώραμος. τούτῳ δὲ φιδέας, τῷ δὲ φιδέᾳ σουδέας. τῷ δὲ σουδέᾳ, ἴουλος. τῷ δὲ ἰούλου, ἰώθαμος. ἰωθάμου δ' οὐρίας. οὐρίου δὲ, νηρίας. τῷ δὲ νηρίᾳ, ὠδέας. τούτῳ δ' σαλδοῦμος. σαλδούμου δὲ, ἑλκίας, ἑλκίᾳ δὲ σαρέας, ᾧ δ' ἰωσάδοκος ὁ αἰχμαλωτισθεὶς εἰς βαβυλῶνα. ὅτε πάντες παῖδες, ὧν ἐκ πατρὸς διεδέξατο τὴν ἀρχιερωσύνην. ὡδήγησε μὲν οὖν δὴ εἰς βαβυλῶνα ὁ βασιλεὺς, σεδε-

πεδείαν μὴ ἔχειν, ἄχρις οὗ καὶ ἐτελεύτησεν ἐν εἱρκτῇ, θαφὰς ἅμα αὐτὸν βασιλικὰς. τὰ σκεύη τὰ ἐκ τῶν ἱεροσολύμων συληθέντα ἐς ναοῦ, ἀνέθηκε τοῖς ἰδίοις θεοῖς. τὸν δὲ λαὸν κατῴκησεν ἐν τῇ βαβυλωνίτιδι χώρᾳ. τὸν δὲ ἀρχιερέα ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν. ὁ δὲ στρατηγὸς ναβουζαρδάνης, αἰχμαλωτίσας τὸν τῶν ἰουδαίων λαὸν, τοὺς πένητας καὶ αὐτομόλους ἐκεῖ κατέλειπεν, ἀποδείξας αὐτῶν ἡγεμόνα, γοδολίαν ὄνομα, ἀϊχάμου παῖδα τῶν εὐ γεγονότων, ἀνδρικῆ τε δίκαιον. ἐπέτρεψε δὲ αὐτοῖς τὴν χώραν ἐργασαμένοις, τὰ βασιλεῖ τελέσειν φόρον ὡρισμένον. ἱερεμίαν δὲ τὸν προφήτην, λαῶν ἐκ τῆς εἱρκτῆς ἔπεισεν εἰς βαβυλῶνα σὺν αὐτῷ ἀπαλλαγέντα. κελεύσαντος γὰρ τοῦ βασιλέως πάντ' αὐτῷ χορηγεῖν. εἰ δὲ τοῦτο μὴ βούλεται, δηλοῦν αὐτῷ ποῦ μόνον διέγνωκεν, ἵνα τοῦτο ἀπαγγείλῃ τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ προφήτης, οὐδ' ἕπεσθαι ἤθελεν, οὔτ' ἀλλαχόσε ποῦ μόνον, ἡδέως δ' εἶχεν ἐπὶ τῆς ἐρημίας τῆς πατρίδος, καὶ τοῖς παλαιπώροις αὐτῆς λείψανοις ἀγάζηται λειψάνοις. γνοὺς δ' αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν ὁ στρατηγὸς, τὰ γοδολίᾳ προστάξας, ὃν κατέλειπεν, πέμπει αὐτῷ παιδίσκας τρόφιμον καὶ χορηγίαν ὅσων ἂν δέηται, δωρησάμενός τε αὐτὸν δωρεαῖς πολυτελέσιν, ἀπέλυσε. καὶ ἱερεμίας μὲν κατέμεινεν ἐν πόλει τῆς χώρας μασφαθὰ καλουμένῃ, παρακαλέσας τὸν ναβουζαρδάνην, ἵν' αὐτῷ σωσαπολύσῃ τὸν μαθητὴν βάρουχον, νήπου δὲ πάνυ ἐξ ἐπιφανοῦς σφόδρα οἰκίας ὄντα, καὶ τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ διαφερόντως πεπαιδευμένον. ναβουζαρδάνης μὲν ταῦτα διαπραξάμενος, ὥρμησεν εἰς βαβυλῶνα. οἱ δὲ πολιορκουμένων ἱεροσολύμων φυγόντες, ἐπειδὴ τοὺς βαβυλωνίους ἤκουσαν ἀναχεχωρηκότας, συλλεχθέντες πανταχόθεν, ἦκον πρὸς τὸν γοδολίαν εἰς μασφαθά. ἡγεμόνες δὲ ἦσαν ἐπ' αὐτοῖς, ἰωάννης υἱὸς καρέου, καὶ ἰεζανίας, καὶ σαρέας. καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους, λεληθὼς τὸν ἰσμαὴλον, πατρὸς μὲν ἀνὴρ καὶ δολιώτατος, ὃς πολιορκουμένων τῶν ἱεροσολυμιτῶν, ἔφυγε πρὸς τὸν ἀμμανιτῶν βασιλέα βαάλιν, καὶ συνδιῆγε αὐτῷ τὸν χρόνον ἐκεῖνον. τούτοις τοίνυν γνωσθεῖσιν αὐτοῦ γοδολίας ἔπεισε μένειν αὐτίκα μηδὲν δεδιότας τοὺς βαβυλωνίους. γεωργοῦντας γὰρ τὴν χώραν, οὐδὲν πείσεσθαι δεινόν. ταῦτ' ὀμνὺς αὐτοῖς διεβεβαιοῦτο καὶ πρὸς ταύτην λέγων αὐτὴν ἔχειν ὡς ἔστιν εὐνοϊκῶς, πίστεσθαι τῆς προθυμίας, συνεβούλευε κατοικεῖν εἰς ἣν ἕκαστος βούλεται πόλιν, ἀποστέλλειν τε μετὰ τῶν ἰδίων, καὶ ἀνακτίζειν τὰ ἐδάφη, καὶ κατοικεῖν προθύμως. φυλάσσεσθαι δὲ αὐτοὺς ἕως ἔτι καιρός ἐστι, σῖτον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, ὅπως ἔχωσι μὴ τοῦ χειμῶνος ἐνδεεῖς. ταῦτα διαλεχθεὶς πρὸς αὐτοὺς, ἀπέλυσε διάγειν τῆς χώρας, εἰς ἣν ἕκαστος ἐβούλετο τόπον. διαδραμούσης δὲ φήμης, εἰς τὰ περὶ τὴν ἰουδαίαν ἔθνη, ὅτι τοὺς ἀπὸ τῆς φυγῆς παρ' αὐτὸν ἐλθόντας γοδολίας ἐδέξατο φιλανθρώπως, καὶ τὴν γῆν αὐτοῖς γεωργοῦσι κατοικεῖν ἐφῆκεν, ἐφ' ᾧ τελέσειν φόρον τῷ βαβυλωνίῳ, συνέδραμον αὐτοὶ πρὸς τὸν γοδολίαν, καὶ τὴν χώραν κατῴκησαν. καταπαυσάντων δὲ τὴν χώραν, καὶ τὴν τοῦ γοδολίου χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἰωάννης καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἡγεμόνες, ἀγαπήσαντες αὐτὸν, καὶ βαάλιν τὸν τῶν ἀμμανιτῶν βασιλέα ἔλεγον πέμπειν ἰσμαὴλον δολοφονοῦντα δόλῳ κρυφίῳ,

A Sedeciam in carcere usque ad mortem ejus detinuit, mortuum tamen regia funeris pompa elatum sepeliit. vasa, quibus Hierosolymitanum templum spoliaverat, suis consecravit numinibus. populo in Babylonia sedes attribuit. pontificem è vinculis exemit. Nabuzardanes autem dux, qui populum captivum abduxerat, transfugas & pauperes illic reliquit, duce illis præposito nomine Godolia, Aicami hominis nobilis filio, viro, æquo & bono. His imperavit, ut pro agris, quos ad culturam acceperant, certum tributum regi penderent. Prophetæ quoque Hieremiæ è carcere exempto suasit, ut iret secum Babylonem: jussum enim se à rege, ut ei necessaria omnia præbeat. Quod si sequi nolit, diceret, ubinam habitare cuperet, ut de hoc regem per literas certiorem possit reddere. Propheta vero neque ducem sequi voluit, neque aliò ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis patriæ, & ejus miseras reliquias colere. At dux, voluntate ejus cognita, Godoliæ, quem ibi relinquebat, commendavit hominem, mandans, ne quid ei deesse pateretur: donatoque vate magni precii muneribus, ipse quoque domum profectus est. Hieremias autem domicilium elegit apud oppidum Masphatam, impetrata prius à Nabuzardane gratia, ut secum è carcere dimitteretur et iam Baruchus Neri filius, insigni familia natus, & in patria lingua egregie doctus. Nabuzardanes itaque, his peractis, Babylonem revertitur. Illi autem, qui obsidionis Hierosolymitanæ tempore diffugerant, posteaquam Babylonios recessisse audiverunt, undique collecti venerunt ad Godoliam Masphata. Eorum principes erant, Joannes Careæ filius, & Jezanias & Sareas, & nonnulli alii: præterque hos Ismael quidam ortus regio genere, vir alioquin malus & dolosissimus, qui tempore obsidionis profugerat ad Bathalem regem Ammanitarum, & apud eum per id tempus moratus fuerat. His igitur ad se venientibus, Godolias suasit, ut ibi manerent, nihil timentes à Babyloniis. posse enim eos impunè regionem colere. interpositoque jurejurando paratum fore suum auxilium, si quis molestaretur, consuluit, ut unusquisque habitaret, in quo vellet oppido, dicens missurum se una aliquot equis, & daturum operam, ut diruta instaurentur, & habitentur denuò. illos vero debere, donec tempestivum est; curare, ne frumentum & vinum ac oleum desit in futuram hyemem, quo sustententur. hæc locutus permisit quemque arbitratu suo, quem liberet locum incolere. Quæ fama, postquam ad circumvicinas Judææ gentes pervenit, quod profugos ad se venientes Godolias magna humanitate exciperet, & agros eis colendos assignaret, impositò certo tributo, quod penderetur Babylonio, undiq; concursum est ad eum, & cœperunt regionem colere. Joannes autē cum aliis principibus videntes regionem coli, multum amaverunt Godoliam propter bonitatem ejus & humanitatem: admonueruntq; eum, quod Bathales Ammanitarum rex ideo misisset Ismaelem, ut ipsum clam dolo interficeret,

& principatum inter Iſraelitas occuparet, cum ſit è genere regio: ſecurum autem fore ab inſidiis, ſi eis permittat Iſmaelem clam occidere. Vereri enim ſe, ne ſi ipſe inſidiis præoccupatus fuerit, reliquiæ Iſraelitarum in totum pereant, ille vero reſpondit ſe non diſſimulaturum tales inſidias adverſum hominem affectum à ſe beneficio. non enim eſſe veriſimile, eum, qui in tanta inopiæ neceſſitate nihil mali fecerit, nunc contra omne fas erga benefactorem tam ingratum eſſe, ut, cui circumvento inſidiis non poſſet ſine ſcelere non ſuccurrere, eum ſua manu interimere conetur. Attamen etiamſi vera eſſent, quæ deferrent, emori eſſe ſatius, quam hominem, qui ſalutem ſuæ fidei commiſiſſet, opprimere. Itaque Joannes cum cæteris fruſtra hoc conatus perſuadere abiit. poſt dies inde triginta venit ad Godoliam in Maſphata Iſmael comitatus amicis decem: ubi inter hoſpitales epulas dum ſe comiter poculis invitant, hoſpitem mero gravem & ſomnolentum advertens, cum decem illis ſociis adortus interfecit, nec difficile fuit cæteros convivas ſimiliter affectos confodere: quibus necatis, adjuvante nocturno tempore, per totum oppidum graſſati ſunt promiſcuis cædibus tam in Judæos quam in Babylonios milites ſecuros & paſſim dormientes. ſequenti verò die venerunt cum muneribus ex agris ad Godoliam circiter octoginta, omnium inſcii, quæ acciderant. quos videns Iſmael intro vocavit ad Godoliam, & introgreſſos, clauſo palatio, trucidavit, cadaveraque eorum in puteum quendam, ne eſſent conſpicua, demerſit. Soli autem ex eo numero ſervati ſunt, qui rogaverunt, ne ſe prius occideret, quam ei quædam occultata in agris traderent, ſupellectilem & veſtes atque frumentum, quibus promiſſis motus, aliquot ex eis pepercit. plebem verò Maſphatenſem cum mulieribus & pueris abduxit: & in his etiam Sedeciæ filias, quas Nabuzardanes apud Godoliam reliquerat. His perpetratis, ad Ammanitarum regem profectus eſt. Joannes autem cum cæteris ducibus audita Maſphatenſium clade, & morte Godoliæ, indigniſſime tulerunt, & aſſumptis ſuis quiſque militibus, Iſmaelem hoſtiliter perſecuti ſunt. eumque apud fontem Hebronenſem deprehenderunt, quibus viſis, captivi Iſmaelis læti, rati, id quod erat, auxilium ſibi venire, omnes ad Joannem tranſiverunt. Iſmael autem cum octo tantum comitibus ad Ammanitarum regem perfugit. Cæterum Joannes, aſſumptis, quos Iſmaeli eripuerat, cum eunuchis & mulieribus atque pueris pervenit in locum, qui Mandra dicitur, ibique ea die manſerunt. Voluerunt inde proficiſci in Ægyptum, timentes Babylonios, ne irati propter cædem præfecti, in ea regione à ſe conſtituti, in illos ſævirent.

ὅπως αὐτὸς ἀρχὴ τῶν ἰσραηλιτῶν, ἔναγχ γὰρ ἐκ βασιλικοῦ. φύεσθαι γὰρ μὲν τῆς ἐπιβουλῆς ἔλεγεν αὐτὸν, ἂν αὐτὸς ἔφῃ κτείναι τὸν ἰσμαῆλον ὡς οὐδενὸς γνωσομένου. δεδιέναι γὰρ ἔφασκον μὴ φονευθεὶς αὐτὸς ὑπ' ἐκείνου, παντελὴς ἀπώλεια γένηται τῶν ὑπολειπομένων τῆς τῶν ἰσραηλιτῶν ἰσχύος, ὁ δ' αὐτοῖς ὡμολόγει, κατ' ἀνδρὸς εὐ πεπονθότος, ἐπιβουλὴν τοιαύτην ἐμφανίσαι. οὐ γὰρ εἰκὸς εἶναι, φησὶ τηλικαύτην ἐρημίαν ὧν ἔχρησε μὴ ἁμαρτόντα, οὕτως πονηρὸν εἰς τὸν εὐεργετήσαντα καὶ ἀνόσιον εὑρεθῆναι, ὡς τὸ μὲν ἀδίκημα, τὸ μὴ ὑπ' ἄλλων ἐπιβουλευόμενον σῶσαι, ἀσυδάσαν δὲ αὐτὸν, αὐτοχειρὶ ζητεῖν αὐτοῦ γενέσθαι. οὐ μὴν, ἀλλ' εἰ ταῦτα ἀληθῆ δέον δοκεῖ, ἄμεινον ἔφασκεν ἀποθανεῖν αὐτὸν ἀπ' ἐκείνου μᾶλλον, ἢ καταφυγόντα πρὸς αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ πιστεύσαντα τὴν ἰδίαν σωτηρίαν, καὶ φονὰ καταδέμνιον αὐτῷ, διαφθεῖραι καὶ ὁ μὲν ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες, μὴ δυνηθέντες πεῖσαι τὸν γεδολίαν, ἀπῆλθον. χρόνου δ' διελθόντος ἡμερῶν τριάκοντα, φονεύεται πρὸς γεδολίαν εἰς μασφαθὰ πόλιν ἰσμαῆλος, μετ' ἀνδρῶν δέκα, οὓς λαμπρᾶ τραπέζῃ καὶ ξενίοις ὑποδεξάμενος, εἰς μέθην προήχθη, φιλοφρονούμενος τὸν ἰσμαῆλον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. θεασάμενος δ' οὕτως αὐτὸν ἐχόντα, καὶ βεβαπισμένον εἰς ἀναισθησίαν καὶ ὕπνον ὑπὸ τῆς μέθης ὁ ἰσμαῆλος, ἀναπηδήσας μετὰ τῶν δέκα φίλων, ἀποσφάττει τὸν γεδολίαν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, κατακειμένους ἐν συμποσίῳ. καὶ μετὰ τοῦτων ἀνεύρεσιν, ἐξελθὼν νυκτὸς, ἀπαντᾷ φονεύει τοὺς ἐν τῇ πόλει ἰουδαίους, καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν βαβυλωνίων καταλειφθέντας ἐν αὐτῇ τῶν στρατιωτῶν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ μετὰ δώρων ἦκον πρὸς γεδολίαν τῶν ἀπὸ τῆς χώρας ἐγδοήκοντα, μηδενὸς τὰ περὶ αὐτὸν ἐγνωκότος. ἰδὼν δ' αὐτοὺς ἰσμαῆλος, ἴσως καλεῖ πρὸς γεδολίαν, καὶ παρελθόντων, ἀποκλείσας τὴν αὐλὴν, ἐφόνευσε, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν εἰς λάκκον τινὰ βαθὺν, ὡς ἂν ἀφανῆ γένοιτο, κατεπόντισε. διεσώθησαν δὲ τῶν ἐγδοήκοντα τούτων ἀνδρῶν, οἳ μὴ πρότερον ἀνευρεθῆναι παρεκάλεσαν, πρὶν τὰ κεκρυμμένα ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐτοῖς παραδῶσι, ἐπιβολά τε καὶ ἐσθῆτας καὶ σῖτον. ταῦτα ἀκούσας, ἐφείσατο τῶν ἀνδρῶν τούτων ἰσμαῆλος. τὸν δ' ἐν τῇ μασφαθᾷ λαὸν σὺν γυναιξὶ καὶ νηπίοις ἠχμαλώτισεν, ἐν οἷς καὶ τὰς βασιλέως σεδεκίου θυγατέρας, ἃς ναβουζαρδάνης ὁ τῶν βαβυλωνίων στρατηγὸς, παρὰ γεδολίᾳ κατέλειπε. ταῦτα ἁρπαξάμενος, ἀφίκετο πρὸς τὸν ἀμμανιτῶν βασιλέα. ἀκούσας δ' ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες τὰ ἐν τῇ μασφαθᾷ πεπραγμένα ὑπὸ ἰσμαήλου, καὶ τὸν γεδολίου φόνον, ἠγανάκτησαν, καὶ τοὺς ἰδίους ἕκαστος παραλαβὼν ὁπλίτας, ὥρμησαν πολεμήσοντες τὸν ἰσμαῆλον, καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν πρὸς τῇ πηγῇ ἐν χεβρῶνι. οἱ δ' αἰχμαλωτισθέντες ὑπὸ ἰσμαήλου, τὸν ἰωάννην ἰδόντες καὶ τοὺς ἡγεμόνας, εὐθυμως διετέθησαν, βοήθειαν αὐτοῖς ἥκειν ὑπολαμβάνοντες, καὶ καταλιπόντες τὸν αἰχμαλωτίσαντα, πρὸς τὸν ἰωάννην ἀνεχώρησαν. ἰσμαῆλος μὲν οὖν μετ' ἀνδρῶν ὀκτὼ, φεύγει πρὸς τὸν ἀμμανιτῶν βασιλέα. ὁ δ' ἰωάννης φονὰ λαὸν οὓς ἀνέσωσεν ἐκ τῶν ἰσμαήλου χειρῶν, καὶ τοὺς εὐνούχους καὶ γυναῖκας καὶ νήπια, εἰς

πινα τόπον μάνδραν λεγόμενον φονὰ γίνεται, καὶ τῇ μὲν ἡμέραν ἐκείνῃ, ἐπέμενεν αὐτόθι. διεγνώκεισαν δ' ἐκεῖθεν ὁρμᾶσθαι, εἰς αἴγυπτον ἐλθεῖν, φοβούμενοι μὴ κτείνωσιν αὐτοὺς οἱ βαβυλώνιοι, μείναντες ἐν τῇ χώρᾳ ὑπὸ γεδολίᾳ τοῦ καταστάντος ὑπ' αὐτῶν ἡγεμόνος, ὀργισθέντες πεφονευμένου.

ὄντων

ὄντων δὲ, ἀπὸ πεύτης τῆς βουλῆς, προσίασιν ἱερεμίᾳ A prius tamen consulendum Hieremiam rati, ac-
τῷ προφήτῃ, ἰωάννης ὁ τοῦ καρέου, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ cedentes eum rogaverunt, ut hæsitantibus ora-
ἡγεμόνες, παρακαλοῦντες δεηθῆναι τοῦ θεοῦ, ὅπως ἀ- culum expediret, quidnam faciendum sit, jura-
μηχανοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα τοῦ τί χρὴ ποιεῖν, ταῦτ' αὐτοῖς ti facturos se, quicquid ille jusserit. cumque pro-
ὑποθήσῃ, ὁμόσαντες ποιήσειν, ὅτι ἂν αὐτοῖς ὁ ἱερεμίας pheta operam suam esset pollicitus, decima de-
εἴπῃ. προσχωρήσου δὴ ὁ προφήτης παρακαλέσειν αὐτοῖς mum die Deus apparens jussit, ut Joanni & cæ-
πρὸς τὸν θεὸν, συνέβη μὴ δεκὰ ἡμέρας αὐτοῖς φα- teris ducibus diceret: si manserint in ea regio-
νῆναι τὸν θεὸν εἰπεῖν δηλῶσαι ἰωάννῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ne, auxilio futurum, & provisurum, ne quid in-
ἡγεμόσι, καὶ τοῦ λαοῦ παντὶ, ὅτι μόνοσοι μοὶ αὐτοῖς B commodi à Babyloniis, quos timebant, acci-
ἐν σκηνῇ τῇ χώρᾳ, παρέσομαι, καὶ βοηθοῦντα ἕξει, καὶ piant. Sin in Ægyptum mallent iter facere, cu-
παρέσται ὧν τῶν βαβυλωνίων οὓς δεδίασιν ἀπαθεῖς, ram eorum relicturum, infensumque tali cala-
πολεμήσους δὲ, εἰς αἴγυπτον ἀποστέλψειν, καὶ ταῦ- mitate affecturum eos, quali paulo ante fratres
τα μαθόντων ἐργασθεὶς ἃ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν ἔμ- eorum castigatos esse viderint. Hæc divinitus
προσθεν εἶδατε παθόντας. ταῦτα εἰπὼν τῷ ἰωάννῃ monenti prophetæ noluerunt credere, quod ex
καὶ τῷ λαῷ τὸν θεὸν αὐτοῖς προσλέγειν ὁ προφήτης, Dei sententia juberet eos manere: sed puta-
οὐκ ἐπίστευετο, ὡς κατ' ἐντολὴν τοῦ ἐκείνου μένειν verunt eum falso verbis suis Deum prætexere, re
αὐτοὺς ἐν τῇ χώρᾳ κελεύῃ, χαριζόμενον τῷ βαρούχῳ autem vera loqui in gratiam Baruchi discipu-
τοῦδε μαθητῇ κατεψεύδεσθαι μὲν τοῦ θεοῦ, πέσειν C li, ne possint Babyloniorum iram effugere.
δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, ὡς ἂν ὑπὸ τῶν βαβυλωνίων Contempto igitur Dei consilio, quod per pro-
διαφθαρῶσι. ὡδηκούσας οὖν ὅτε λαὸς καὶ ὁ ἰωάν- phetam dederat, Joannes & reliqua multitudo
νης τῆς τοῦ θεοῦ συμβουλίας, εἰς αὐτοὺς διὰ τοῦ προ- in Ægyptum abiit, abducto simul Baruchо &
φήτου παρῄεσεν, ἀπῆρεν εἰς τὴν αἴγυπτον, ἄγων καὶ Hieremia. Quo postquam perventum est, Deus
τὴν ἱερεμίαν καὶ τὸν βαροῦχον. ἡνιόμενον δὲ αὐτῶν ἐκεῖ, significavit prophetæ, fore, ut Babylonius exer-
σημῆναι τὸ θεῖον τοῦ προφήτου, μέλλοντα στρατεύειν citum ducat in Ægyptum: jussitque prædice-
ἐπὶ τοὺς αἰγυπτίους τὸν βαβυλωνίων βασιλέα, καὶ re populo, quod capietur Ægyptus, & ibi par-
προστάξαι ἐκέλευσε τοῦ λαοῦ, τοῖς τε ἄλλοισιν τῆς οὐ- D tim interficientur, partim captivi Babylonem
σίας, καὶ ὅτι, τοὺς μὲν αὐτῶν ἀποκτενεῖν. τοὺς δὲ, abducentur: id quod etiam factum est. quinto
αἰχμαλώτους λαβὼν, εἰς βαβυλῶνα ἄξει· καὶ ταῦτα enim post excidium Hierosolymitanum anno,
συνέβη. τοῦ γὰρ πέμπτου τῆς ἱερουσαλὴμ παθήσεως qui fuit regni ipsius Nabuchodonosori vige-
ἔτει, ὅ ἐστι τρίτον καὶ εἰκοστὸν τοῦ ναβουχοδονοσόρου simus tertius, cum magnis copiis invasit Cœlen
στρατεύει ὁ αὐτὸς ὅπὶ τὴν κοίλην συρίαν. καὶ κατα- Syriam, qua subacta, bellum gessit contra Am-
σχὼν αὐτὴν, ἐπολέμησε καὶ ἀμμανίτας καὶ μωαβί- manitas & Moabitas, & his quoque perdomi-
τας, πεισάμενος ὑπήκοα ταῦτα τὰ ἔθνη, ἐνέβα- tis, Ægyptum hostiliter est ingressus: occisoque,
λεν εἰς τὴν αἴγυπτον καταστρέψων αὐτὴν. καὶ τὸν E qui tunc regnabat, & alio rege constituto, re-
μὲν τότε βασιλέα, κτείνει, καταστήσας ἕτερον, τοὺς pertos ibi Judæos rursum captivos Babylonem
δὲ αὖθις πάλιν ἰουδαίους αἰχμαλωτίσας ἤγαγεν εἰς abduxit. Hæc fuit fortuna Hebræorum, ut acce-
βαβυλῶνα. καὶ τὸ μὲν ἑβδομήκοντα ἔτεσιν οὕτω τελεῖ pimus, bis ultra Euphratem traductorum. nam
γενόμενον παρελήλαμεν δὶς ἐλθὸν πέραν τοῦ εὐφράτου. per Assyrios decem tribus è Samaria sunt abduc-
ὑπὸ μὲν γὰρ ἀσσυρίων ἐξέπεσεν ὁ τῶν δέκα φυλῶν tæ, regnante Osea, deinde reliquæ duæ per Na-
λαὸς ὑπὸ σαμαρείας, βασιλεύοντος ὡσηέ. ἔπειτα buchodonosorum Chaldæorum & Babyloniо-
τῶν δύο φυλῶν, ὑπὸ ναβουχοδονοσόρου τοῦ τῶν βαβυ- rum regem, captis Hierosolymis. Sed Salma-
λωνίων καὶ χαλδαίων βασιλέως, καὶ ὃς ὑπελείφθη τῶν nasar in vacuas Israelitarum sedes deduxit gen-
ἱεροσολύμων ἁλόντων. σαλμανασάρης μὲν οὖν ἀνα- F tem Chuthæorum, qui prius in intima Persidе &
στήσας τοὺς ἰσραηλίτας, κατῴκησεν αὐτὶ αὐτῶν τὸ χου- Media fuerant, Samaritæ deinde vocati à regio-
θαίων ἔθνος, οἱ πρότερον ἐνδοτέρω τῆς περσίδος καὶ ne, in quam demigraverunt. rex vero Babylo-
τῆς μηδίας ἦσαν, ὅτε μὲν τοὺς σαμαρεῖς ἐκλήθησαν, nius pro abductis duabus tribubus nullam gen-
τὴν τῆς χώρας εἰς ἣν κατῳκίσθησαν προσηγορίαν tem in eam regionem reposuit: quo factum est,
ἀναλαβόντες. ὁ δὲ τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς, τὰς δύο ut Judæa cum Hierosolymis ac templo per
φυλὰς ἐξαναστάσας, οὐδὲν ἔθνος εἰς τὴν χώραν κα- septuaginta annos deserta maneret. tempus au-
τῴκισε. καὶ διὰ τοῦτ' ἔρημος ἰουδαία πᾶσα καὶ ἱεροσό- tem totum, quod inter decem tribuum captivi-
λυμα ἕως ναὸς διέμεινεν ἔτεσιν ἑβδομήκοντα. τὸν δὲ G tatem & duarum reliquarum transmigrationem
πάντα χρόνον, ὃς ἀπὸ τῆς τῶν ἰσραηλιτῶν αἰχμα- intercessit, anni fuere centum triginta, & men-
λωσίας, ἕως τὴν τῶν δύο φυλῶν ἀνάστασιν ἐλήλυθε, ses sex, dies decem. Cæterum Nabuchodonoso-
ἔτη ρλ μόνους ἓξ, ἡμέρας δέκα συνέβη γενέ- rus, selectis nobilissimis Judæorum pueris, & XII.
σθαι. ὁ δὲ τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς ναβουχοδονοσό- Sedeciæ regis cognatis, qui & flore ætatis & de- *Daniel. 1.*
ρου τοὺς ἐπιφανεστάτων λαῶν τῶν ἰουδαίων παῖδας, τοὺς core formæ fuere conspicui, pædagogos eorum
σπερμάτος δὲ βασιλέως αὐτῶν ἀγαγὼν, οἵ καὶ τῆς curæ assignavit, exectis quibusdam ex eo nu-
ἀκμῆς τῶν σωμάτων, καὶ τῆς εὐμορφίας τῶν mero, quemadmodum solitus est facere & alia-
ἐνέων ἦσαν εὐβλεπεῖς, παιδαγωγοῖς καὶ τῇ δι' rum gentium devictarum formosis adolescen-
αὐτῶν θεραπείᾳ προσέδωσι, παισὶ τινὰς αὐ- tibus: præbebatque eis de sua mensa victum,
τῶν ἐκτεμὼν, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὅσα κατερέψατο λαφθέντας ἐν ὥρᾳ τῆς ἡλι-
κίας διέθετο, ἐχαρίζετο μὲν αὐτοῖς, τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ εἰς δίαιταν, ἐπιτήδεια δὲ καὶ τὰ ἀπηχθέμενα,

& Chaldæorum disciplinis instituendos curabat ac literis, in quibus sane profecerunt plurimum. in his erant quatuor de Sedeciæ genere, admodum pulchri & egregio præditi ingenio, qvorum nomina, Daniel, Ananias, Misael, Azarias. his Babylonius mutavit nomina, & pro Daniele Baltasarem, pro Anania Sedrachem, pro Misaele Misachem, pro Azaria Abdenago appellari jussit: eosque ob egregiam indolem & non mediocrem eruditionem vehementer charos habuit. Cumque visum fuisset Danieli cum cognatis victitare durius, & à regiæ mensæ abstinere eduliis, atque adeo ab animatis omnibus, accesserunt Aschanem eunuchum, qui curæ eorum erat præpositus, rogantes, ut, quæ mittebantur à rege, in suos usus converteret, ipsis legumina tantum & palmulas in alimenta præberet, & si quid aliud præterea vellet inanime. se enim, aliis fastiditis, talem victum appetere. ille vero ait se gratificari eis cupere, sed vereri, ne hoc rex deprehendat extenuatis ipsorum corporibus, & immutata specie, qvod necesse sit, ut habitudo & color rationi victus respondeat: idque magis fore conspicuum ex collatione aliorum, qui alantur delicatius: atque ita propter eos adduci se posse in capitis periculum. Itaque nacti Aschanem nondum admodum difficilem, persuadent, ut saltem per decem dies hoc eis permittat experiendi gratia: quod si corpora eorum nihilo deterius inde habuerint, in eodem victu perseverare, qui compertus sit innoxius. sin autem detrimentum aliquod inde acceperint, minus specioši facti quam alii, ad pristinam diætam eos reduceret. ut vero apparuit, non solum non lædi eos talibus, sed habitiores præ aliis & majores inde fieri, ut cum eis non essent conferendi, qui cibis vescebantur regiis, sed Daniel cum sociis potius delicatam vitam agere videretur, ex eo tempore secure Aschanes partes, quæ de regia mensa mittebantur pueris, sibi retinebat, & illis apponebat, quæ jam diximus. Illi verò, utpote puros jam habentes animos & ad percipiendas disciplinas idoneos, atque etiam firmiora ad laborem corpora, qvod neque illi læderentur aut gravarentur varietate deliciarum, neque hæc simili de causa emollirentur, facilè omnem perdidicerunt doctrinam tam Hebraicam, quam Chaldaicam: sed præcipuè Daniel peritus talium artium, conjectandis quoque somniorum significationibus studuit, visiones etiam divinas videre solitus. Exacto autem biennio post Ægypti populationem, Nabuchodonosorus, cum vidisset mirandam visionem, cujus etiam eventum Deus ei in somnis indicaverat, mox, ut e stratis surrexit, ejus oblitus est. Accersitis igitur Chaldæis, & magis ac vatibus, ait, se somnium vidisse, & quoniam oblitus sit, quale fuerit, velle, ut & somnium sibi indicent, & ejus significationem. Illis autem respondentibus, hoc supra humanas vires esse,

καὶ τὰ τῶν χαλδαίων ἐξεδίδασκε γράμματα, ἦσαν δ' αὐτοὶ σοφίαν ἱκανοὶ, πρὸς ἃ ἐκέλευσε Δανιήλειν. ἦσαν δ' ἐν τούτοις τῶν ὀκ Ἑβδελκίου ἡμους, πεπαιδευμένοι καλοὶ τε καὶ ἀγαθοὶ τὰς φύσεις, ὧν ὁ μὲν Δανιὴλος ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Ἀνανίας, ὁ δὲ Μισαὴλ, ὁ δὲ πέμπτος Ἀζαρίας. τούτους ὁ Βαβυλώνιος μεταονόμασε καὶ χρῆσθαι προσέταξεν ἑτέροις ὀνόμασι, καὶ τὸν μὲν Δανιὴλον, ἐκάλει Βαλτάσαρον, τὸν δὲ Ἀνανίαν Σεδράχην, Μισαὴλον δὲ Μισάχην. τὸν δὲ Ἀζαρίαν Ἀβδεναγώ. τούτους ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν περβολὴν εὐφυΐας καὶ παιδείας τῆς πρὸς τὴν παίδευσιν τῶν γραμμάτων καὶ σοφίας ἐν προκοπῇ ἡμουμένους, εἶχεν ἐν τιμῇ καὶ σεργων διετέλει. δόξαν δὲ Δανιὴλ μὴ τῶν συγγενῶν σκληραγωγεῖν αὐτὸν, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης ἐδεσμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ καθόλως πάντων τῶν ἐμψύχων, προσελθὼν ἀρχάνῃ τῷ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἐπιπεπιστευμένῳ εὐνούχῳ, τὰ μὲν ἄλλα ὑπὸ βασιλέως αὐτοῖς κομιζόμενα παρεκάλεσεν αὐτὸν ἀναλίσκειν λαμβάνοντα, παρέχειν δὲ αὐτοῖς ὄσπρια καὶ φοίνικας εἰς Δίαιτοφὴν, ἐπὶ τῶν ἀψύχων ἕτερον βέλοιτο. πρὸς γὰρ τῷ τοιούτῳ δίαιταν αὐτοὺς σκεκινεῖσθαι, τῆς δ' ἑτέρας πρεφρονεῖν. ὁ δὲ, εἶναι μὲν ἕτοιμον ὑπηρετεῖν ἐλεγεν αὐτῶν τῇ προαιρέσει, ὑφεράσθαι δὲ μὴ καταδήλοι τῷ βασιλεῖ γινόμενοι, σκ τῆς τῶν σωμάτων ἰσχνότητος, καὶ τῆς τροπῆς τῶν χαρακτήρων, συμμεταβαλεῖν γὰρ αὐτοῖς ἀνάγκη τὰ σώματα, καὶ τὰς χρόας ἅμα τῇ διαίτῃ καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων εὐπαθούντων, ἐλεγχθέντες οὖτοι κινδύνου καὶ τιμωρίας αὐτῷ καταγνῶσιν. ἔχοντα τοίνυν πρὸς τοῦτο εὐλαβῶς τὸν ἀρχάνην, πείθουσιν ἐπὶ δέκα ἡμέρας ταύτα προσφέρειν αὐτοῖς πείρας ἕνεκα, καὶ μὴ μεταβαλλούσης μὲν αὐτοῖς τῆς τῶν σωμάτων ἕξεως, ἐπιμένειν τοῖς αὐτοῖς ὡς οὐδὲν ἔτι εἰς αὐτὸν βλαβησομένων. εἰ δὲ μειωθέντας ἴδοι καὶ κάκιον τῶν ἄλλων ἐχοντας, ἐπὶ τὸν πρότερον αὐτοὺς διαιταν ἄγειν. ὡς δὲ, οὐ μόνον οὐδὲν αὐτοὺς ἐλύπει τὸν τροφὸν σκεύη προσφερόμενους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων εὐτραφέστεροι τὰ σώματα, καὶ σπουδῇ μείζονες γίνοντο, ὡς τοὺς μὲν ἐνδεεστέρους προλαμβάνειν, οἷς τὸν βασιλικὴν συνέβαινεν εἶναι χορηγίαν, τοὺς δὲ μετὰ Δανιήλου, δοκεῖν ἐν ἀφθονίᾳ καὶ τρυφῇ τὴν πρόσκαιρον, ἔκτοτε μὲν ἀδείας ὁ ἀρχάνης ἀπὸ μὲν τῆς δείπνου καθημέραν σωφρόνως ἔπεμπε τοῖς παισὶν ὁ βασιλεὺς, αὐτὸς ἐλάμβανεν, ἐχορήγει δ' αὐτοῖς τὰ προειρημένα. οἱ δ' ὡς ἐπὶ τῶν ψυχῶν αὐτοῖς Δίαιτον καθαρὸν ἐπὶ πρὸς τὸν παιδείαν ἀκροφρόνων γεγυμνωμένων, ἐπὶ τῶν σωμάτων πρὸς φιλοπονίαν εὐτονωτέρων, ὅτι γὰρ σκεύους ἐλωβοῦντο ἐπὶ βαρείας ἔχον τὸν τροφῆς πολλῆς, οὐδὲ ταύτα μαλακώτερα Δίαιτον αὐτοῖς αἰτίαν, πᾶσαν ἐπίμους ἐξέμαθον παιδείαν, ἥτις ἦν παρὰ τοῖς ἑβραίοις ἐπὶ τοῖς χαλδαίοις. μάλιστα δὲ Δανιὴλ, ἱκανῶς ἤδη σοφίας ἐμπείρως ἔχων, σαφῆ κρίσεις ὀνείρων ἐσπουδάκει, ἢ τὸ θεῖον αὐτῷ φανερὸν ἐγίνετο μὴ δι' ἑτέρου τῆς αἰγύπτου πρήσεως, ὁ βασιλεὺς ναβουχοδονόσορ, ὄναρ ἰδὼν θαυμασὸν, οὗ τοῖς ἔκβασιν αὐτὸς αὐτῷ καὶ τοὺς ὕπνους ἐδήλωσεν ὁ θεὸς, τούτου μὲν ἐπιλαθάνεται, Δίαιτας ἐκ τῆς κοίτης. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς χαλδαίους καὶ τοὺς μάγους, καὶ τοὺς μάντεις, ὡς εἶπε ὄναρ ἑωρακὼς ἔλεγεν αὐτοῖς. καὶ τὸ συμβεβηκὸς σαφὲς τοῖς λήθαν ὧν εἶδε μιαινῶν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς λέγειν ὅπερ τοῖ τὸ ὄναρ, καὶ τὸ σημεῖον. τῶν δ', ἀδύνατον εἶναι λεγόντων ἀνθρώποις τοῦθ' εὑρεῖν, εἰ δ'

Daniel. 2.

ἐκ δ' αὐτῆς ἔκδυτο τὴν ὄψιν τοῦ ἐνυπνίου φράσαι τῷ
σημεῖον ἀπαγορεύων, θανάτου ἠπείλησεν αὐτοῖς, εἰ μὴ
τὸ ὄναρ ἔφασκον. προσέταξε δὲ πάντας αὐτοὺς ἀναιρε-
θῆναι, πρόφασιν τὸ μὴ ἐθέλειν ὁμολογήσαντας μὴ
δύνασθαι. δανιὴλ δ' ἀκούσας ὅτι προσέταξε πάν-
τας τοὺς σοφοὺς ὁ βασιλεὺς ἀποθανεῖν, ἐν τούτοις δὲ
καὶ αὐτὸν μὴ τῶν συγγνωῶν κινδυνεύειν, προσῆλθεν ἀρ-
χοντι τοῦ τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ἀρι-
όχῳ πιστευόμενον. καὶ δεηθεὶς παρ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν
μαθεῖν, δι' ἣν ὁ βασιλεὺς πάντας ἐπὶ προστάγμασι ἀ-
ναιρεῖσθαι τοὺς σοφοὺς, καὶ χαλδαίους καὶ μάγους, ἐ-
μαθὼν τὸ πρᾶγμα τὸ ἐνύπνιον. καὶ ὅτι κελεύσαντος τοῦ
βασιλέως τότε αὐτοῦ δηλοῦν ἐπιλελησμένου, φήσαν-
τος μὴ δύνασθαι, παροξυνθεὶς αὐτὸν, παρεκάλεσε
τὸν ἀρίοχον, εἰσελθόντα πρὸς τὸν βασιλέα, μίαν
αἰτήσασθαι νύκτα τοὺς μάγους, καὶ ταύτην τὴν ὑ-
πνωτικὴν ὄψιν. ἐλπίζειν γὰρ διὰ ταύτης δεηθεὶς τοῦ
θεοῦ, γνώσεσθαι τὸ ἐνύπνιον. ὁ δὲ ἀρίοχος πρῶτ' ἀ-
πῆλθε τοῦ βασιλέως δανιὴλον ἀξιοῦν. καὶ ὁ μὲν
ἐλθὼν τὴν αἴτησιν τῶν μάγων ἐπιφέρει, πρὸς γοῦν
τὸν τυχόντα τοῦ δανιήλου. ὁ δὲ πρὸς, μὴ τῶν
συγγνωῶν τυχεῖν ἑαυτὸν, διὰ ὅλης ἱκε-
τεύων τὸν θεὸν τῆς νυκτὸς, γνωρίσαι, καὶ τοὺς μάγους
καὶ τοὺς χαλδαίους, οἷς δεῖ καὶ αὐτοὺς σωτηρίας τυ-
χεῖν, φυσικὴν τῆς τοῦ βασιλέως ὄψεως, ἐμφανίσαντα τῷ
ὁσίῳ καὶ πιθανὸν δηλεῖν ἐπιλέλησε διὰ τῆς παρελθούσης νυκτὸς, ἰδών τε τοὺς
ὕπνους. ὁ δὲ θεὸς ἅμα τοὺς τε κινδυνεύοντας ἐλεή-
σας, καὶ τὸν δανιὴλον τῆς σοφίας ἀγαθοῦ μᾶλλον, τό-
τε ὄναρ αὐτῷ γνώριμον ἐποίησε καὶ τῷ κρίνειν, ὡς
ἂν καὶ τὸ ὑπομιμνήσκον ὁ βασιλεὺς παρ' αὐτοῦ μάθοι.
δανιὴλος δὲ γνοὺς ὡς τὰ θεῖα ταῦτα, εὐχαρι-
στήσας ἀνέκραγε, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς δηλώσας, τοὺς ἤδη ἀπει-
γομένους ἤδη τὰ ζῆν καὶ πρὸς τὸ παθεῖν καὶ τὸν

deinde saxum vidisti abruptum à monte in statuam illam incidere, & hanc dejectam conterere, ut nulla ejus pars maneret integra, sed aurum, argentum, æs & ferrum abiret in minutiorem farina pulverem: eumque, ingruente venti vi, diffiatum in terras diversissimas, Saxum vero illud tam magnum accepisse incrementum, ut, quantum est terrarum, sua mole opprimeret. Et hoc quidem est, quod vidisti somnium, quod in hunc modum interpretari oportet. Aureum illud caput te significat, & alios reges ante te Babylonios, duæ verò manus & humeri duo portendunt, quod à duobus regibus vestrum imperium delebitur. illorum qvoque imperium alius ab occidente veniens tollet è medio, amictus armis æreis. Hujus quoque vires debellabuntur ab alio ferro simili, cui propter naturam ferri nihil poterit resistere, qvod ea sit auro, argento ac ære validior. adjecit & de saxo interpretationem Daniel, sed mihi hoc narrare non libuit, cujus propositum est præterita, non etiam futura, scribere. quod si quis veritatis avidus non desistit inquirere, futurorum quoque obscuros eventus cupiens discere, det operam, ut Danielis librum perlegat, qui habetur inter sacras literas. Porro Nabuchodonosorus, his auditis, agnoscens suum somnium, attonitus est Danielis indole, & procidens in faciem, eum non aliter quam Deum adoravit, divinis juvenem dignatus honoribus. Nec hoc contentus, imposito ei Dei sui nomine, universæ ditioni suæ præpositum esse voluit, cum eoque simul ejus consanguineos: qui ob hæc invidiosi facti in periculum inciderunt, offenso rege propter causam talem. Rex, fabrefacta aurea statua, alta sexaginta, lata sex cubitos, in campo magno Babylonis eam statuit: quam dedicaturus convocavit ex omni sua ditione principes, eisque mandavit, ut quam primum tuba dari signum audierint, procidentes in faciem adorent statuam. quod qui non fecerit, pœnam proposuit, ut conjiciatur in ardentis fornacis incendium. Cum igitur omnes, audito tubæ signo, adorarent eam statuam, Danielis cognati negaverunt se hoc facturos, qvod nollent patrias leges transgredi. moxque delati, & in ignem conjecti divina servati sunt providentia, & præter omnium opinionem evaserunt mortis periculum. Ignis enim eos non attigit, sed quasi sentiens, injustè in fornacem conjectos, pepercit, & non exeruit vim suam in juvenes, Deo invicta flammis faciente, horum corpora: quæ quidem res magis etiam eos regi commendavit, qvod probos & Deo charos esse animadverteret: qvo factum est, ut semper in maximo apud eum honore haberentur. Non multo deinde post, rursum aliud dormiens rex vidit insomnium, quod privatus regno, vitam acturus esset inter bestias, & post exactum eo modo septennium, denuo restituendus esset in pristinum imperium. quo viso, rursum convocatis magis, percontatus est, quid significet.

Daniel. 3.

Daniel. 4.

Ἐπειτα λίθον εἶδες ἀπὸ ὄρους ἀποῤῥαγῆναι, ἐμπεσεῖν τῷ ἀνδριάντι, καὶ τὸν κατακλάσαντα, σωτερίψαι, καὶ μηδὲν αὐτοῦ μέρος ὁλόκληρον ἀφεῖναι, τὸν δὲ χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τὸν σίδηρον καὶ τὸν χαλκὸν, ἁλὸς λεπτότερον γενέσθαι. καὶ τὸν μὲν ἀνέμοις πνεύσαντος σφοδροτέροις, εἰς τὰς βίους ἁρπαγῆναι διαπαρέσας. τὸν δὲ λίθον αὐξῆσαι ποιοῦσαν, ὡς ἅπασαν ἐπὶ αὐτοῦ τὴν γῆν δοκεῖν πεπληρῶσθαι. τὸ μὲν οὖν ὄναρ ὅπερ εἶδες, τοῦτ' ἔστιν, ἡ δὲ κρίσις αὐτοῦ, ἣν ἔχει τὸν τρόπον. ἡ μὲν χρυσῆ κεφαλὴ σέ τε εἰδήλωσε, καὶ τοὺς πρὸ σοῦ βασιλεῖς βαβυλωνίους ὄντας. αἱ δὲ δύο χεῖρες σοὶ ἅμα σημαίνουσιν, ὑπὸ δυοῖν καταλυθήσεσθαι βασιλέων τὴν ἡγεμονίαν ὑμῶν. τὴν δὲ σκιὰν ἕτερός τις δυσεως καθαιρήσει, χαλκοῦν ἡμφιεσμένος καὶ ταύτην ἄλλη παύσει τοῦ ἰσχυρὸς, ἐμοίως σιδήρου, καὶ κρατήσει εἰς ἅπασαν διὰ τὴν σιδήρου φύσιν, εἶναι γὰρ αὐτὴν κρείττονα τῆς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ. ἐδήλωσε δὲ καὶ τῷ λίθου Δανιήλος τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔδοξε ταῦτα ἱστορεῖν, τὰ παρελθόντα καὶ τὰ γενησόμενα συγγράφειν, οὐ τὰ μέλλοντα ὀφείλοντι. εἰ δέ τις τῆς ἀληθείας ἐρασθεὶς μᾶλλον οὐ φείσεται πολυπραγμονεῖν, ὡς καὶ τῶν ἀδήλων εἰ γνώσεται βούλεσθαι μαθεῖν, ἀναδασάτω τὸ βιβλίον ἀναγνώναι τὸ Δανιήλου, φέρεται δ' ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ναβουχοδονόσορ ἀκούσας ταῦτα καὶ ὀπτασίαν τὸ ὄναρ, ἐξεπλάγη τὴν τοῦ Δανιήλου φύσιν. καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ὡς τοῦτον τὸν θεὸν προσκυνοῦσι, τοῦτον τὸν Δανιήλον ἠσπάζετο, καὶ θύειν ὡς θεῷ προσέταξεν. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τιμὴν προσενεγκεῖν αὐτῷ τοῦ ἰδίου θεοῦ ἐκέλευσεν, ἀπίσης ἐπίτροπον τῆς βασιλείας ἐποίησε, καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, οὓς ὑπὸ Ἀνανίου καὶ Βασσαναίας, εἰς κίνδυνον ἐμπεσεῖν συνέβη, τοῦ βασιλέως προσκρουσάντας ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ὁ βασιλεὺς κατασκευάσας χρύσεον ἀνδριάντα, πηχῶν τὸ μὲν ὕψος ἑξήκοντα, πλάτος δὲ ἓξ, ἔστησεν αὐτὸν ἐν τῷ μεγάλῳ τῆς Βαβυλῶνος πεδίῳ, καὶ μέλλων καθιεροῦν, συνεκάλεσεν ἐξ ἁπάσης ἧς ἦρχε γῆς τοὺς πρώτους, πρώτων αὐτῆς τεταγμένους, ὅτι σημαινούσης ἀκούσωσι τῆς σάλπιγγος, τότε πεσόντας προσκυνῶσι τὸν ἀνδριάντα. τοὺς δὲ μὴ πεισομένους, ἠπείλησεν εἰς τὴν δι' πυρὸς ἐμβληθήσεσθαι κάμινον. πάντων οὖν μὴ τὸ σημαινούσης ἐπακούσαι τῆς σάλπιγγος προσκυνούντων τὸν ἀνδριάντα, τὰ δανιήλου συγγενεῖς οὐ ποιῆσαι τοῦτο φασὶ, μὴ βουληθέντες παραβαίνειν τοὺς πατρίους νόμους. καὶ οἱ μὲν ἐλεγχθέντες, εὐθέως εἰς τὸ πῦρ ἐμβληθέντες, θειασθῶζονται προνοίᾳ, καὶ παραδόξως διαφέυγουσι τὸν θάνατον. οὐ γὰρ ἥψατο τὸ πῦρ αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ λογισμὸν εἶμαι τὰ μηδὲν ἀδικήσαντας εἰς αὐτὸ βληθῆναι οὐκ ἥψατο, καμεῖν δὲ ἀσθενεῖς ἐῶν ἐν ἑαυτῷ τοὺς παῖδας, τὰ θεοῦ κρείττονα τὰ σώματα αὐτῶν ὡς τε μὴ δαπανηθῆναι ὑπὸ τὰ πυρὸς παρασκάσαντα. τοῦτο συνέβησεν αὐτοὺς τῷ βασιλεῖ ὡς δικαίους καὶ θεοφιλεῖς. διὸ μᾶσης ἀξιούμενοι παρ' αὐτοῦ τῆς τιμῆς διετέλουν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον χρόνῳ, πάλιν ὁρᾷ κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ βασιλεὺς ὄψιν ἑτέραν. ὡς ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς, μετὰ θηρίων ἔξει τὴν δίαιταν, καὶ ἑπτὰ διελθόντα οὕτως ἐπὶ τῆς ἐρημίας ἔτεσιν ἑπτὰ, αὖθις τὴν ἀρχὴν ἀποληψεται. τοῦτο θεασάμενος τοίνυν, πάλιν τοὺς μάγους συγκαλέσας, ἀνέκρινεν αὐτοὺς τί αὐτῷ, καὶ τί σημαίνει λέγειν ἠξίου.

τῶν μὲν

τ μὲν οὖν ἄλλων οὐθεὶς ἐδυνήθη τὴν τοῦ ἐνυπνίου Δία- A Ejus intellectum nemo alius invenire & regi in-
νοιαν εὑρεῖν οὐδ' ἐμφανίσαι τῷ βασιλεῖ, Δανιὴλος ὁ dicare potuit, ſolus Daniel, qvid portenderet,
μόνος καὶ ταῦτα εἶχε, καὶ καθὼς ἔτυχε τι αὐτῷ conjectura, aſſecutus eſt: & qvalem hic prædi-
προεῖπεν αὐτός, Δι' ἐτέρας γὰρ ὅτι τῆς ἐρημίας τὸν xit, talis etiam eventus affuit. nam cum in ſoli-
προειρημένον χρόνον ἐδόκει τελειῶσαι τοῦ θεοῦ tudine tempus prædictum exegiſſet, nemine ſe-
τῆς πράγματα φθάσαι τῷ ἐπιβαίνειν, δεηθεὶς δ' ἐκεί- ptennio toto audente invadere dominium, exo-
νου τὴν βασιλείαν ἀπολαβεῖν, πάλιν εἰς αὐτὸν ἐπανέρχε- rato Deo, rurſum in regnum ſuum reſtitutus eſt.
ται. ἐγκαλέσῃ δέ μοι μηδεὶς ἔτως ἕκαστα τούτων ἀ- Nemo autem mihi vitio debet vertere, qvod hæc
πηγγέλοντι Δία τῆς γραφῆς, ὡς ἐν τοῖς ἀρχαίοις διέ- B ita, ut in antiqvis libris invenio, ſcriptis meis in-
κειτο βιβλίοις. καὶ γὰρ δίδυς ἐν ἀρχῇ τῆς ἱστορίας, ὡς τοῖς fero. Talibus enim criminatoribus dudum oc-
τὰς ἀπιζητήσουσί τι τῶν πραγμάτων ἢ μεμψομένοις currit in initiis hujus hiſtoriæ, palam profitens,
ἀφελιμαίμην μόνοις μεταφράζειν τὰς ἑβραϊκὰς βί- me tantum Hebraicorum voluminum in Græ-
βλους εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶτταν, καὶ ταῦτα ἀπη- cam lingvam interpretem: & qvæ illic conti-
λλάχην, μήτε προσθεὶς τι τοῖς πραγμασιν αὐτὸς ἴδιον, nentur, bona fide relaturum me promiſi, nec ad-
μήτ' ἀφαιρῶν ἀπεχημένος. ὁ δὲ βασιλεὺς ναβου- dentem quicquam de meo, nec auferentem et-
χοδονόσορος, ἔτη τεσσαρακοντατρία βασιλεύσας, τε- iam. Cæterum Nabuchodonoſorus, cum regnaſ-
λευτᾷ τὸν βίον. ἀνὴρ δραστήριος καὶ τὰ περὶ αὐτὸν βα- C ſet annos qvadraginta tres, vitam finiit, vir in-
σιλέων εὐτυχέστερος γενόμενος. μέμνηται δ' αὐτοῦ τῶν duſtrius, & prioribus regibus longe fortunatior.
πράξεων καὶ Βηρωσσὸς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν χαλδαϊκῶν, λέ- Meminit ejus & Beroſus in tertio rerum Chalda-
γων ἔτως. ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ ναβοχοδονόσορος, icarum libro his verbis:
ὅτι ὁ πατὴρ μὲν τετελεύτηκε, ἐντὶ αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ
τὴν κοίλην συρίαν καὶ τὴν φοινίκην τόπους, ὑποτεταγ- Pater autem Nabuchodonoſorus, audito, XIII.
μένου αὐτῷ γεγονεν, ἀδυναμοῦντος αὐτοῦ ἔτι κακοπαθεῖν συ- qvod Satrapa, qvem Ægypto & Cavæ Syriæ
νήνεγκε τῷ ναβοχοδονόσορῳ ὄντι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς Phœniciæqve præfecerat, à ſe defeciſſet, cum
δυνάμεως, ἐπιμψεν ἐπ' αὐτόν. συμμίξας δὲ ναβοχο- non poſſet amplius ferre labores militiæ, tradita
δονόσορος τῷ ὑποστάτῃ καὶ φθάσας ἐξαμύνατο, αὐτοῦ τε D juniori Nabuchodonoſoro copiarum parte, juſſit
κράτησε, καὶ τὴν χώραν ἐκ ταύτης τῆς ἀρχῆς ὑπὸ hunc contra illum proficiſci. qvi, collatis ſignis,
τὸν αὐτοῦ βασιλείαν ἐπεσπάσατο. τοῦ δὲ πατρὸς τοῦ ναβοχο- cum defectore congreſſus, & ipſum devicit, & re-
δονοσόρου τελευτήσαντος καὶ φθάσαντος ἐν giones ejus ad ſuum imperium retraxit. Interea
βαβυλῶνι πόλει, μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βασι- pater Nabuchodonoſorus apud Babylonem,
λεύσαντι ἑνὸς δέοντι. αὐτὸς δὲ μετ' οὐ πολὺ χρόνον morbo abſumptus eſt, cum regnaſſet annos vi-
τοῦ πατρὸς τελευτὴν ναβοχοδονόσορος, καὶ καταλη- ginti & unum. Nabuchodonoſorus vero, non
φθεὶς τὰ κατὰ τὴν αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν multo poſt patris morte cognita, & conſtitutis
χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἰουδαίων τε καὶ φοινί- E Ægypti ac reliqvarum regionum negotiis, de-
κων καὶ σύρων, καὶ τῶν κατὰ τὴν αἴγυπτον ἐθνῶν, καὶ mandataqve amicis cura captivorum Judæo-
συναξας τὴν τῶν φίλων μετὰ τῆς βαρύτητος δυνά- rum, Syrorum, Phœnicum & Ægyptiorum tra-
μεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀναχωρεῖν εἰς τὴν βα- ducendorum in Babyloniam, cum exercitu &
βυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλίγοις διὰ τῆς ἐρήμου πα- impedimentis, ipſe cum paucis per deſertum
ραγίνεται εἰς βαβυλῶνα. ὠφελημένων δὲ τὰ πράγματα, Babylonem properavit. Et cum aſſumpſiſſet
διοικήσας τῶν τε χαλδαίων, καὶ διατηρήσας τὴν regni adminiſtrationem, qvæ interim penes
βασιλείαν ὑπὸ τῶν βελτίστων αὐτῶν, κυριεύσας ὁλοκλη- Chaldæos fuerat, & ab eorum primo ſervata erat
ρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις ὠφε- in ejus reditum, factus eſt totius paterni imperii
ληθεῖσι, συνέταξεν οἰκήσαι ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις F dominus. ac primum omnium captivos recens
τῆς βαβυλωνίας τόποις. αὐτὸς δὲ ὑπὸ τῶν ἐκ πολέμου adductos per opportuna Babyloniæ loca in co-
λαφύρων, τό τε τοῦ βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κόσμησας lonias diſtribuit: deinde ſpoliis bello partis Be-
φιλοτίμως, τὴν τε ὑπαρχοῦσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν, καὶ li templum & alia qvædam magnifice exornavit.
ἑτέραν κτίσας, καὶ ἀναγκάσας, ὡς τὸ μηκέτι auxit etiam & reparavit antiqva urbis ædificia,
ἐνδεῶς τοὺς πολιορκοῦντας τὸν ποταμὸν ἀναστρέψαν- munito & fluminis alveo, ita, ne hoſtes eo poſſent
τας ἐπὶ τὴν πόλιν καταισχύνειν. τοιοῦτος δὲ τειχέσι uti ad civitatis incommodum. Tres quoqve
μὲν τῆς ἔνδον πόλεως τριπλοῖς, τρισὶ δὲ ἔξω, ἕτερα δὲ murorum ambitus intra urbem extruxit, & toti-
ὑπὲρ τούτων κύκλῳ. καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, G dem foris circumdedit, omnes è coctilibus later-
καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, κατασκεύ- culis. cumqve memorabilibus operibus civita-
ασεν ἐν τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἑτέρα βασι- tem muniſſet, & portas in templorum modum
λεία ἐγκώμια αὐτῶν. ὧν τὸ μὲν ἀνάσημα καὶ τὴν ornaſſet, paternæ regiæ contiguam extruxit ali-
λοιπὴν πολυτέλειαν, ὡσιωπήσθω ἴσως ἂν εἰπὼν λέ- am regiam, cujus ſubſtructiones & reliqvam
γειν. πόλιν ὅσον τε τὸ μεγαλεῖα καὶ ὑπερήφανα magnificentiam forte ſupervacaneum eſſet dice-
σωπεπλέσθησαν ἡμέρας δεκαπέντε. ἐν δὲ re: unum ſilere non poſſum, qvod tam amplum
τοῖς βασιλείοις τούτοις, ἀναλήμματα λίθινα & ſuperbum ædificium intra qvindecim dies
ἀνεσκεύασε, τῷ ὄψει ὀρῶδους ὁμοιότητα τοῖς ὄρεσι. abſolutum eſt. In hac regia moles ſaxeas for-
nicibus ſuſpendit, montium ſpeciem referen-
tes, ſuperne conſitas variis arborum generibus,

atqve ita celebratos illos pensiles hortos absolvit, eo quod uxor educata in Media concupisset qvandam patriæ suæ similitudinem. Horum, hortorum etiam Megasthenes in qvarto rerum Indicarum volumine meminit, ubi ostendere conatur, quod hic rex virtute & rerum gestarum magnitudine Herculem longe a tergo reliqverit. subjugasse enim eum & urbem Africæ primariam, & bonam partem Hispaniæ. Sed & Diocles in secundo rerum Persicarum libro ejus regis mentionem facit, & Philostratus tam in Phœnicum qvam in Indorum historijs, qvod hic rex per tredecim annos Tyrum oppugnaverit, regnante apud eam urbem Ithobale. Atqve hæc sunt, qvæ de hoc rege apud historicos invenio.

καὶ καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς, ἐξεργάσατο καὶ καπηρεύασε τὸν καλούμενον κρεμαστὸν κῆπον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιτυμεῖν τῆς οἰκείας διαθέσεως, ὡς τινὲς ἀναγράφουσιν ἐν τοῖς κατὰ μηδίαν τόποις. καὶ μεγαλόνης ἦν, ὡς τῇ τετάρτῃ τῶν ἰνδικῶν, μνημονεύει αὐτῶν, δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται τὸν τοῦ βασιλέα, τῇ ἀνδρείᾳ καὶ τοῖς μεγέθεσι τῶν πράξεων, ὑπερβεβηκότα τὸν ἡρακλέα. καταστρέψασθαι γὰρ αὐτὸν φησὶ λιβύης τὸ πολὺ, καὶ ἰβηρίαν. καὶ διοκλῆς δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν περσικῶν, μνημονεύει τούτου βασιλέως, καὶ φιλόστρατος ἐν ταῖς ἰνδικαῖς αὐτοῦ καὶ φοινικικαῖς ἱστορίαις. ὅτι ἔτος βασιλεύοντος ἐπολιόρκησε τύρον ἔτη ιγ'. βασιλεύοντος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἰθοβάλου τῆς τυρ. καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τοῦτο πάντων ἱστορούμενα περὶ τούτου βασιλέως, ταῦτα ἦν.

CAP. XII.

De successoribus Nabuchodonosori, & quod Cyrus eorum imperium in Persas transtulit, & quomodo se tum res Judæorum apud Babylonios habuerint.

Κεφάλαιον ιβ'.

Ὡς ναβοχοδονόσορος τελευτήσας διάδοχον κατέλιπε τῆς βασιλείας τὸν υἱόν, καὶ ὡς κατελύθη ἡ τούτων ἀρχὴ ὑπὸ κύρου τοῦ περσῶν βασιλέως, ὅσα τε κατὰ ἰουδαίους καὶ ὅτου τὸν καιρὸν ἐν βαβυλωνίοις.

CÆterum post Nabuchodonosori obitum, Abilamarodachus ejus filius regnum suscepit, qui mox Hierosolymorum regem Jechoniam e vinculis dimisit, & inter necessarios amicos habuit, multis muneribus donatum, & apud Babylonem regiæ suæ præfectum. Pater enim ejus fidem non servaverat Jechoniæ, qvi se ei cum uxoribus & liberis totaqve cognatione sponte tradiderat, respectu solius patriæ, qvam nolebat per vim expugnatam dirui, sicut antea diximus. Abilamarodacho post decimumoctavum regni sui annum defuncto, Nigliſar filius successit, cumqve regnasset annos qvadraginta, vitam cum morte mutavit. continuata deinde successione, ad Labosordachum filium regnum pervenit: apud qvem cum novem tantum mensibus hæsisset, post mortem ejus transiit ad Balthasarem, qvi Babyloniis Naboandel nominatur. Huic bellum intulerunt Cyrus Persarum rex & Darius Medorum, a quibus dum intra Babylonem oppugnatur, mirabilis quædam & prodigiosa visio ei contigit. Discumbebat cœnans in ampla qvadam aula, magno apparatu vasorum argenteorum, qvæ regiæ mensæ adhiberi solent, accumbentibus etiam concubinis & purpuratorum præcipuis. Deinde cum ita collibuisset, jubet è suo templo afferri vasa Dei, qvæ, spoliatis Hierosolymis, Nabuchodonosor in usum suum veritus vertere, in Dei sui templo reposuerat. Ipse vero jam mero calens ausus est ex eis potare, verba interim contumeliosa in Deum proferens: & ecce, ibi videt manū e pariete prominentem, & in eo syllabas qvasdam scribentem, qva visione territus, convocavit magos & Chaldæos, & totū hoc genus, qvod apud Barbaros prodigiorum & somniorum interpretationem profitetur, postulans, ut sibi enarrent id, qvod erat scriptum.

Daniel. 5.

B revertentibus. Josephus autem, acceptis a rege duobus militum millibus, qvos ideo petierat, ut posset contumaces in urbibus vi cogere, & mutuatus Alexandriæ ab amicis regiis qvingenta talenta, profectus est in Syriam. Et cum veniſſet Ascalonem, tributumqve a civibus exigeret, & non solum nihil acciperet, sed convitiis
C etiam appeteretur: comprehensos circiter viginti eorum primates affecit supplicio: &, redactis ex eorum facultatibus mille talentis, regi eam pecuniam transmisit, indicans, quidnam egerit. Ptolemæus autem miratus ejus prudentiam, & approbato, quod egerat, permisit ei, quicqvid vellet, facere. Hoc audito, Syri, exemplo recenti castigatæ in Ascalonitis inobedientiæ territi, patentibus portis Josephum excipi-
D entes tributa solvebant. Cumqve etiam Scythopolitæ per contumaciam detrectarent imperata more solito tributa dependere, horum qvoqve necatis primatibus, facultates damnatorum ad regem misit: comparatisqve multis pecuniis, & multa lucratus ex redemptione vectigalium, his opibus ad constabiliendam præsentem potentiam usus est, prudenter existimans, optimum esse jam partam felicitatem tueri ex ipsius
E reditibus. multa namqve munera regi atqve reginæ in manum mittebat, multa etiam horum amicis & omnibus in aula potentibus, benevolentiam eorum hoc pacto sibi concilians. Usus est autem ea prosperitate per annos duos & viginti, ex una uxore procreatis septem filiis, suscepto etiam uno ex fratris Solymii filia, nomine
F Hyrcano: quam hac occasione duxit conjugem. Cum aliquando veniſſet Alexandriam cum fratre, ducente secum filiam nubilem, ut eam ibi alicui nobili Judæo nuptum traderet: cœnans cum rege, ingressam in convivium formosam saltatriculam adamavit, soliqve fratri hoc indicavit, rogans, ut qvandoqvidem lege vetaretur habere rem cum fœmina alienigena, subserviret ei, ut clam ea potiri posset. Frater vero
G libenter operam suam pollicitus, ornatam filiam suam noctu ad eum adduxit, & in lectum ejus collocavit: atqve ita parum sobrius, per errorem cum fratris filia congressus est: & cum hoc sæpius fecisset, magis etiam in amorem accensus, conqvestus est apud fratrem, quod periculum esset, ne non posset excutere amorem saltatriculæ, quam forte rex vellet ei cedere,
ἧς ἴσως οὐκ ἂν αὐτῷ ῥᾳδίως χωρήσειν τὸν βασιλέα,

Tum Solymius ait, non esse opus, ut hac de re sit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atqve etiam uxorem eam ducere: fassus, qvod maluerit filiæ fieri injuriam, qvam fratrem tale dedecus in se admittere. Josephus, collaudata tam fraterna benevolentia, uxorem duxit ejus filiam: exeaqve genuit, qvem diximus, Hyrcanum filium. Is cum annos natus tredecim adolescens adhuc generosam & prudentem præ se ferret indolem, fratrum in se concitavit odia, qvod eos in omnibus videretur antecellere. Josephus enim volens cognoscere, qvisnam ex his ad virtutem esset idoneus maxime, unumqvemqve misit ad eos, qui tum professione disciplinarum erant celebres: illi vero propter segnitiem & laborum impatientiam indocti domum reversi sunt. Deinde minimum natu Hyrcanum cum trecentis jugis boum misit itinere septem dierum in solitudinem, ut illic fementem faceret: sed prius subtractis clamoris, quibus arator boves ad jugum solet astringere. Qvo postqvam perventum est, cum non haberet lora, contempto bubulcorum consilio, svadentium aliqvem ad patrem mittere, qvi adferret: nolensqve interim expectando eorum reditum tempus perdere, commentus est qviddam veterano duce magis dignum qvam id ætatis homine. Mactatis enim decem jugis carnes quidem in operarios distribuit: sectis autem torgoribus, & loris inde factis, juga hoc modo bubus aptavit: & hoc modo arata terra, qvam pater proscindi jusserat, fementeqve facta, domum rediit. Pater autem reversum exosculatus ob prudentiam & acumen ingenii, & quod excogitata auderet aggredi, ut solum germanum filium, magis etiam posthac amavit, indigne ferentibus reliqvis fratribus. Interea venit quidam nuncians, quod regi Ptolemæo natus sit filius: versiqve omnes Syriæ magnates cum subditis ad lætitiam, natalem pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatum sunt profecti magno apparatu, Josepho ob ætatem jam gravantem domi manere coacto. pertentavit tamen filiorum animos, num quis ex his vellet eam profectionem suscipere: & recusantibus cæteris, quod se negarent scire mores aulicos, quomodo versandum sit cum regibus, svadentibusqve, ut Hyrcanum fratrem mitteret: libenter hoc audito, statim eum advocat: rogatqve, ecquid liberet, aut idoneum se putaret, qui ad regem salutatum accederet. qui cum prompte eam profectionem susciperet, & modica pecunia sibi opus fore diceret: velle enim se frugaliter vivere, ut decem drachmarum millia sufficiant, admodum lætatus est filii prudentia. Deinde puer, cum aliqvandiu siluisset, svasit patri, ne domo qvicqvam munerum regi mitteret: sed ut ad procuratorem suum Alexandrinum scriberet, ut pecuniam ipsi præberet ad emendum regi id, qvod inveniret pulcherrimum & pretiosissimum. Ille vero ratus decem fortasse talenta impensurum in munera, & comprobato filii consilio, scripsit procuratori Arioni,

Ἐν ἀδελφοῦ, μηδὲν ἀγωνιᾶν ὠφελαλεῖτο, ὁπόταν δὲ ἡ ἐρᾶ μὴ ἀθέμιτος, καὶ γυναῖκα ἔχειν αὐτὸν φήσαντος, καὶ παῖδες αὐτῷ φανερὸν ποιήσαντος, ὡς ἧττον μᾶλλον τὴν ἰδίαν θυγατέρα, ἢ τοιοῦτόν ἐκεῖνον ἐν αἰσχύνῃ ὑφορᾶσθαι. ἐπαινέσας αὐτὸν ὁ Ἰώσηπος τῆς φιλαδελφίας, συνῴκησεν αὐτῷ τῇ θυγατρὶ, καὶ παῖδα ἐξ αὐτῆς ἐκύησεν Ὑρκανὸν ὀνόμασε συνωνύμως. ἐπεὶ δὲ ὢν ἐτῶν ἐτος ὁ παῖς νεώτερος ἐπεδείκνυτο τὴν φυσικὴν ἀνδρίαν καὶ σύνεσιν, ὡς ζηλοτυπηθῆναι δεινῶς αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ὄντας πολὺ κρείττονα καὶ φρονήσεως δυνάμει, ἐξ ἰσωπερεῖ γνώσεως θελήσαντος τινὰς αὐτῶν ἐκ τῶν ἡλικιῶν ἀρετὴν εὐτυφῆ, καὶ καλὴν πέμψαντος πρὸς τοὺς παιδεύειν τότε δόξαν ἔχοντας, οἱ λοιπὸν μὲν ὑπὸ ῥᾳθυμίας καὶ τῆς πρὸς τὸ φιλεργεῖν μαλακίας, ἀνιέντες καὶ ἀμαθεῖς ἐπανῆκον αὐτῷ. μὴ δὲ ἐκεῖνος τὸν νεώτατον Ὑρκανὸν ὁδὸς αὐτῷ ὑπὲρ ζεύγη βοῶν, ἐξέπεμψεν ὁδὸν ἡμερῶν β΄ εἰς τὴν ἐρημίαν, ὅπερ εἰώθασι τὴν γῆν, ἀποκρύψας τοὺς ζεύγατος ἰμάντας. ὁ δὲ γενόμενος ἐν τῷ τόπῳ καὶ τοὺς ἰμάντας ἀφ' ἑχέων, τῆς μὲν τῶν βοηλατῶν γνώμης κατέλογησε, συμβαλόντων πέμπειν πρὸς τὸν πατέρα χωμιωτὰς τινὰς τῶν ἰμάντας. τὸν δὲ κρίσιν ἡγησάμενος μὴ δεῖν ἀπολλύειν πρεμνόφυλλα τοὺς ἀποκλησομένους, ἐπενόησέ τι στρατηγικὸν καὶ τῆς ἡλικίας πρεσβύτερον. καλάσας γὰρ δέκα ζεύγη, τὰ μὲν κρέα τοῖς ἐργάταις διέπεμψε· τεμὼν δὲ τὰς δορὰς αὐτῶν, καὶ ποιήσας ἰμάντας, ἐνέδυσε τὰ πρὸς τὰ ζεύγεα, καὶ ἕτερον τὸν τρόπον ἀπείρας, λῦε ἑαυτῷ πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ πρόσοδον ἔχειν γῆν, ἐπέστρεψε πρὸς αὐτόν. ἐλθόντα δὲ ὁ πατὴρ ὑπεδέξατο ἀσπασμοῦ, καὶ τὴν ἐξύστερον τῆς διανοίας, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ τολμηρὸν ἐπαινέσας, ὡς μόνον ὄντα γνήσιον, ἐπὶ μᾶλλον ἔστεργε, ἀχθομένων τοὺς ἀδελφῶν ὅτι τοῦτο. ὡς δὲ ἀπήγγειλε τοῖς αὐτοῦ, κῦρος ἔτον τὸν κήρυκα ἰὸν τῷ Βασιλεῖ πολεμαίῳ γενεθλίων, καὶ πάντες οἱ πρῶτοι τῆς συρίας καὶ τῶν ὑποκοίλου χωρῶν ἑορτάζοντες τὸν γενέσιον ἡμέραν τοῦ παιδίου, μετὰ μεγάλης πομπικῆς εἰς τὸν ἀλεξάνδρειαν ἐξώρμων, αὐτὸς μὲν ὑπὸ γήρως κατέσχετο. τῶν δὲ υἱῶν ἀπεπειρᾶτο εἴ τις αὐτῶν βούλεται ἀπελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα. τῶν δὲ πρεσβυτέρων ὑπομενόντων, καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας συνουσίας ἀγροικοτέρων ἔχειν φησάντων, τὸν ἀδελφὸν Ὑρκανὸν πέμπειν συμβουλευσάντων, ἡδέως εἰκάσας, καλεῖ τὸν Ὑρκανὸν, καὶ εἰ δυνατὸς πρὸς τὸν βασιλέα βαδίσαι, καὶ εἰ πρόθυμος ἔστιν ἀνέκρινεν. ἐπαγγειλαμένου δὲ πρεσβεύσεσθαι, καὶ δεῆσαν χρημάτων οὐ πολλῶν φήσαντος εἰς τὴν ὁδὸν, ζήσεσθαι γὰρ ἁπλοικῶς, ὥστε δέκα ἀργυρέων αὐτῷ δραχμὰς μυρίας, ἡδὺ τοῦ παιδὸς τὴν φρόνησιν. ἀγαλλόμενος δὲ ὁ πατὴρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ συνέβαλλε τῷ παιδὶ δῶρα μὲν αὐτὸς μὴ πέμπειν τῷ βασιλεῖ. δοῦναι δὲ ἀπολλωνίῳ πρὸς τὸν ἀλεξάνδρειαν οἰκονόμον, ὅπως αὐτῷ παρέχῃ πρὸς ὠνὴν ὧν ἂν εὕρῃ καλλίστων καὶ πολυτελῶν χρήματα. ὁ δὲ νομίζων δέκα τάλαντα ἐσεσθαι τὰ εἰς τὰς δωρεὰς τῷ βασιλεῖ δαπάνῃ, καὶ τὸν υἱὸν ἐπαινέσας ὡς φρονιμώτατα καλῶς, γράφει τῷ οἰκονόμῳ ἀρίστων, ὃς ἀ-

Ptolemæo Philometori & Cleopatræ regibus, ut Hyrcanum, qvem ad eos mittat, honorifice excipiant, & qvæ ab eo petantur, ea ipsi præbeant. Hyrcanus vero Alexandriam profectus, cum ad regem accessisset, & ab eo benigne esset acceptus, ad Cleopatram uxorem ejus venit, & ab ea qvoqve humaniter est acceptus. Ariones autem, cum ab Hyrcano pecuniam petisset, ille vero ei dixisset, se ab patre nihil accepisse, ut ipse ab eo acciperet, sed ut ipse ei daret, qvæ ipsi videretur, Ariones ait, se ei daturum esse mille talenta. Hyrcanus vero, cum ei dixisset, se ne centum qvidem talenta habere

ὃς ἀπαρξάμενος τὰ ἐν ἀλεξανδρείᾳ χρήματα αὐτοῦ θλώκει, A
ὄντα ἐν ἐλαττόνῳ τριακοσίων ταλάντων. ὁ δὲ ἰώσηπος
τὰ ἀπὸ τῆς συρίας χρήματα ἐπέμπετο εἰς τὴν ἀλεξάν-
δρειαν, καὶ ὁσάκις ἐνιαυτὸς ἦν καθ' ὃν ἐδει τὸν
βασιλέα τὸν φόρον ἀπαριθμεῖν, ἐγράφετο τὸν ἀρίω-
να τοῦτον. ὡς οὖν ἔλαβε τὸν ἀπαιτήσοντα τὸν πατέρα καὶ
λαβὼν ἐπιστολὴν, εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ὥρμησεν. ἐξ-
ελθόντος δὲ αὐτοῦ, γράφουσιν οἱ ἀδελφοὶ πᾶσι τοῖς τοῦ
βασιλέως φίλοις, ἵνα αὐτὸν διαφθείρωσιν. ὡς ὃ πα-
ραγενόμενος εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν, ἀπέδωκε τῷ ἀρίω- B
νι τὴν ἐπιστολὴν, ἐπερωτήσαντος αὐτοῦ, πόσα βούλε-
ται λαβεῖν, ἤλπιζεν δὲ αὐτὸν δέκα, ἢ βραχεῖ
τινα πλείω, εἶπεν δὲ χιλίων χρῄζειν, ὀργισθεὶς ἐπε-
πλήξεν αὐτῷ, ὡς ἀσώτως ζῶντα διεγνωκότι. καὶ πῶς ὁ
πατὴρ αὐτοῦ συναγαγὼν τὴν οὐσίαν, ὡς πόνων καὶ τῆς
ἐπιθυμίας αὐτὸν ἐστέρησεν; καὶ μιμητὴν αὐτὸν ἠξίου
γενέσθαι δ' ὑπομένοντος. δώσειν δὲ, ὅσον πλεῖον πολλα-
πλασίων δέκα, καὶ ταῦτ' εἰς δωρεὰν τοῦ βασιλέως. παροξυν- C
θεὶς ἐπ' ὀργῇ, εἰς δεσμὸν τὸν ἀρίωνα ἐνέβαλε. τῆς δὲ
ἀρίωνος γυναικὸς, ἅτε δηλωσάσης τῇ κλεοπάτρᾳ, καὶ
δεηθείσης ὅπως ἀπολήξῃ τοῦ παιδὸς, σφόδρα γὰρ εὖ ὁ
ἀρίων ἐν τιμῇ παρ' αὐτῇ, φανερὸν τοῦ βασιλέως ἔτι ἐπ-
οίησεν ἡ κλεοπάτρα. ὁ δὲ πτολεμαῖος πέμψας πρὸς
τὸν ὑρκανὸν, θαυμάζειν ἔλεγε πῶς ἀπροσκαλεῖς πρὸς αὐ-
τὸν ὢν δὲ πατρὸς, ἅ τι ὀφθείη αὐτῷ, καὶ πρόσθεν δηλοῦ-
σθαι ἐπιχωρίων. ἐλθόντα οὖν τὴν αἰτίαν αὐτοῦ μεμῦσθαι D
ἐκέλευσε. τὸν δὲ φασὶν ἀποκρινάμενον τοῦ μὲν βα-
σιλέως λέγειν αὐτῷ, ὅτι νόμος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς κολύειν τὸν
ἡγησόμενον θυσίας, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν ἐλθεῖν καὶ θύ-
σαι τοῦ θεοῦ. κἀ δὴ δι' ὃν τὸν λογισμὸν, ἀφ' αὐτὸν ἐλθεῖν
πρὸς αὐτὸν, βεβιωμένον μὲν ἕως ἀκμάσαι δ' πατρὸς ἀνερ-
γέτην ἡγουμένῳ. τὸν δὲ θᾶλον κολάσαι μὲν ἀδικήσαντα ὧν
προσετάχθη. διαφέρειν γὰρ ὀλίγον, ἢ μικρὸν εἶναί τινα δε-
σπότην ἢ μέγαν. ἂν οὖν μὴ κολάζοιμεν τοὺς τοιούτους, E
οὐ προσδοκᾶν τὸν ἐρχομένων καταφρονήσεσθαι.
ταῦτ' ἀκούσας ὁ πτολεμαῖος, εἰς γέλωτα ἐτράπη, καὶ
τὸν μεγαλοφρονοῦντα δ' παιδὸς ἐθαύμασε. μαθὼν δὲ
ἀρίων ὅτι δ' ἦν ὁ βασιλεὺς διεπέφθη τὸν τρόπον, καὶ ἐ-
πὶ μηδεμίᾳ βοηθείᾳ ἐστὶν αὐτῷ, δοὺς τὰ χίλια τά-
λαντα τῷ παιδὶ, τῶν δεσμῶν ἀπελύθη. καὶ τρεῖς ἀφ-
ελτῶν ἡμέρας ὁ ὑρκανὸς, ἠσπάσατο τοὺς βασιλέας. οἱ
δὲ ἀσμένως αὐτὸν εἶδον; καὶ φιλοφρόνως εἰστίασαν ἀφ'
ὧν τὸν πατέρα τιμῶν. λάθρα δὲ πρὸς τοὺς F
ἐμπόρους ἐλθὼν, ὠνεῖται παρ' αὐτῶν παῖδας μὲν ἑκα-
τὸν χαρίεντας, ὑπερευφυεῖς καὶ ἀκμαιοτάτους, ἑ-
νὸς ἑκάστου τάλαντου. ἑκατὸν δὲ παρθένους τῆς αὐτῆς
τιμῆς ἑκάστην. κληθεὶς δ' ἐφ' ἑστίασιν πρὸς τὸν βασι-
λέα, μετὰ τῶν πρώτων τῆς χώρας, ὑποκατακλίνεται
πάντων, καταφρονηθεὶς ὡς παῖς ἐπὶ τῷ ἡλικίαν ὑ-
πὸ τῶν τοὺς τόπους καὶ τὴν ἀξίαν διανεμόντων. τὸ δὲ
συγκατακειμένων πάντων μερῶν τὸ ὀστᾶ, ἀνη- G
ρῶν δ' αὐτοῖς τὰς σάρκας, παρόντων ἔμπροσθεν
τοῦ ὑρκανοῦ, ὡς ταληθῶσαι τῷ θᾶλον αὐτὸν
τραπέζαν, τρύφων, ὃς ἦν τοῦ βασιλέως ἄθυρμα, καὶ
πρὸς τὰ σώματα καὶ τοὺς ἐν τοῖς ποτοῖς γέλω-
τας ἀνεδέδεκτο, θᾶλον καλεσαντῶν αὐτὸν τῶν κατα-
κειμένων τῇ τραπέζῃ, παρεσῶς τοῦ βασιλέως, ἐρᾷς,
φησὶν, ὦ δέσποτα, τὰ θᾶλον κείμενα ὀρκανοῦ ὀστᾶ; ἐκ τούτου
ἔσχασε ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ τῷ συρίαν ἅπασαν οὕτω δηώσει,

qui omnem ipsius pecuniam tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia. Iosephus enim pecunias in Syria collectas solebat eo mittere, & qvoties præstitutum tempus veniret tributa regi adnumerandi, Arionem hoc jubebat facere. Ad hunc igitur, acceptis a patre literis, Alexandriam proficiscitur: moxqve fratres ad omnes regios amicos scripserunt, ut eum aliqvo modo perderent. Ut vero exacto itinere Arioni epistolam reddidit, rogatus, qvotnem talenta vellet accipere: putabat enim decem petiturum aut non multo amplius: ut respondit, mille sibi opus esse, iratus procurator objurgavit eum acriter, qvod vellet ea per luxum perdere: monebatqve, ut seqveretur exemplum patris, qui eam pecuniam laboribus & temperantia paraverat. Se enim non plus qvam decem præbiturum, & ea non in alium usum, qvam ut mercaretur regi munera. Ibi puer iratus Arionem conjecit in vincula. Procuratoris autem uxore reginæ hoc renuntiante, & rogante, ut puerum compesceret: gratiosus enim apud Cleopatram Arion fuerat: ex regina hoc rex didicit. ac mox per qvendam missum ad Hyrcanum mirari se nunciat, cur ad se a patre missus, non modo in conspectum non venerit, sed procuratorem etiam patris sui vinxerit. jubebatqve, ut veniret, ac causam ejus facti diceret. Ille contra regi nunciari jubet, legem esse Judæis, ne quis gustaret de sacrificio, priusqvam, adito templo, mactasset victimas: eaqve ratione nec ipsum hactenus regem salutasse, expectantem dona, quæ offerret regi de parente suo bene merito. Servum autem jure se punisse, qui mandata ejus contemneret. Nihil enim differre inter majorem & minorem dominum. Nisi enim tales dent pœnas meritas, expectandum mox ipsi regi, ut contemnatur a subditis. His auditis, rex risit, miratus tam magnum in puero animum. Arion autem postqvam hoc cognovit, nihil sperans a rege præsidii, datis adolescenti mille talentis, liberavit se a vinculis. Elapsis deinde tribus diebus, salutaturus reges accessit: a quibus libenti animo exceptus, & mensæ communi est adhibitus, in parentis sui gratiam. moxqve clam aditis negotiatoribus, emit ab eis centum pueros formosissimos, & literarum peritissimos, talento singulos, & totidem puellas eodem pretio. tum vocatus ad convivium regium cum principibus, infimo loco justus est accumbere, propter ætatem posthabitus abhis, quorum hoc erat officium. reliqvis autem convivis ossa partium, absumpta carne, ante Hyrcanum congerentibus, Tryphon quidam, quo plurimum in conviviis rex delectabatur, propter scommata & facetias hominis, rogatus a convivis, ad regem se vertit, & Viden, inqvit, domine, qvantum ossium ante Hyrcanum jaceat. Hinc igitur collige, quod & pater ejus totam Syriam ita spoliat, qvemadmodum hic ossa nudavit carnibus,

Rege vero ad hoc dictum arridente, & rogante Hyrcanum, unde illa ossium congeries: Nihil mirum, inqvit, domine. canum enim est ossa una cum carnibus absumere, sicut isti faciunt: vultu commonstrans reliqvos, ante qvos nihil erat ossium. Homines autem, comesis carnibus, solent abjicere ossa, qvod & ego, homo cum sim, nunc facio. Ibi rex miratus urbanitatem, jussit omnes convivas huic dicto plaudere. Seqventi vero die aditis regis amicis & aulicis potentioribus, ipsos qvidem salutavit: ex famulis autem eorum expiscatus est, quidnam oblaturi essent regi in festo natalitio. Illis referentibus, hunc daturum talenta duodecim, alium rursum aliud pro suis qvemqve opibus: simulavit se dolere, quod non haberet, unde tantundem largiri valeat, nec ultra talenta quinqve numero. idqve mox famuli renunciavere dominis. Illis autem gaudentibus, quasi offensurus esset regem Josephus propter exilitatem muneris, ubi dies statutus advenit, alii quidem & hi munificentissimi obtulerunt talenta non plus qvam viginti. Hyrcanus autem emptos a se centum pueros, totidemqve puellas adduxit, jussos singulos talentum offerre, hos quidem regi, has vero Cleopatræ. Omnibus vero admirantibus tam profusam & insperatam munificentiam, atqve ipsis etiam regibus, amicos quoque regis & ministros multorum talentorum donis honoravit, ne quid sibi abillis nascereturpericuli: ad hos enim fratres scripserant, ut quocunqve modo Hyrcanum tollerent. Rex autem delectatus juvenis munificentia, jussit eum donum, qvodcunqve vellet, petere. At ille nihil aliud petiit, qvam ut se rex patri ac fratribus commendaret per literas. Itaqve honorificentissime tractatum, & donatum regie, scriptis quoque ad patrem, & fratres, & omnes suos duces atque procuratores commendatitiis literis, dimisit liberaliter. Fratres autem cum cognovissent tantum honoris ei habitum a regibus, & honoratiorem multo reverti qvam fuerit antea, decreverunt obviam proficisci, & de medio illum tollere; nepatre quidem inscio, Iratus enim ob profusam in munera tam immensam pecuniam, non erat de salute ejus solicitus. eam tamen iram metu regis dissimulare coactus est. Sed fratribus adortis eum in itinere, fortiter congressus, & alios non paucos ex eorum comitatu occidit, & duos quoque fratres inter cæteros: reliqui vero fuga evaserunt ad patrem Hierosolyma. Veniens autem ad urbem, cum exciperetur a nemine, territus secessit trans Jordanem fluvium, & illic vitam egit tributa colligens a barbaris: quo tempore in Asia regnum obtinebat Seleucus cognomine Soter, magni Antiochi filius. Obiit deinde Hyrcani pater Josephus, vir bonus & magnanimus, qui Judæis pauperibus tum & inopibus splendidioris vitæ occasionem præbuit,

A γελάσαντος δὲ τοῦ θεοῦ τὸν Τρύφωνος λέγον Βασιλέως, καὶ ἐρομένου τὸν Ὑρκανον ὅτι ποιοῦντα αὐτῷ παράκειται ὀστᾶ, εἰκότως εἶπεν ὦ δέσποτα. τοὺς μὲν γὰρ κυνὰς τὰ ὀστᾶ σὺν τοῖς κρέασι κατεσθίειν ὥσπερ ἅπαν, πρὸς τοὺς παρόντας ἀποβλέπων, ὅτι μηδὲν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἔκειτο. οἱ δ' ἄνθρωποι, τὰ κρέας ἐσθίοντες, τὰ δ' ὀστᾶ ῥιπίζουσιν. ὅπερ ἄνθρωπος ὢν κἀγὼ νῦν πεποίηκα. ὁ δὲ Βασιλεὺς θαυμάσας τὴν ἀστειότητα αὐτοῦ σοφὸν ἔτω γὰρ μόλις, πάντας κελεῦσαι ἀναβοῆσαι, τῆς εὐτραπελίας ἀποδεχομένους αὐτόν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρὸς ἕκαστον τῶν φίλων προσῆλθε, καὶ τοῦ δήμου τὴν αὐλὴν δωματῶν, τοὺς μὲν ἠσπάζετο, παρὰ δὲ τῶν οἰκετῶν ἀπεπυνθάνετο, τί μέλλοντες δώσειν τῷ Βασιλεῖ δῶρον ἐν τῇ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ γενεθλίῳ. τοὺς μὲν, ἀνὰ δώδεκα τάλαντα δώσοντας φησάντων, τοὺς δ' ἐν ἀξίᾳ τῇ τοῦ μέγεθος τῆς οὐσίας ἑκάστου αὐτῶν, ὑπερβάλλεσθαι λυπούμενος ἅμα τὸ μὴ δυνάσθαι τοιαύτην προσενεγκεῖν δωρεάν. πλέον γὰρ πέντε τάλαντα οὐκ ἔχων. οἱ δὲ θεραπεύοντες ταῦτ' ἀκούοντες ἀπηγγέλλον τοῖς δεσπόταις. χαιρόντων δ' αὐτῶν, ὡς καταγνωσθησομένῳ ἐπὶ ὀλίγοις, καὶ προσιόντος τοῦ Βασιλέως ἅμα τὴν βραχύτητα τῆς δωρεᾶς, ἐκπλήττοντος τὴν ἡμέραν, οἱ μὲν ἄλλοι προσέφερον τοῦ Βασιλέως τάλαντα οἱ λίαν μεγαλοδωρεὰς νομίζοντες, καὶ πολλὰ ἔχοντες. ὁ δὲ Ὑρκανὸς ὡς ἤσπετο παῖδας ἑκατὸν, καὶ παρθένους τοσαύτας, ἀνὰ τάλαντον ἑκάστῳ φέρειν δώσοντας προσῆγαγε, τοὺς μὲν τοῦ Βασιλέως, τὰς δὲ τῆς Κλεοπάτρας. πάντων δὲ θαυμαζόντων τὴν παρ' ἐλπίδα τῶν δώρων πολυτέλειαν, καὶ τὸν Βασιλέα αὐτῶν, καὶ τοὺς φίλους ἔτι καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἱεροσόλυμα δὲ Βασιλέως ὄντας, πολλῶν ἄξια τάλαντων δῶρα ἐδωκεν, ὡς ἀλαφυγεῖν τὸν ἐξ αὐτῶν κίνδυνον. τέτοις γὰρ ἐγεγράφησαν αὐτοῦ οἱ ἀδελφοὶ διαχρήσασθαι τὸν Ὑρκανόν. πολεμοῦντος δὲ τοῦ μεγαλοψυχίαν ἀποδεδειγμένου καὶ μεγαλοπρέπειαν, προσέταξεν αὐτῷ δωρεὰν λαβεῖν βέλετο λαμβάνειν. ὁ δὲ ἀδὲν πλέον ἠξίωσεν αὐτῷ γενέσθαι παρ' αὐτοῦ, ἢ γράψαι τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς περὶ αὐτοῦ. τιμήσας οὖν αὐτὸν φιλοτιμότατα, καὶ δωρεὰς δοὺς λαμπρὰς, καὶ τῶν τε πάντων γράψας καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἡγεμόσιν αὐτοῦ καὶ στρατηγοῖς, ἐξέπεμψεν. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ τούτων τετυχηκότα τὸν Ὑρκανὸν πολὺ δὲ Βασιλέως, καὶ μὴ μεγάλης ἐπανερχόμενον τιμῆς, ἐξῆλθον ὑποστησόμενοι, καὶ διαφθερούντες αὐτὸν, καὶ τοῦ πατρὸς εἰδότος. ὀργιζόμενος δὲ αὐτοῖς ἕνεκεν τῶν εἰς τὰς δωρεὰς χρημάτων, οὐκ ἐφρόνιζε τῆς σωτηρίας αὐτοῦ. τὴν ὀργὴν μὲν τι τὸν πρὸς τὸν υἱὸν ὁ Ἰώσηπος ἀπεκρύπτετο, φοβούμενος τὸν Βασιλέα. συμβαλόντων δὲ αὐτοῖς τῶν ἀδελφῶν εἰς μάχην, ἄλλους τε τῶν σὺν αὐτοῖς πολλοὺς ἀπέκτεινε, καὶ δύο τῶν ἀδελφῶν, οἱ δὲ λοιποὶ διεσώθησαν εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν πατέρα. ὑποδεχθέντος δ' αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν, ἐπεὶ μηδεὶς ἐδέχετ', δείσας ἀνεχώρησεν εἰς τὴν πέραν τοῦ Ἰορδάνου παρεμβολὴν, κἀκεῖ διέτριβε φορολογῶν τοὺς βαρβάρους. ἐβασίλευε δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῆς Ἀσίας, Σέλευκος ὁ σωτὴρ ἐπικαλούμενος, υἱὸς ὢν Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου. τελευτᾷ δὲ καὶ ὁ τοῦ Ὑρκανοῦ πατὴρ Ἰώσηπος, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος καὶ μεγαλόφρων, καὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων λαὸν ἐκ πλουσίας καὶ πραγμάτων ἀθενῶν, εἰς λαμπρὸν ἐφορμὰς τοῦ βίου κατασκευὰς

ἔσχεν

ὄντα ἔτη καὶ δύο τὰ τῆς συρίας τέλη καὶ φοινίκης καὶ σαμαρείας κατεχών. ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ θεῖος αὐτοῦ ὀνίας, τὴν δὲ χειροτονίαν σίμωνι τῷ παιδὶ καταλιπών. τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀλέξανδρος τῆς τιμῆς ὡσαύτως ὀνίας γίνεται, πρὸς ὃν ὁ λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἄρειος, πρεσβείαν ἔπεμπε καὶ ἐπιστολάς, ὧν τὸ ἀντίγραφον ἔστι τοιοῦτον.

per duos & viginti annos præpositus exigendis Syriæ ac Phœnices & Samariæ vectigalibus: & eodem fere tempore patruus qvoqve ejus Onias, relicto successore honoris Simone filio. Deinde vita perfuncto Onia filius successit, ad qvem Lacedæmoniorum rex Arius legationem misit cum literis, qvarum hoc exemplar extat:

Vide alibi

Κεφάλαιον ε'.

φιλία καὶ κοινωνία λακεδαιμονίων πρὸς ὀνίαν τὸν ἀρχιερέα τῶν ἰουδαίων.

CAP. V.

Amicitia & societas Lacedæmoniorum cum Onia Judæorum pontifice.

Βασιλεὺς λακεδαιμονίων ἄρειος, ὀνίᾳ χαίρειν, εὑρόντες γραφήν τινι, εὑρομεν ὡς ἐξ ἑνὸς εἰσιν γένους ἰουδαίων καὶ λακεδαιμόνιοι, ἐκ τῆς πρὸς ἀβραὰμ συγγενείας. δίκαιον οὖν ἐστιν ἀδελφοὺς ὑμᾶς ὄντας, ἀξιοπιστεῖν περὶ ὧν ἂν βούλησθε. ποιησόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτό, καὶ τὰ ὑμέτερα ὡς ἰδίᾳ νομίζομεν, καὶ τὰ αὐτῶν κοινὰ πρὸς ὑμᾶς ἐροῦμεν. δημοκλῆς ὁ φέρων τὰ γράμματα, ἀξιοπιστεῖται παρ' ἡμῖν ἐπιστολάς. τὰ γεγραμμένα ἐστὶ τετράγωνα. ἡ σφραγὶς ἐστιν ἀετὸς δράκοντος ἐπειλημμένος. ἡ μὲν οὖν ἐπιστολὴ ἐπιμεμφθεῖσα, ὧδε δὲ λακεδαιμονίων βασιλέως, ὃν ἔσχε τὸν τρόπον. ἀποθνήσκοντος ἰωσήπου τὸν λαὸν συνέβη στασιάσαι διὰ τοὺς παῖδας αὐτοῦ. τοῦ μὲν πρεσβυτέρων πόλεμον ἐξενεγκαμένων πρὸς ὑρκανὸν, ὃς ἦν νεώτατος τῶν ἰωσήπου τέκνων, διέσῃ τὸ πλῆθος. καὶ οἱ μὲν πλείους τοῖς πρεσβυτέροις συνεμάχοντο, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς σίμων διὰ τὴν συγγένειαν. ὁ δὲ ὑρκανὸς ἐπανελθεῖν μὲν οὐκ ἐπεδέγετο εἰς ἱεροσόλυμα. πρόκαθηται δὲ τοῦ πέραν τοῦ ἰορδάνου, συνεχῶς ἐπολέμει τοῖς ἀδελφοῖς, ὡς πολλοὺς αὐτῶν καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ λαβεῖν αἰχμαλώτους. ᾠκοδόμησε δὲ βάρεμ ἰσχυρὰν, ἐκ λίθων λευκῶν καὶ μεγάλων ἅπασαν μέχρι καὶ τῆς στέγης, ἐγγλύψας ζῷα παμμεγέθη ἔκτισε. πεδήγαγε δὲ αὐτῇ εὐρεῖαν μέγαν καὶ βαθύν. ἐκ δὲ τῆς κατ' ἀντικρὺ τοῦ ὄρους πέτρας λατομῶν αὐτῆς τὸ περιέχον, αὐτὴν ἔλαβε πολλῶν σταδίων τὸ μῆκος κατασκάσασαν. ἔπειτα οἴκους ἐν αὐτῇ, τοὺς μὲν εἰς συμπόσια, τοὺς δὲ εἰς ὕπνον διέστειλε ἐποίησεν. ὑδάτων δὲ ῥεόντων πολλῶν, ἃ καὶ πέρυσι μὲν ἐκ κήπου τινὸς ἐπὶ κῆπον διέστειλεν

qvorum grandiori Philometor cognomen indi- A
tum, minori vero Physcon. Hyrcanus autem
videns præpotentem Antiochum, & veritus, ne
in potestatem ejus redactus pœnas daret eorum,
qvæ contra Arabas ausus fuerat, ipse sibi manus
intulit: possessionem vero ejus universam oc-
cupavit Antiochus.

ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος φιλομήτωρ ἐκαλεῖτο, φύσκων
δ' ὁ νεώτερος. ὑρκανὸς δ' ὁρῶν μεγάλην δύναμιν ἔ-
χοντα τὸν ἀντίοχον, καὶ δείσας μὴ καὶ συλληφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ
κολασθῇ διὰ τὰ πρὸς τοὺς ἀραβας αὐτῷ πεπραγμένα,
τελευτᾷ τὸν βίον αὐτόχειρ αὐτὸς γενόμενος. τοῦ δ' ἰδίου
αὐτοῦ πάσων ἀντίοχος λαμβάνει.

CAP. VI.

Judæi seditionibus agitati Antiochi opem invocant.

B

Κεφάλαιον ς'.

Στάσις τῶν δωματῶν ἰουδαίων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὡς ἐπεκαλέσαντο ἀντίοχον.

VI. 1. Mach. 1. IS, defuncto per idem tempus Onia pontifice, fratri ejus Jesu id sacerdotium contulit, qvod filius superstes etiam tum esset parvulus, de qvo suo loco dicetur. Hic Jesus privatus est eo sacerdotio per regis indignationem, moxqve in Oniam fratrum minimum pontificatus translatus est. Simoni enim hi tres fuerunt filii, ad qvos omnes pontificatus pervenit, ut indicavimus. Cæterum Jesus Jasonem se vocari maluit, sicut alter frater pro Onia Menelaus dictus est. Concitata autem per fratrem contra novum pontificem Menelaum seditione, & populo in partes scisso, Tobiæ filii steterunt a Menelai partibus: major autem populi pars factionem Jasonis seqvebatur. qvorum vim non sustinentes Menelaus & Tobiæ filii secesserunt ad Antiochum, dicentes se velle, relictis patriis institutis ac legibus, religionem regis & Græcanicos ritus assumere: rogaveruntqve eum, ut sibi permitteret gymnasium Hierosolymis extruere. qvo impetrato, adduxerunt sibi præputia, ut nudi quoque non essent Græcis dissimiles: &, contemptis omnibus patriis ritibus, imitabantur mores exterarum gentium. Antiochus autem domi usus fortuna prospera, expeditionem Ægyptiam tentare statuit, captus ejus regionis cupidine, & contempta Ptolemæi filiorum ætate, rebus administrandis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Pelusium, astu circumvento Philometore, Ægyptum occupat, & redacta prius in potestatem Memphi, locisqve circumvicinis, ad Alexandriam duxit, & urbem & regem subjugaturus. Sed omnes ejus conatus unica Romanorum denuntiatione repressi sunt, ita ut jam occupata relinqveret, sicut & alias diximus. Nunc prolixius narrabimus de hoc rege, qvomodo Judæam actemplum occupaverit, qvod in prioribus commentariis breviter tantum perstrinximus, ut necesse sit idem altius repetere.

C

D

E

F

Υπὸ δὴ τὸν αὐτὸν καιρὸν διεδεξατο ὁ ὀνίας τὸν ἱερατεῖον, τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἰησοῦ τοῦ τὸν ἱερωσύνην δόντος, ἔτι παῖδα ὄντα· ὁ δὲ ἰησοῦς ἐπὶ ὀνίου καταλελοίπει, νήπιον ἔτι, δηλώσομεν δὲ καὶ περὶ τούτου ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἔφασκε. ἰησοῦς δ', ἦν γὰρ οὗτος ὁ ἀδελφὸς τοῦ ὀνίου, τοῦ δὲ ἱερωσύνου ἀφῃρέθη, παροργισθέντος αὐτῷ καὶ βασιλέως, καὶ δόντος αὐτοῦ τὸν νεώτερον αὐτοῦ ἀδελφὸν ὀνία τοῦτον. σίμωνι γὰρ ἦσαν τρεῖς ἐγγόνοι παῖδες, εἰς τοὺς τρεῖς ἦκεν ἡ ἀρχιερωσύνη, καθὼς δεδηλώκαμεν. ὁ μὲν οὖν ἰησοῦς, ἰάσονα ἑαυτὸν μετωνόμασε. ὁ δὲ ὀνίας ὀνίλαος. στασιάσαντος οὖν τοῦ περὶ τὸν ἱερέως ἰησοῦ, πρὸς τὸν μὴ ταῦτα καθεστηκότα μενέλαον, καὶ τῶν πλήθους διῃρημένου εἰς ἑκατέρους, ἐκ τῆς μενελάου μοίρας, οἱ τωβίου παῖδες ἦσαν. τὸ δὲ πλεῖστον τοῦ λαοῦ τοῦ ἰάσονι συνελάμβανεν. ὑφ' ὧν καὶ πιεζόμενοι, ὅτε μενέλαος καὶ οἱ τωβίου παῖδες, πρὸς ἀντίοχον ἀνεχώρησαν, δηλοῦντες αὐτῷ ἐπιβάλλοντες τοὺς πατρίους νόμους καταλιπόντες, καὶ τοῦ κατ' αὐτοὺς πολιτείαν, ἔπειθον τοὺς βασιλικοὺς καὶ τοῦ ἑλληνικοῦ πολιτείαν ἔχειν. παρεκάλεσαν οὖν αὐτὸν ἐπιτρέψαι αὐτοῖς, οἰκοδομῆσαι γυμνάσιον ἐν ἱεροσολύμοις. συγχωρήσαντος δὲ καὶ τοῦ τὰ αἰδοῖα περιτμεῖν ἐπικάλυψαι, ὡς ἂν εἶεν καὶ τὰ πρὸς τοῦ ἀπόδυσιν ἕλληνες. πάντα ἄλλα πάνυ ὅσα ἐοῦ αὐτοῖς πάτρια παρέντες, ἐμιμοῦντο τὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἔργα. ἀντίοχος δὲ τῆς βασιλείας αὐτῷ χωρούσης καὶ τρόπον, ὅτι τοῦ αἰγύπτου διέγνω στρατεύσας, πολὺν αὐτῆς λαὸν, καὶ διὰ τὸ πολεμεῖν παίδων καταφρονῶν, ἀθρόων ἐπὶ συγχεόντων, καὶ μηδέπω πράγματα τηλικαῦτα διέπειν δυναμένων. ᾠήθη οὖν μὴ πολλῆς δυνάμεως καὶ τὸ πλῆθος, καὶ ὅλῳ τὸν φιλομήτορα πολεμεῖν περιελὼν, καταλαμβάνει τοῦ αἰγύπτου. καὶ ᾠήθη ἐν τοῖς περὶ μέμφιν τόποις, καὶ κατασχὼν ταύτην ὥρμησεν ὅτι τοῦ ἀλεξάνδρειαν, ὡς πολιορκίᾳ παρασησόμενος αὐτοῦ, καὶ τὸν ἐκεῖ βασιλεύοντα χειρωσόμενος πολεμαῖον. ἀπεκρούσθη δ' ἀπὸ τῆς ἀλεξανδρείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ὅλης αἰγύπτου, ῥωμαίων αὐτῷ διαγεγειλάντων ἀπέχεσθαι τῆς χώρας, καθὼς ἤδη καὶ πρότερον ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν. διηγησόμεθα δὲ καὶ μέρος τὰ περὶ ἐκεῖνον βασιλέα, ὃς τοῦ ἰουδαίαν ἐχειρώσατο, καὶ τὸν ναὸν. ἐν δὲ τῇ πρώτῃ μὲν πραγματείᾳ, κεφαλαιωδῶς αὐτῶν ἐμνημονεύθη, ἀναγκαῖον ἡγησάμενον νῦν εἰς τοῦ ἐπ' ἀκριβὲς αὐτῶν ἐπανελθεῖν ὑφήγησιν.

Κεφά-

Κεφάλαιον ζ'. A CAP. VII.

Ὅτι στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους Ἀντίοχος Ἱεροσόλυμα, τὴν πόλιν παρέλαβε, καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησεν.

Quemadmodum Antiochus, ducto Hierosolyma exercitu, occupatoque ejus urbis dominio, templum etiam spoliaverit.

Ὑποστρέψας ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου διὰ τὸ φόβῳ ῥωμαίων δέος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, ἐπὶ τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἐξεστράτευσε· καὶ χειμῶνος ἐν αὐτῇ ἔτει ἑκατοστῷ καὶ πεντηκοστῷ καὶ τριτῷ, μετὰ τὰς ἀπὸ Σελεύκου βασιλεῖς, ἀμαχητὶ λαμβάνει τὴν πόλιν, ἀνοιχθέντων αὐτῷ τῶν πυλῶν, ὅσοι τῆς ἐκείνου παρασκευῆς ἦσαν. ἐγκρατὴς δὲ ἐστὶ τῶν Ἱεροσολύμων χώρου, πολλοὺς ἀπέκτεινεν, τῶν ἐναντία φρονούντων. ἐχρήματο πολλὰ συλήσας, ἀπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν. ἐπὶ δὲ ἔτη δύο τῷ ἑκατοστῷ καὶ πεντηκοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει, μηνὸς πέμπτῃ καὶ εἰκάδι, ὃς καλεῖται παρ' ἡμῖν, Χασλεύς, παρ' Ἕλλησι δὲ Μακεδόσιν, Ἀπελλαῖος, Ὀλυμπιάδι ρνγ', μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἀναβαίνει τὸν βασιλέα εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ προσποιησάμενον εἰρήνην ἄπιστα εἰσῆλθε τῆς πόλεως. ἐφείσατο δὴ τότε, οὐδὲ τοσούτοις ἐνέτυχεν αὐτῷ, διὰ τὸ ἐν τῷ ναῷ πλοῦτον, ἀλλ' ἵνα πλεονεξίας, χρυσὸν γὰρ εὗρεν πολὺν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τἄλλα τῶν ἀναθημάτων κόσμον πολυτελέστατον, ἵνα συλήσῃ τὸν, ὑπέμενε τὰς πρὸς ἐκείνους αὐτῷ σπονδὰς φυλάσσων. εἰσελθὼν οὖν τὸν ναὸν ὡς καὶ τὰ σκεύη χρυσᾶ βαστάσων, λυχνίας χρυσᾶς, καὶ βωμὸν χρύσεον, καὶ τράπεζαν καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ μηδὲν τῶν καλλιπεσημάτων ὑποχόμενος, ἅπερ ἦν ἐκ βύσσου καὶ κόκκου πεποιημένα, κενώσας καὶ τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἀποκρύφους, καὶ μηδὲν ὅλως ὑπολιπών, εἰς μέγα τοὺς Ἰουδαίους ἐνέβαλε πένθος. καὶ γὰρ τὰς καθημερινὰς θυσίας ἃς προσφέρουσι τῷ θεῷ κατὰ τὸν νόμον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς προσφέρειν, καὶ διαρπάσας πᾶσαν τὴν πόλιν, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις ἔλαβε, ὡς τῶν ζωγρηθέντων ὧν μυρίων ἦν τὸ πλῆθος. ἐνέπρησε δὲ αὐτῆς τὰ κάλλιστα, καὶ καθεῖλεν τὰ τείχη, τὴν ἐν τῇ κάτω πόλει οἰκοδόμησεν ἀκρόπολιν, ἐν γὰρ ὑψηλῇ καὶ ὑπερκειμένῃ τὸ ἱερόν. καὶ ἐξ αὐτῆν ἰσχυρώσας τείχεσιν ὑψηλοῖς καὶ πύργοις, φρουρὰν μακεδονικὴν ἐγκατέστησεν. ἔμελλον δ' ἐνθένδε ἡτοιμάσθαι ἐν τῇ ἄκρᾳ, καὶ οἱ πολῆται οἱ ἀσεβεῖς καὶ πονηροὶ τὸν τρόπον, ὑφ' ὧν πολλὰ δεινὰ τοὺς πολίτας συνέβη παθεῖν. ἐπικοδομήσας δὲ καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ βωμὸν ὁ βασιλεὺς, σύας ἐπ' αὐτοῦ κατέσφαξε, θυσίαν ἀνόμιμον οὐδὲ πάτριον τῇ Ἰουδαίων θρησκείᾳ ταύτην ἐπιτελῶν. ἠνάγκασε δὲ αὐτοὺς ἀφεμένους τῆς περὶ τὸν αὐτῶν θεὸν θρησκείας, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ νομιζομένους σέβεσθαι, οἰκοδομήσαντας δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ κώμῃ πεμένη αὐτῶν καὶ βωμοὺς καθιδρύσαντας, θύειν ἐπ' αὐτοῖς τοὺς καθημέραν. ἐκέλευσε δὲ, καὶ μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, κόλασιν ἀπειλήσας ἕτοιμος εἶναι τοῖς παραβαίνουσι τὰ τεταγμένα. κατέσχε δὲ ἐπισκόπους, οἳ προσαναγκάσουσιν αὐτοὺς τὰ ἐπεσταλμένα ποιεῖν. καὶ πολλοὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ καὶ δι' εὐλάβειαν τῆς ἐπηγγελμένης τιμωρίας, κατηκολούθουν οἷς ὁ βασιλεὺς διετέτακτο. οἱ δὲ δοκιμώτατοι, καὶ τὰς ψυχὰς εὐγενεῖς, οὐκ ἐφρόντισαν αὐτοῦ, τῶν δὲ πατρίων ἐθῶν πλεῖονα λόγον ἔχοντες, ἢ τῆς τιμωρίας, ἃ οὐ κεκηρυγμένους ἠπείλησεν αὐτοῖς. καὶ λέγεται καὶ πᾶσαν ἡμέραν αἰκιζόμενοι καὶ πικρὰς βασάνους προφέροντες ἀπέθνησκον. καὶ γὰρ μαστιγούμενοι, καὶ

Reversus ab Ægypto, quam metu Romanorum reliquerat rex Antiochus, ad Hierosolymitarum urbem movit exercitum: & ingressus eam centesimo qvadragesimo tertio anno, ex qvo primum ad Seleuci familiam Syriæ regnum devenerat, sine ullo negotio dominus ejus factus est, admissus apertis portis per suæ factionis homines. quam dominationem crudeliter exercuit, necatis permultis, qui diversarum erant partium, direptisqve pecuniis & asportatis Antiochiam. Ea clades accidit anno secundo post urbem captam, regni ejus familiæ centesimo qvadragesimo quinto, vigesimaqvinta ejus mensis, qui Chasleus nostris dicitur, Macedonibus Apellæus, Olympiade centesima, quinquagesima tertia, quando ne his quidem est parcitum, qui quasi pacate venienti portas aperuerant, quo majore licentia grassatum est in templi divitias: quæ cum essent maximi precii, visæ sunt satis amplum violati fœderis præmium. Spoliato igitur templo, & ablatis vasis sacri ministerii, & inter cætera candelabris aureis, altari aureo, mensaqve propositionis, quam vocant, ac ne aulæis quidem relictis, quæ e cocco ac byssо constabant, evacuatis etiam thesauris reconditis, ita ut nihil omnino relinqueret, conjecit Judæos in luctum maximum. nam & quotidiana sacra juxta legis præscriptum vetuit eos facere: direptaqve tota urbe, habitatores partim necavit, partim captivos una cum liberis & uxoribus abduxit, usqve ad decem millium numerum. Incendit etiam ædificiorum ejus quicquid erat pulcherrimum, & demolitus mœnia, in inferiore urbe arcem condidit. erat enim editiore loco sita, ipsi templo imminens. quapropter bene prius firmatæ mœnibus ac turribus Macedonicum præsidium imposuit. admixti tamen erant ex impiis Judæis sceleſtissimi, a quibus plurimum vexata fuit civitas. In templo quoque ara posita, porcos mactavit sacrificium a Judæorum religione alienissimum: & cogebat omnes, abrogato veri Dei cultu, ipsius venerari numina: & oppidatim extructis templis atqve altaribus, porcinas in eis qvotidie jugulare victimas. Cominatus est etiam gravem pœnam, si quis liberos circumcideret, constitutis, qui mandata exigerent, atqve etiam vi ad ea servanda detrectantes cogerent. Et maxima quidem Judæorum pars vel sponte vel metu supplicii parebat edictis regiis. qui vero probatiores erant, & generosæ indolis, majorem rationem habuerunt moris patrii, qvam pœnæ intentatæ sibi per adversarios. qvãobrẽ quotidie necabãtur excruciati tormentis crudelissimis. Flagris enim cæsi & VI.

lacerati corpora, vivi adhuc & spirantes suffigebantur crucibus. Uxores autem eorum & circumcisos liberos strangulabant juxta mandatum regium, & suspendebant a crucifixorum parentum cervicibus. abolebatur etiam, ubicunq; repertum esset sacrum volumen aliquod, & ipsi, apud qvos inventum esset, mali male petibant. Samaritæ autem videntes in tali calamitate constitutos Judæos, non amplius profitebantur se cognatos eorum, neq; Garizitanum templum, esse Dei maximi, nihil absonum facientes a suo ingenio, de quo ante diximus: sed dicentes se Medorum & Persarum colonos, ut re vera sunt, miserunt legationem ad Antiochum, cum epistola scripta in hunc modum: Regi Antiocho Deo illustri suggestio a Sidoniis in Sicimis habitantibus. Majores nostri compulsi crebris suæ regionis pestilentiis, & inducti veteri quadam superstitione, morem fecerunt observandi eam festivitatem, quæ apud Judæos vocatur Sabbatum: &, extructo in Garizino monte templo innominati numinis, immolaverunt in eo solennes victimas. Nunc autem, ex quo tibi visum est in Judæos, ut eorum malitia dignum est, animadvertere, qui exeqvuntur mandata regia, existimantes nos hæc propter eorum cognationem facere, volunt nos in communem cum illis causam involvere, cum simus ab origine Sidonii, qvemadmodum extat relatum in nostris annalibus. Rogamus igitur te servatorem ac beneficum, ut mandes Apollonio nostro præsidi, & Nicanori procuratori regio, ne qvid posthac nobis molesti sint qvasi hærentibus in eodem cum Judæis crimine, a quibus tam diversi sumus moribus quam origine: utqve templum, qvod hactenus nullius Dei titulum habuit, posthac vocetur Jovis Græcanici. hoc enim pacto erimus a molestiis liberi: & securius intendentes privatis negotiis, majora tibi poterimus tributa solvere. Post hanc Samaritarum supplicationem, rex & ipsam & talem epistolam remisit. Rex Antiochus Nicanori. Sidonii, qui sunt apud Sicima, miserunt ad nos suggestionem, qvam his literis adjunximus. Quoniam igitur nobis & amicorum consilio satis approbaverunt, qvi in hoc missi sunt, qvod alieni sint a Judæorum criminibus, & placet illis juxta Græcorum instituta vivere, absolvimus eos, qvantum ad hanc causam & eorum templum attinet, qvod posthac appelletur Jovis Græcanici. Eadem autem & Apollonio magistratui scripsimus, anno qvadragesimo sexto, mensis Hecatombæonis undecima.

τὰ σώματα λυμαινόμενοι, ζῶντες ἔτι καὶ ἐμπνέοντας ἀνεσαυροῦσιν. τὰς δὲ γυναῖκας καὶ τὰς παῖδας αὐτῶν, ὡς προείρηται, κατὰ τὸν τοῦ βασιλέως προσταγὴν ἀπήγχονον, καὶ περιέτεμνον. καὶ τοὺς ἀνεσαυρωμένων γονέων ἀπαρτῶντες. ἠφανίζετο δὲ ἔτι βίβλος ἱερὰ καὶ νόμος, καὶ παρ' οἷς εὑρεθείη καὶ ἔτι καιροὶ κακῶς ἀπώλοντο. ταῦτα δὲ βλέποντες οἱ Σαμαρεῖται πάσχοντας τοὺς Ἰουδαίους, ἐκεῖθεν ὡμολόγουν αὐτοὺς εἶναι συγγενεῖς αὐτῶν, ἐκ δὲ τοῦ Γαριζεὶν ναὸν τοῦ μεγίστου θεοῦ, τῇ φύσει παρεῖναι ἀκόλουθα, οὐ δεδηλωκάμεν, καὶ λέγοντες αὐτοὺς μήδων ἀποίκους, καὶ περσῶν, καὶ γάρ εἰσι τούτων ἄποικοι. πέμψαντες οὖν πρὸς τὸν Ἀντίοχον πρέσβεις, καὶ ἐπιστολὴν, ἐδήλουν τὰ ὑπογεγραμμένα. Βασιλεῖ Ἀντιόχῳ θεῷ ἐπιφανεῖ, ὑπόμνημα παρὰ τῶν ἐν Σικίμοις Σιδωνίων. οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι πολλῶν τινες συχνὰς τῆς χώρας λοιμοῖς παραλαβόντες ἐσχάτοις τινὶ θεοσεβείᾳ μονίᾳ ἐθος ἐποίησαν σέβειν τὴν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λεγομένην σαββάτων ἡμέραν. ἱδρυσάμενοι δὲ ἀνώνυμον ἐν τῷ Γαριζεὶν ὄρει ἱερὸν, ἔθυον ἐπ' αὐτοῦ τὰς καθηκούσας θυσίας. σὲ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις τὰ πονηρὰς αὐτῶν ἀξίως χρησαμένοις, οἱ τὰ βασιλικὰ διοικοῦντες οἰόμενοι καὶ συγγένειαν ἡμᾶς ταῦτα ποιεῖν ἐκείνοις, ταῖς ὁμοίαις αἰτίαις περιέβαλον, ὄντων ἡμῶν τὸ ἀνέκαθεν Σιδωνίων, καὶ ἔτι φανερόν ἐστιν ἐκ τῶν πολιτικῶν ἀναγραφῶν. ἀξιοῦμεν οὖν σε τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα, παρεστάναι Ἀπολλωνίῳ τῷ μεριδάρχῃ, καὶ νικάνορι τῷ βασιλικὰ πράττοντι, μηδὲν ἡμῖν ἐνοχλεῖν παρασκευὴν τὰς τῶν Ἰουδαίων αἰτίας, ἡμῶν καὶ τῷ ἔθνει καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀλλοτρίων ὑπαρχόντων. παρασκευάζειν δὲ τὸ ἀνώνυμον ἱερὸν Διὸς Ἑλλενίου. ἡμῖν μὲν γὰρ τοῦτο παυσόμεθα μὲν ἐνοχλούμενοι, τοῖς δ' ἔργοις μετ' ἀδείας παρασκευάζοντες, μείζονας σοι πορίσομεν τοὺς φόρους. ταῦτα τὸ σαμαρειτῶν δεηθέντων, ἀπέπεμψεν αὐτοῖς γράμματα ἐβασιλεύς τοιάδε. Βασιλεὺς Ἀντίοχος Νικάνορι. οἱ ἐν Σικίμοις Σιδώνιοι, ἐπέδωκαν τὸ κατακεχωρισμένον ὑπόμνημα. ἐπεὶ οὖν συμβουλευομένοις ἡμῖν μετὰ τῶν φίλων παρέσχηται οἱ πεμφθέντες ὑπ' αὐτῶν, ὅτι μηδὲν τοῖς Ἰουδαίων ἐγκλήμασι προσήκουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἑλληνικοῖς ἔθεσιν αἱρούμενοι ζῆν, ἀπολύομέν τε αὐτοὺς τῆς αἰτίας, καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν καθάπερ ἠξιώκασι, προσαγορεύθηται Διὸς Ἑλλενίου. ταῦτα δὲ ἀπολλωνίῳ τῷ μεριδάρχῃ ἐπέσταλα. ἔτους ἑκτοῦ καὶ τεσσαρακοστοῦ, μηνὸς ἑκατομβαιῶνος ια ϟ.

CAP. VIII.

Antiocho vetante Judæos uti patriis legibus, solus Assamonæi filius Matthias regem contempsit, profligatis etiam ejus ducibus.

1. *Macch.* 2 EOdem tempore habitabat in Modim vico Judææ quidam Matthias nomine, filius Joannis, qvi fuit Simeonis ex Assamonæo geniti, sacerdos ex vice Joaribi, Hierosolymita genere: erantqve ei filii qvinqve, Joannes qui & Gaddis cognominabatur, Simon qvi & Matthes, Judas qvi & Maccabæus, Eleazarus

Κεφάλαιον ή.

Ὡς ἀντίοχος κωλύσαντος τοῖς πατρίοις νόμοις χρῆσθαι τοὺς ἰουδαίους, μόνος ἀσσαμωναίου παῖς ματθίας κατεφρόνησε τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς ἀντιόχου στρατηγοὺς ἐνίκησε.

ΚΑτὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἐν τῇ κώμῃ τῇ οἰκοῦσαν ἐν μωδεὶμ ἦν τις ματθίας υἱὸς ἰωάννου, τοῦ συμεών, τοῦ ἀσσαμωναίου, ἱερεὺς, ἐξ ἐφημερίας ἰωαρείβ, ἱεροσολυμίτης. ἦσαν δ' αὐτῷ υἱοὶ ἰωάννης ὁ καλούμενος γάδδης, καὶ σίμων ὁ καλούμενος ματθῆς, καὶ ἰούδας ὁ καλούμενος μακκαβαῖος, καὶ ἐλεαζαρος,

ζαρος ὁ καὶ Θαὶ ὁ καλούμενος αὐρὰν, καὶ ἰωνάθης ὁ καλούμενος ἀπ- A
φοῦς, ἐτόλμησεν ὁ μαθθίας ἀπωδύρετο τοῖς πάντοις τὴν
καταστασιν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν τῆς πόλεως διαρπαγὴν, καὶ τὸν ναὸν τὴν σύλησιν, καὶ τὰ γενόμενα τὰς συμ-
φορας. ἔλεγέ τε κρεῖττον αὐτοῖς εἶναι ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν ἔτως ἀδόξως. ἐλθόντων δὲ εἰς
τὴν μωδεὶμ κώμην ἔνθα ἦν βασιλέως καθεσταμένων
ἐπὶ τῶν πόλεων ἀναγκάζειν τὰς ἰουδαίους ἃ διετάττετο, καὶ
ἦσαν τὰς ἐκεῖ κελεύοντων ὡς ὁ βασιλεὺς κελεύσει, B
ἀλλ' ἦν τὴν δόξαν, τὴν τε ἀλλοτρίαν, καὶ ἀλλ' τὴν πατρῴαν, ἀξιούντων τὸν ματθίαν προκαθάρχειν τῆς θυσίας,
καίτοι λεγθησόμενον καὶ αὐτῷ καὶ τοὺς πολίτας, καὶ ἀλλ' ἔτι τι-
μηθησόμενος παρὰ βασιλέως, ὁ ματθίας οὐκ ἐφασκέ
ποιήσειν, οὐδ' εἰ πάντα τὰ ἔθνη τοῖς ἀντιόχου προστάγ-
μασιν ἢ ἀλλ' φόβον, ἢ δι' ἀρέσκειαν ὑπακούοι, πει-
σθήσεσθαί ποτ' αὐτοῦ μὴ τῶν τέκνων τὴν πατρίων θρησκείαν καταλιπεῖν. ὡς δὲ σιωπήσαντος αὐτοῦ, προσελθὼν
τις τῶν ἰουδαίων εἰς μέσον ἔθυσεν κατὰ τὰ προστεταγμένα ἀντιο- C
χεῦσιν, ζηλώσας ὁ ματθίας, ὥρμησεν ἐπ' αὐτὸν μετὰ τῶν
υἱέων, ἐχόντων κοπίδας. καὶ αὐτὸν τε ἐκεῖνον διέφθει-
ρε καὶ τὸν στρατηγὸν τοῦ βασιλέως ἀπέκτεινεν, ὃς ἐπὶ τὸ ἀναγκά-
ζειν διεχρήσατο μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν, καὶ τὸν βωμὸν
καταλύσαντα ἀνέκοψεν, ἔτι ζηλωτὴς ὢν τῶν πατρίων ἐθῶν,
καὶ τοῦ θεοῦ θρησκείας, ἐπεδείκνυτο φησὶν ἐμοί. καὶ ταῦτα
πάντων μὴ τῶν τέκνων εἰς τὴν ἔρημον ἐξώρμησε, καταλι-
πόντων ἅπασαν τὴν αὐτοῦ κτῆσιν ἐν τῇ κώμῃ. τὸ δὲ αὖ- D
τὸ καὶ ἄλλοι ποιήσαντες μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἔφυ-
γον εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἐν τοῖς σπηλαίοις διῆγον. ἀκού-
σαντες δὲ ταῦτα οἱ τοῦ βασιλέως στρατηγοὶ, καὶ τὴν δύνα-
μιν ὅσην εἶναι συνέβαινεν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν ἱεροσολύ-
μων ἀναλαβόντες ἐδίωξαν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς ἰουδαίους.
καὶ καταλαβόντες, τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς ἐπεχείρουν
πείθειν, μεταγνόντας αἱρεῖσθαι τὰ συμφέροντα, καὶ μὴ
προσάγειν αὐτοῖς ἀνάγκην ὥς τι αὐτοῖς χρῆσθαι πολέ- E
μιον νόμῳ. μὴ προσδεχομένων δὲ τοὺς λόγους, ἀλλὰ
τἀναντία φρονούντων, συμβάλλουσιν αὐτοῖς εἰς μάχην
τοῦ σαββάτου ἡμέρᾳ. καὶ ὡς εἶχον ἔτως ἐν τοῖς σπηλαίοις
αὐτοὺς κατέφλεξαν, οὐδὲν ἀμυνομένους, ἀλλ' οὐδὲ τὰς
ἐκτόσους εἰσφράξαντας. οὓς δὲ ἀμύνεσθαι ἀλλὰ τοῦ ἡμέ-
ρᾳ ἀπεῖχον, μηδὲν ἐν κακοῖς ὑπολαβόντες τοῦ σαβ-
βάτου τιμὴν θελήσαντες. δόγμα γὰρ ἡμῖν ἐν αὐτῷ
νόμιμόν ἐστιν. ἀπέθανον μὲν οὖν σὺν γυναιξὶ καὶ τέ- F
κνοις συμπεσόντες τοῖς σπηλαίοις, ὡς χίλιοι. πολλοὶ δὲ
καὶ διασωθέντες, τῷ ματθίᾳ προσέμενον, καὶ κύριον
ἄρχοντα ἀπέδειξαν. ἐδίδαξε δὲ καὶ σαββάτοις αὐτοὺς ἐ-
δίδαξε μάχεσθαι λέγων, ὡς εἰ μὴ πείσονται τὸ φυ-
λαττόμενοι τὸ νόμιμον, ἑαυτοῖς ἔσονται πολέμιοι, τῶν
μὲν ἐχθρῶν κατ' ἐκεῖνο τοῦ ἡμέρᾳ αὐτοῖς προσ-
βαλλόντων, αὐτῶν δὲ οὐκ ἀμυνομένων. κωλύσειν τε
μηδὲν, οὕτως ἀμαχητὶ πάντας ἀπολέσθαι. ταῦτ' εἰ-
πὼν, ἔπεισεν αὐτοὺς, καὶ ἄχρι δεῦρο μένει παρ' ἡμῖν, καὶ
σαββάτοις ἔστιν δεήσει μάχεσθαι. ποιησας οὖν δύ-
ναμιν πολλὴν περὶ αὐτὸν ματθίας, τύς τε βωμοὺς κα-
θεῖλε, καὶ τὰς ἐξαμαρτάνοντας ἀπέκτεινεν, ὅσους λα-
βεῖν ἐδυνήθη. πολλοὶ γὰρ δι' ὀλιγωρίαν διε-
φθάρησαν εἰς τὰ περιέχ ἔθνη. τῶν τε παίδων τοὺς οὐ
περιτετμημένους, ἐκέλευσε περιτέμνεσθαι, τοὺς ὑπὸ τῶ
κωλύειν καθεσταμένους ἐκβαλών. ἄρξας δὲ ἐνιαυτὸν καὶ
καταπεσὼν εἰς νόσον, προσκαλεῖται τοὺς υἱοὺς, καὶ φθεί-
ρομένῳ αὐτῷ ἔφη ὦ παῖδες ἄπειμι

zarus qui & Auran, Jonathas qui & Aphus vocabatur. Is Matthias ſæpenumero qveſtus eſt apud filios de tam afflicto rerum ſtatu, direptione urbis, deprædatione templi cæterisqve calamitatibus, ajebatqve præſtare mori eos pro patriis legibus, qvam ſic inglorie vivere. Cumqve veniſſent in eum vicum in hoc a rege conſtituti, ut Judæos ad mandata ejus cogerent: & poſtularent, ut Matthias cæteris autoritate potior, ad exemplum aliorum primus profana ſacra faceret, oſtentantes a rege præmia: negavit ſe hoc facturum, etiam ſi omnes gentes Antiochi imperata facerent: ac ne liberis quidem ipſius perſvaderi, ut patriam religionem deſerant. Ut vero, ſilente eo, Judæus qvidam in medium progreſſus cœpit immolare juxta mandatum regium, non amplius ferens indignitatem rei, irruit, in eum cum ſuis filiis armatus gladiis: nec ſolum eum trucidavit, ſed etiam Apellem regium ducem cum ſuis militibus, qui volebant plebem eam cogere: dirutaqve ara, exclamavit: Si cui eſt cordi religionis incolumitas, me ſequatur. Et cum dicto comitantibus filiis in deſertum ſe contulit, relictis in vico facultatibus. Id imitata plebs reliqva, & ipſi cum familiis in idem deſertum profugerunt, ibiqve victitabant in ſpecubus. Quo audito, duces regii, præſidio Hieroſolymitanæ arcis aſſumpto, Judæos in deſertum perſecuti ſunt. qvos aſſecuti, primum verbis perſvadere conati ſunt, ut ab incepto deſiſterent, & admittentes rectius conſilium, non imponerent ſibi neceſſitatem ſæviendi hoſtiliter: & cum nihil proficerent apud obſtinatos, aggreſſi ſunt eos die ſabbati, & ita, ut erant in ſpeluncis, exuſſerunt, non repugnantes, ac ne aditus qvidem ſpeluncarum obturantes. Etenim propter religionem diei repugnare nolebant, ac ne in adverſitatibus quidem violare honorem ſabbati, quando lex jubet feriari ab omni opere. Itaqve perierunt cum uxoribus & liberis ſuffocati in ſpeluncis circiter mille. multi etiam elapſi adjunxerunt ſe Matthiæ, eumqve principem ſibi elegerunt. At ille docuit eos, pugnandum etiam ſabbatis, aut ſi ita pergant, ipſos ſibi futuros exitio, hoſtibus eam occaſionem obſervantibus, & non niſi ſabbato illos aggredientibus. atqve ita fore, ut vel ſine certamine omnes facile opprimantur. Hæc locutus perſvaſit eis: & in hodiernum usqve mos hic permanet, ut, ſi ita neceſſitas poſtulet, pugnent etiam ſabbatis. Collecta igitur circa ſe non contemnenda manu, & altaria diruit, & prolapſos in imprietatem, quotquot adipiſci potuit, trucidavit. confluebant enim ad eum quos ante metus per circumvicinas gentes ſparſerat. pueros etiam juſſit circumcidere, qvi hactenus vetiti fuerāt, expulſis, qui ad hoc, ut vetarent, conſtituti erant ab Antiocho. Exacto autē anno poſt principatum, morbo correptus, convocatis ad ſe liberis: Eqvidem, inqvit, filii, jā fa- VIII.

talem viam ingredior, interim commendo vobis meum propositum, & rogo, ne per ignaviam cessetis id exeqvi: sed potius memores paternæ voluntatis servare ritus patrios, & rempublicam tantumnon collapsam restituite: neqve illis accedite, qui aut sponte aut vi eam prodiderunt hostibus. Præstate vos mihi germanos filios, contemptaqve omni vi ac necessitate, parati strenue pro legum tutela vel mortem oppetere, si ita res postulet, cogitantes, quod Deus vos tales non despiciet, sed delectatus vestra virtute in pristinum patriis moribus vivendi libertatem restituet, corpora quidem habemus mortalia, & fatali necessitati obnoxia, sed præclare gestorum memoria vice immortalitatis esse poterit. cujus amatores vos aspirare volo ad gloriam, adeo ut non gravemini vel immori egregiis facinoribus. Prima autem cura sit concordiæ, & quibus quisqve præcellit artibus, his utatur, reliqvis concedentibus: Simonemqve fratrem eximia prudentia virum parentis loco habete, obtemperantes ejus consiliis: Maccabæum autem propter fortitudinem exercitui præficite. Hic enim ulciscetur suæ gentis injurias, repulsis hostibus. Ad hoc autem negotium adhibete, qvotqvot usqvam sunt justi ac pii, & hoc pacto vires vestras augebitis.

τὴν τ' εἰμαρμένης πεῖραν. ὥρμηκεν ἡ ὑμῖν, τὸν ἐμὸν φρόνημα, καὶ ὥρμακα μὴ ψεύδη κακὸς αὐτῷ φύλακας. ἀλλὰ μεμνημένους τῆς τ' φύσεως ὑμᾶς καὶ θρεψαμένης τοιούτους, ἔτη τε σώζειν τὰ πάτρια, καὶ κινδυνεύουσιν οἰκείως τὴν πατρώαν πολιτείαν ἀνακτᾶσθαι. μὴ συμφερομένης τῆς ἡλικ βουλήσιν ἢ δι' ἀναγκῶν τοιοῦτόν ἐστιν αὐτῶν, ἀλλ' ἀξίους παῖδας ὄντας ἐμοῦ, καὶ βίας πάσης καὶ ἀνάγκης ἐπείνω ψυχὰς ὅτως θαρσαλεωμένους, ὡς τοιοῦτο μενεῖν ἑκάτερ τῶν νόμων ἂν δέη. λογιζομένους ὅτι τὸ θεῖον, τοιούτους ὑμᾶς ὁρῶν, ἐκ ὑποψεῖ τῆς δ' ἀρετῆς ἀγαστόμενον, ἀποδώσει πάλιν ὑμῖν αὐτὸ, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐν ᾗ ζήσεις μετ' ἀθείας τ' ἰδίων ἀπολαύοντες ἐθῶν ἀποκατάστασιν. θνητὰ μὲν τὰ σώματα ἡμῶν καὶ ἀτυχηρά, τῇ δ' τ' ἔργων μνήμῃ, ταῦτ' ἀθανασίας λαμβάνει. ἧς ἐρασθέντας ὑμᾶς βέλομαι διώκειν τὸν εὔκλειαν, καὶ τὰ μέγιστα ὑφισαμένους, μὴ ὀκνεῖν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολιπεῖν τὸν βίον. μάλιστα δ' ὑμῖν ὁμονοεῖν παραινῶ, καὶ πρὸς ὃ τὶς ὑμῶν πέφυκεν ἀμείνων ἡγεῖσθαι, πρὸς ὅτ' ἐκείνους ἀλλήλοις, οἰκείας χρῆσθαι τοῖς λόγοις. καὶ σίμωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν σύμβουλον εὐχόμενος, πατέρα κτᾶσθαι, καὶ οἷς ἂν ὅτ' συμβουλεύῃ, πείθεσθαι, μακκαβαῖον δ' τῆς στρατιᾶς διὰ ἀνδρείαν καὶ ἰσχύν, στρατηγὸν ἕξειν. τὸν δὲ ἐθνῶν ὅτ' ἐκδικήσαι τ' ἀμυνεῖται τοὺς πολεμίους. προσαίρεσθε δ' καὶ τοὺς δικαίους καὶ θεοσεβεῖς, καὶ τ' δυνάμιν αὐτῶν αὔξετε.

CAP. IX.

Matthia defuncto Judas filius succedit.

1. Mach. 3. HÆc locutus filiis, precatusqve Deum adesse illorum conatibus, & populo pristinum vivendi morem restituere, non multo post moritur, & in Modim sepelitur: & post exhibitum ei publici luctus honorem, Judas filius cognomine Maccabæus administrationi rerum præficitur, anno supra centesimum sexto & quadragesimo, qui adjutus impigre a fratribus, ejecto hoste, & impiis tribulibus necatis, totam eam terram lustravit a præteritis piaculis.

Κεφάλαιον θ'.

Ματθίου τελευτὴ, καὶ ἰούδα ὁ υἱὸς αὐτοῦ διαδοχή.

ΤΑῦτα διαλεχθεὶς τοῖς παισὶ, καὶ τὸν θεὸν εὐξάμενος συμμαχον αὐτοῖς γενέσθαι, καὶ τῷ λαῷ τὴν ἰδίων ἀναστῆσαι πόλιν καὶ βίον συνήθειαν, μετ' οὐ πολὺ τελευτᾷ, καὶ θάπτεται μὲν ἐν μωδείμ. πενθοῦσι δ' ἐπ' αὐτῷ μεγάλῳ καὶ λαῷ παντὶ τοιησαμένοις διεδέξατο τὴν προστασίαν τ πραγμάτων ὁ παῖς αὐτοῦ ἰούδας, ὁ καὶ μακκαβαῖος ἐκαπτῷ ἔτει τ τεσσαρακοστῷ ἕκτῳ συναραμένων δ' αὐτῷ προθύμως τ ἀδελφῶν καὶ τ ἄλλων, τούς τε πολεμίους ἐξέβαλεν ἐκ τ χώρας, καὶ τοὺς παρανομήσαντας εἰς τὰ πάτρια τ ἐμοφύλων διέφθειρεν, καὶ ἐκαθάρισεν ἀπὸ παντὸς μιάσματος τ γῆς.

CAP. X.

Apollonius Antiochi dux in Judæa prælio victus occiditur.

IX. HIs auditis, Apollonius præfectus Samariæ raptim contra Judam duxit exercitum. Nec in Juda mora fuit, sed obviam ei factus, prælio victum cum aliis multis interficit, gladio etiã ejus potitus velut opimo spolio, plurimis etiam hostium vulneratis, & castris eorum direptis, ditatus præda rediit. Seron autem Cœlesyriæ præfectus, cognito, qvod Judas, multis undiqve ad eum confluentibus, magnas circa se copias habeat, & ad confligendum cum hoste idoneas, decrevit contra eum ducere, sui putans officii animadvertere in rebelles, & contumaces erga mandata regia. Contractis igitur, quibus præerat, militibus, adjunctis etiam Judæorũ perfugis, & impiis, progressus usq; Bethora vicum Judææ, castra eo loco metatus est. Judas autẽ ἰούδαν παρεγίνετο. προελθὼν δ' ἄχρι βεθώρων κώμης τ ἰουδαίας, αὐτόθι στρατοπεδεύσας. ὁ δ' ἰούδας ἀπαντᾷ

Κεφάλαιον ι'.

Ὡς ἀνῄρηκε στρατηγὸς ἀπολλωνίου εἰς τ' ἰουδαϊκὰ μέλη ἠτιμωθεὶς ἀπέθανεν.

ΤΑῦτ' ἀκούσας ἀπολλώνιος ὁ τῆς σαμαρείτιδος στρατηγὸς, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν ἰούδαν. ὁ δ' ἀπήντησεν αὐτῷ, καὶ συμβαλὼν κρατεῖ τῇ μάχῃ. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινεν, ἐν οἷς καὶ τὸν στρατηγὸν ἀπολλώνιον, οὗ καὶ τὴν μάχαιραν ἡ χρήσιμον αὐτῷ συνέβαινεν σκῦλον σχεῖν. πολλοὺς δ' τραυματίας ἐποίησε, καὶ πολλὴν λείαν σκ ἧς στρατοπέδου λαβὼν τῶν πολεμίων ἀνεχώρησε. πρῶτον δ' ἐπὶ τῆς κοίλης συρίας στρατὸν ἀκούσας ὅτι πολλοὶ προσκεχωρήκασι τῷ ἰούδᾳ, καὶ δύναμιν ἤδη ἱκανὴν ποιεῖσθαι πρὸς ἀγῶνας καὶ πολέμους ἀξιόλογον, ἐπ' αὐτὸν ἐγνω στρατεύσασθαι, προσῆκεν ὑπολαμβάνων τοὺς εἰς σὰ ἧ βασιλέως προστάγματα θρασυνομουμένους, πειρᾶσθαι κολάζειν. συναγαγὼν οὖν δύναμιν ὅση παρῆν αὐτῷ, προσπαλέξας δ' τῶν ἰουδαίων τοὺς φυγάδας καὶ αὐτοῦσι ἐπὶ τ ἰούδαν καὶ τοὺς ἀπαντῶντας

ἀπιστίας αὐτοῦ ἐ συμβαλεῖν παρεκελεύετο, ἀλλὰ τοὺς στρατιώτας ἐώρα πρὸς τὴ μάχην ἀθύμως τῷ ὀλιγότητα καὶ δι' ἀπορίαν, νηστεύοντας γὰρ, ὀκνοποιοῦντας παρεκελεύετο λέγων. οὐκ ἐν τῷ πλήθει τὸ νικᾶν ἀναγκαῖον τῶν πολεμίων κρατεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβεῖν. καὶ τοῦτο ἀσφάλειαν ἔχειν ὑπάρξαντας τοὺς προγόνους, οἳ ἀθρόοι πολλοὶ καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ἰδίων νόμων καὶ τέκνων ἀγωνιζόμενοι, πολλὰς πολλάκις ἥττησαν μυριάδας. τὸ γὰρ μηδὲν ἀδικεῖν ἰσχυρὰ δύναμις. ταῦτ' B ἐπιτιθεὶς τοὺς σὺν αὐτῷ, καταφρονήσαντες ἐ πλήθους τῶν ἐναντίων, ἐμόσε χωρῆσαι τοῦ ἀγῶνος, καὶ συμβαλὼν, τρέπει τοὺς σύρους. πεσόντος γὰρ ἐν στρατηγῷ, πάντες φυγὴν ὥρμησαν, ὡς ἐν τούτῳ τῆς σωτηρίας αὐτοῖς ὑπαρχούσης. ἀπολωλότων δ' ἀρχόντων ἐ πολλῶν, κτείνει τῶν πολεμίων εἰς ὀκτακοσίους. οἱ δὲ λοιποὶ διεσώθησαν εἰς τὴν φυγάδα.

A occurrensei pugnandi animo, ubi vidit milites ſuos parum alacres partim propter hoſtium multitudinem, partim qvia ipſi jejunaverant: hortando addebat illis animos, affirmans non in numero militis ſitam victoriam, ſed in pietate erga Deum & fiducia: idqve compertum plurimis majorum ſuorum exemplis, qvi juſta arma pro legibus ſuis & liberis ferentes, multa ſæpe hoſtium millia profligaverint. Invictum enim robur eſſe innocentiæ. His dictis perſvaſit, ut non detrectarent prælium: &, collatis tum Serone ſignis, fudit & fugavit Syrorum exercitum. Proſtrato enim duce, omnes in fuga ſpem ſalutis poſuerunt: qvos perſequutus usqve ad campum, occidit ex eis octingentos: reliqvi evaſerunt in regionem maritimam.

Κεφάλαιον ια'.

Ἡ Λυσίου ἐ Γοργίου στρατηγία ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους καὶ ἥττα.

Ταῦτ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, μεγάλως ὠργίσθη τοῖς γενομένοις, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν ἀθροίσας, καὶ πολλὰς ἐκ τῶν νήσων μισθοφόρους ἀναλαβών, ἡτοιμάζετο ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν. ἐπεὶ ἦ τὸ στράτευμα ἀριθμὸν, ἐώρα τοὺς θησαυροὺς ἐπιλείποντας, καὶ D χρημάτων ἐνδεᾶ ὄντα (ἔτι γὰρ οἱ φόροι πάντες ἐπελύοντο, διὰ τὰς τῶν ἐθνῶν στάσεις, μεγαλόψυχός τε ὢν καὶ φιλόδωρος οὐκ ἠρκεῖτο τοῖς οὖσιν) ἐγνω πεζῶν μὲ τὴν περσίδα παρελθὼν, τοὺς φόρους τῆς χώρας πρᾶξαι. καταλιπὼν οὖν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, λυσίαν τινὰ δόξαν ἔχοντα παρ' αὐτῷ, καὶ τὰ μέχρι τοῦ ποταμοῦ ἐρῶν καὶ τῆς κατωθεν ἀσίας ἀπὸ Εὐφράτου, δικαστὰν καθεῖσε, καὶ μέρος τι τῆς ἐπιμελείας καὶ τῶν ἐλεφάντων, προέφειτο μὲν τὸν ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ μέχρις παιδὸς φρονήσαι, ἐπετέλλατο εἰς ἃν παραλάβοι. καθαιρεθέντων ἦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν ἐξανδραποδισαμένων, ἀφανίσαι τὸ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸ ἔθνος αὐτῶν ὁπόλεσαι. καὶ ταῦτα μὲν ἐπιστείλας τῷ λυσίᾳ ὁ βασιλεὺς ἀντίοχος, ἐξέπεμψεν εἰς τὴν περσίδα ρμζ' ἔτει. καὶ παραλαβὼν τὸν Εὐφράτην, ἀνέβαινε πρὸς τοὺς ἄνω σατράπας. ὁ ἦ λυσίας ἐπιλεξάμενος πολεμικῶν τῶν δορυφόρων καὶ νικάνορα καὶ γοργίαν ἄνδρας δυνατοὺς τῷ βασιλέως φίλων, καὶ ἅμα δοὺς αὐτοῖς πεζῆς μὲν δυνάμεως μυριάδας δ', ἱππεῖς ἦ ἑπτακισχιλίους, ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὴν ἰουδαίαν. οἱ δ' ἄρχοντες ἐμμαοῦς πόλεως ἐλθόντες, ἐν τῇ πεδινῇ καταστρατοπεδεύονται. παραγενομένης ἦ αὐτοῖς σύμμαχοι ἀπὸ τῆς συρίας καὶ τῆς περιοικούσης χώρας, καὶ πολλοὶ τῶν πρόσφυγων ἰουδαίων. ἔτυχε μὲν καὶ τῶν ἐμπόρων τινὲς εἰς ὠνησόμενοι τοὺς αἰχμαλωτισθησομένους, πέδας μὲν νομίζοντες οἷς δήσουσι τοὺς ληφθησομένους, ἀργυρὸν ἦ καὶ χρυσὸν τιμὴν αὐτῶν καταθησόμενοι. τὸ ἦ στράτευμα καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων ὁ ἰούδας καταμαθὼν, ἔπεισε τοὺς οἰκείους στρατιώτας θαρρεῖν, καὶ παρεκελεύετο τὰς ἐλπίδας τῆς νίκης ἔχοντας ἐν τῷ θεῷ, ὅπερ ἱκετεύειν τῷ πατρίῳ νόμῳ, σάκκους περιθεμένους, καὶ τὸ σῶμα θιγεῖν αὐτοῦ σχῆμα, τῆς ἱκετηρίας ὡς δὴ τοὺς μεγάλους κινδύνους ὑπεκθέσθαι, τούτῳ δυσωπεῖν ὡς δοχῶν αὐτοῖς τὸ κῦρος τῶν ἐχθρῶν κρατεῖν.

CAP. XI.

Lyſia & Gorgia contra Judæos expeditiones & clades.

AUditis his, rex Antiochus vehementer iratus, omnes undiqve copias contraxit, conducto etiam mercenario ex Græcia milite, parans primo vere in Judæam irrumpere. Cumqve numerato ſtipendio, videret theſauros ſuos exhauſtos deficere: nam neqve tributa omnia reddebantur propter crebras rebellationes gentium, & ipſe vir magnanimus ac munificus non erat contentus ea, quæ tum aderat, pecunia: decrevit, adita prius Perſide, regionis ejus tributa exigere. Commiſſa igitur rerum adminiſtratione Lyſiæ, amico probatæ fidei, & provinciis Aſiæ, qvæ Ægyptum inter & Euphratem ſitæ ſunt, curæ ejus creditis, relicta ei copiarum qvoqve & elephantorum parte, juſſit, ut Antiochum filium diligenter educaret usqve in ſuum reditum: eidemqve mandavit, ut, ſubacta Judæa, & habitatoribus ejus ſub haſta divenditis, deleret Hieroſolyma, ac totam gentem extingeret. His mandatis profectus eſt in Perſidem anno centeſimo qvadrageſimo ſeptimo, & trajecto Euphrate, aſcendit ad ſuperiores Satrapias. Lyſias autem, delectis ad hoc negotium eximiis ducibus ex amicis regiis, Ptolemæo Dorymenis filio, & Gorgia & Nicanore, attributisqve eis peditum qvadraginta millibus, eqvitum ſeptem millibus, in Judæam miſit eum exercitum. qvi usqve Emauntem urbem progreſſi, in campeſtribus ejus caſtrametati ſunt: ubi convenerunt ad eos auxilia Syrorum, & ex aliis vicinis regionibus, nec non magnus perfugarum Judæorum numerus. aderant etiam in eis caſtris negotiatores non pauci empturi mancipia, & inſtructi compedibus, paratis in hoc, ut vincirent captivos numerata pro eis pecunia. Judas autem animadverſa hoſtium multitudine, hortatus eſt ſuos milites, ut forti eſſent animo, & in Deo collocarent omnem fiduciam, decretis ſupplicationibus, qvibus more patrio in magnis periculis induti ſaccos ſolēt orare veniam, ut Deus ad miſerationem flexus vires contra hoſtem eis adderet.

Distributis deinde more antiqvo gentis in tribunos ac centuriones ordinibus, & ablegatis novis maritis, qvi qvive agros recens sibi comparaverant, ne distracti talibus cupiditatibus pugnarent segnius, verbis etiam aggressus est hortari suos ad rem gerendam strenue: Nullum socii tempus nobis dabitur ad virtutem & periculorum contemptum opportunius. nunc enim fortiter certantibus paratum est libertatis præmium, quam suapte natura desiderabilem hoc magis nos optare decet. qvod absqve hac ne religionem qvidem tueri poterimus. Sic igitur existimate, in hac pugna situm esse, utrum pristinam felicitatem recipiatis, hoc est vitam juxta patrias leges recte institutam: an per summam ignominiam etiam reliqviæ nostri generis intereant, nisi fortes viros præstiteritis, & cum hac cogitatione inite prælium. Cum igitur tam ignavos qvam fortes mors certa maneat, gloria vero sempiterna propugnatores pietatis, legum, libertatis patriæ, eos animos concipite, qui vobis in crastina pugna possint esse usui, vel ad victoriam, vel certe gloriam. His suos Judas hortatus, dum cogitat de futuro prælio, certo indice comperit Gorgiam missum cum mille eqvitibus, peditum qvinqve millibus, ut ductu perfugarũ noctu se inopinum invaderet: decrevitqve & ipse eadem nocte in hostium castra impetum facere, maxime quod abfutura esset bona pars illorum exercitus. itaqve confestim sumpta cœna, relictisqve in castris multis ignibus; tota nocte iter fecit ad Emaunti propinqva castra hostium. Interim Gorgias nemine in castris Judæorum invento, ratus eos metu cessisse & occultari alicubi in montibus, statuit, ubinam essent, qværere. Judas autem sub diluculum pervenit ad castra hostium, ducens tria virorum millia non satis instructa armis propter inopiam: vidensqve hostem armatum egregie, & castra ex arte disposita, hortatus primum suos, ut non dubitarent vel nudis, si ita opus sit, corporibus in pugnam ruere, qvandoqvidem Deus delectetur tali fortitudine, eamqve suo præsidio contra armatos fulciat: jubet signa canere. Ex improviso deinde hostes adortus nihil minus expectãtes ita terruit, ut cæsis, qvotqvot ausi sunt resistere, cæteros persequeretur usqve Gadara, & usqve campos Idumææ, & Azoti & Jamniæ. Ceciderunt autem ex eis circiter tria millia. Victor Judas suos a præda cohibuit, Gorgiam adhuc superesse dictitans: qvo profligato, per otium deinde posse eos ditari ex spoliis. Adhuc autem eo loqvente, ostenderunt se Gorgiani e qvodam loco edito: unde prospicientes suorum cladem, & castra capta ac fumantia, animadvertentesqve Judam se expectantem instructa acie, non ausi manus conserere, trepide se retro in tutum receperunt. Judas vero

1. Macch. 4

Διαταξας ὁ τὸν δεχαῆον αὐτὸς τρόπον καὶ πάρειον, καὶ τὰ χιλιαρχὰς καὶ ταξιάρχας, καὶ τὰς νεοζάμους ἀπολύσας, καὶ τὰς τὰς κτήσις νεωστὶ πεπιημένους, ὅπως μὴ διὰ τὴν τούτων ἀπόλαυσιν φιλοζωοῦντες ἀπλημώτερον μάχωνται, παρεσκεύασε τοῖς πιστοῖς παρορμᾶ λόγοις πρὸς τὸν ἀγῶνα τὰς αὐτὸ στρατιώτας. καιρὸς μὰ ἡμῖν οὐκ ἄλλος ἀναγκαιότερος ἕ παρὸν τοῦ ἐταῖροι εἰς εὐψυχίαν καὶ κινδύνων καταφρόνησιν καλέλεπται. νῦν γάρ ἐστιν ἀνδρείως ἀγωνισαμένοις τὴν ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν, καὶ ἐξ ἀνάγκης ἅπασιν ἀμαυτὴν ἔσειν, ἡμῖν δὲ ἐξουσίας ἕ θρησκεύειν τὸ θεῖον ἔστι πάσιν ἀτρέμα εἶναι συμβῆκεν. ὡς οὖ ἐν τῷ παρόντι κειμένων ὑμῶν, ταύτην ἀπολαβεῖν, καὶ τὸν εὐδαίμονα καὶ μακάριον ἀναπτήσασθαι βίον, ἕτος ἢ καὶ ὁ κῆ τὸς νόμους, καὶ τὴν πάτριον σωηθεῖναι, ἢ τὰ αἴσχιστα πάθῃ, καὶ μηδὲ σπέρμα ἕ γένους ὑμῶν ἀπολειφθῆναι κακῶν ἐν τῇ μάχῃ γνομένων, ἅτως ἀγωνίζεσθε. τὸ μὰ οὖ ἀποθανεῖν ἐ μὴ πολεμίοις ὑμῖν ὑπάρξειν ἡγέμονι. τὸ ἢ ὑπὲρ τηλικούτων ἐπάθλων ἐλευθερίας, πατρίδος, νόμων, εὐσεβείας, ἀγώνιον τὴν ἔκλειαν καλασκάζειν πεπισδάκοτες. ἑτοιμάζεσθε τοιγαροῦν ἅτως τὰς ψυχὰς, ὡς αὔριον ἂμ ἡμέρα συμβαλοῦντες τοῖς πολεμίοις. καὶ ὁ μὰ ἰούδας ταῦτα ὠδιθαρσυνῶν τὸν στρατιὰν ἔλεγε. τὸν ἢ πολεμίων, πεμψάντων γοργίαν μὲ πενταχιλίων πεζῶν, καὶ χιλίων ἱππέων, ὅπως διὰ τῆς νυκτὸς ἐπιπέσῃ τοῖς ἰουδαίοις, καὶ πρὸς ἕτε ὁδηγοὺς ἔχοντος αὐτὸ τινὰς τῶν περιόντων ἰουδαίων, αἰθόμην ὁ ἕ ματθίας πῶς, ἔγνω ἐ αὐτὸς τοῖς ἐν τῇ παρεμβολῇ τ πολεμίων ἐπιπέσειν, ἐ ταύτα διηρημένης αὐτῶν τ δυναμεως. καὶ ὥραν οὖ δειπνοποιησάμενος, ἐ πολλὰ πυρὰ καλιπὼν ἐπὶ ἕ στρατπέδῳ, δι ὅλης ὠδήλυε τῆς νυκτὸς ἐπὶ τοὺς ἐν ἐμμαοῦς τ πολεμίους. ἐχ εὑρὼν δ' ἐν τῷ στρατπέδῳ τοὺς ἐχθροὺς ὁ γοργίας, ἀλλ' ὑπονοήσας ἀναχωρήσαντας αὐτοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι κεκρύφθαι, προσθοις ἐγνω ζητεῖν ὅπου ποτ' εἶεν. τῇ ἢ ὀρθρου ἐπιφαινούσῃ τοῖς ἐν ἐμμαοῦς πολεμίοις ὁ ἰούδας μὲ χιλίων φαύλως ὡπλισμένων διὰ πενίαν. ἐ θεασάμενος τοὺς ἐχθροὺς ἄριστα πεφραγμένους ἐ μετ ἐμπειρίας πολλῆς ἐστρατοπεδευμένους, παρεστρεψάμενος τοὺς ἰουδαίους, ὡς ἐ γυμνοῖς τοῖς σώμασι μάχεσθαι δέοι, ἐ τὸ θεῖον ἤδητε ἐ τοῖς ἅτως ἔχουσι τὴν τ πλείονων ἐωπαλισμένων κράτος ἔδωκεν, ἀγαπώμενον αὐτοὺς τ ἐν ὑλαις, ἐκέλευσε σημῆναι τὰς σαλπιγκτάς. ἐπιπεσὼν ἢ ἀπροσδοκήτως τοῖς πολεμίοις, ἐ σκεδάσας αὐτ τῷ δείνοιαν καὶ ταραξας, πολλὰς μὲν ἀπέκτεινεν ἀνθιστημένους, τοὺς ἢ λοιποὺς διώκων ἦλθεν μέχρι γαδάρων, ἐ τ πεδίων τ ἰδουμαίας καὶ ἀζώτου καὶ ἰαμνείας ἔπεσον ἢ αὐτῶν ὡς εἰς τρισχιλίους. ἰούδας ἢ τ μὲν σκύλων παρεκελευσε μὴ ἐπιθυμεῖν τοὺς αὐτὸ στρατιώτας, ἐπεὶ αὐτοῖς ἀγῶνα πρὸς καὶ μάχην εἶναι πρὸς γοργίαν καὶ τὴν σὺν αὐτῷ δύναμιν. κρατήσαντας ἢ καὶ τούτων, τότε σκυλεύσειν ἐπ' ἀδείας ἔλεγε, ὅτι μόνον ἔχοντας ἐ μηδὲν ἕτερον ἐκδεχομένους. ἐπὶ ἢ αὐτῷ διαλεγομένῳ ἤσθετο πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὑποκύψαντες οἱ περὶ γοργίαν τὴν μὲν στρατιὰν, ἣν ἐν τῇ παρεμβολῇ κατέλιπον, ὁρῶσι πεφθαρμένην, τὸ ἢ στρατόπεδον, ἐμπεπρησμένον. ὁμῶ καπνὸς αὐτοῖς πόρρωθεν ἦν, ἕ συνεῖδησιν ἐφερεν. ὡς ἅτως ταῦτ' ἔτως ἔχοντα, ἔμαθον οἱ σὺν γοργίᾳ, ἐ τοὺς μὲ ἰούδα πρὸς πολεμίους ἑτοίμους κατενόησαν, καὶ αὖτ δείσαντες εἰς φυγὴν ἐτράπησαν. ὁ ἢ ἰούδας ὡς ἐμα-

ὡς ἀμαχητὶ τ γοργίου στρατιωτῶν ἡττηθέντων, ἀπαρέ- A
ψας αὐτὸς ἐπὶ τὰ σκῦλα. πολλὰ δ' χρυσὸν καὶ ἄρ-
γυρον καὶ πορφύραν καὶ ὑάκινθον λαβών, εἰς τὴν οἰ-
κείαν ἐπέστρεψε, χαίρων, καὶ ὑμνῶν τὸν θεὸν ὅτι τοῖς
κατωρθωμόσιν. ὀ μικρὰ γὰρ αὐτοῖς ἡ νίκη πρὸς τὴν
ἐλευθερίαν συνεβάλλετο. λυσίας δ' συγχυθεὶς ὅτι τῇ
τῶν σκευοφόρων ἥττῃ, τὰ δ' ἐχόμενα ἔτει μυριάδας
ἀνδρῶν ἐπιλέκτων συναθροίσας ἑξ, καὶ πεντακισχι-
λίους λαβὼν ἱππεῖς ἐνέβαλεν εἰς τὴν ἰουδαίαν. καὶ ἀνα-
βὰς εἰς τὴν ὀρεινὴν ἐν βεθσούροις κώμῃ τῆς ἰουδαίας B
ἐστρατοπεδεύσατο. ἀπαντᾷ δ' μετὰ μυρίων ἰούδας,
καὶ τὸ πλῆθος ἰδὼν τ πολεμίων, συμμαχον ἐπεκά-
λεσε τὸν θεὸν δέξασθαι, συμβαλὼν τοῖς πρόδρομοις τῶν
πολεμίων, νικᾷ τούτους, καὶ φονεύσας αὐτῶν ὡς πεν-
τακισχιλίους, τοὺς λοιποὺς εἰς φυγὴν ἔτρεψε. ἀμέλει κα-
τανοήσας ὁ λυσίας τὸ φρόνημα τ ἰουδαίων, ὡς ἕτοιμοί
εἰσι πολεμεῖν ἢ μὴ ζήσουσιν ἐλεύθεροι, καὶ δείσας αὐ-
τῶν τὴν ἀπόγνωσιν ὡς ἰσχυρὰν, ἀναλαβὼν τὴν λοιπὴν C
δύναμιν ἐπανῆρεν εἰς ἀντιόχειαν, καὶ διετρίβεν
ἐπὶ ξενολογίᾳ, καὶ πρόθυμα ζεύξας μετὰ μείζο-
νος στρατὸν εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν. τοσαυτάκις οὖν
ἡττηθέντων ἤδη τ ἀντιόχου ὑπὸ βασιλέως στρατηγῶν, ὁ
ἰούδας ἐκκλησιάσας ἔλεγε μετὰ πολλὰς νίκας ἃς ὁ θεὸς
αὐτοῖς ἐδωκεν, ἀναβῶμεν δὴ εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ τ
ναὸν καθαρίσωμεν, καὶ τὰς νενομισμένας θυσίας προσ-
φέρωμεν. ὡς δ' ὠθισθέντων μετασχεῖν ὁ πλῆθος D
εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ναὸν ἔρημον εὗρε, καὶ κατεπε-
πτωκυίας τὰς πύλας, καὶ φυτὰ ἐκ τῶν ἐρημίαν αὐ-
τόματα ἐν τοῖ ἱερῷ βεβλαστηκότα, θρηνεῖν ἤρξατο
μετ' ἰδίων, ὅτι τῇ ὄψει ὁ ναὸς συνεχυθείς. ὅπλα
λεξάμενος δ' πᾶσι τ αὐτοῦ στρατιωτῶν, προσέταξε
τοῖς σκηνεμένοις τῶν τῆς ἄκρας φυλάττοντας,
ἄχρι ἂν αὐτὸς τὸν ναὸν αὐτῶν ἁγνίσῃ. καθάρας δ'
ὑπομελῶς αὐτὸν, εἰσεκόμισε κρὸς κρυνὰ σκεύη, λυχνίαν,
τράπεζαν, βωμὸν, ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα. ἀπήρ- E
θησε δ' καὶ τὰ ἀποπετάσματα τ θυρῶν, καὶ τὰς θύρας
αὐτὰς ἐπέθηκε. καθελὼν δ' κρὸ τοῦ θυσιαστηρίου, κρη-
πῖδα ἐκ λίθων συμμίκτων ᾠκοδόμησεν, ἃ λελατομη-
μένων ἐκ σιδήρου. πέμπτῃ δ' καὶ εἰκάδι τ χεσλαίου
μηνὸς, ὃν οἱ μακεδόνες ἀπελλαῖον καλοῦσι. ἦψαν τε
φῶτα ὅπι τῆς λυχνίας, καὶ ἐθυμίασαν ὅπι τ βωμοῦ,
καὶ ἄρτους τὴν τράπεζαν ἐπέθηκαν, καὶ ὁλοκαυτω-
σεις ὅπι τοῦ καινοῦ θυσιαστηρίου. ἔτυχε δ' ταῦτα F
κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθαι καθ' ἣν καὶ μετὰ
πόνου αὐτῶν ἡ ἁγία θρησκεία, εἰς βέβηλον καὶ ξενὴν
συνήθειαν μετὰ ἔτη τρία. τὸν γὰρ ναὸν ἐρημω-
θέντα ὑπ' ἀντίοχου διὰ μιᾶνσι τοιῶτον ἔτεσι συνέ-
βη τρισὶν. ἔτει γὰρ πεμπτῷ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ
ἑκατοστῷ ταῦτα ὡς τὸν ναὸν ἐγένετο, πέμπτῃ καὶ
εἰκάδι τ ἀπελλαίου μηνὸς, ἡ κάθαρσις δ' ἐγένετο
ἡμέρᾳ καὶ μ' ἔτει, ὀλυμπιάδι ρ' καὶ ν' μηνὶ δ'. τῷ
δ' ἐρημωσαι τ ναὸν συνέβη χρόνῳ κατὰ τὴν δανιή- G
λου προφητείαν, ὡς ὑ καὶ ἡ χρονικὴ ἐτῶν. ἐθνη
γὰρ ἔσται μακεδόνες καταλύσουσιν αὐτόν. ἑορτά-
ζε δ' ἰούδας μετὰ τῶν πολιτῶν ἀνάκτησιν τῆς ὡς τὸν
ναὸν θυσίας ἐφ' ἡμέρας η', μηδὲν ἀπολιπὼν ἡδο-
νῆς εἰδος, ἀλλὰ πολυτελέσι μὲν καὶ λαμπραῖς ταῖς
θυσίαις κατέχων αὐτοὺς, ὕμνοις δ' καὶ ψαλμοῖς

sine certamine victor, tum demum permisit suos ad prædam discurrere: ditatusque cum suis, reperto plurimo auro & argento, hyacinthoque & purpura incolumem reduxit exercitum, laudans Deum autorem ejus victoriæ, quæ haud exiguum momentum ad futuram libertatem eis attulit. Lysias autem sequenti anno ad abolendam ignominiam novum exercitum paravit: contractisque lectissimorum militum sexaginta millibus, & adjunctis quinque millibus equitum, Judææ ingressus, montana ejus ascendit, & ad Bethsura vicum castra posuit. Huic Judas occurrit cum decem millibus: & cum videret, hostem longe præstare numero, votis pro victoria factis, Deo fretus primam aciem aggreditur tanto impetu, ut eis quinque millia sterneret: quo facto reliquis tantum terrorem incussit, ut Lysias animadvertens, eis certo statuturum aut mori aut in libertatem se asserere, veritus magis desperationem eorum quam vires, copias Antiochiam reduceret: ubi mercenarios conducens, & majores vires colligens, parabat se, ut ad primam opportunitatem bello Judæos repeteret. Toties igitur profligatis Antiochi ducibus, Judas persuasit suis, ut, quandoquidem tam multas victorias Deus concesserat, ascenderent Hierosolyma, &, lustrato templo, mactarent solennes victimas: ubi cum invenisset templum desertum, & portas ejus incensas, & in atriis virgulta enata propter solitudinem, lamentari cum suis cœpit ob tantam deformitatem. destinata deinde copiarum parte ad arcis oppugnationem, ipse interim repurgare templum aggressus est: quod postquam accurate factum est, intulit in illud vasa nova, candelabrum, mensam, & altare incensorum ex auro fabrefacta omnia. addidit & vela foribus oppandi solita, ac postremo fores quoque apposuit. Diruto etiam holocaustorum altari, quod profanatum fuerat, novum ex collatitiis saxis impolitis construxit. Vigesima autem & quinta mensis Chaslei, quem Apellæum Macedones nominant, accenderunt lumina in candelabris, & suffitum fecerunt in altari, & panes supra mensam proposuerunt: & in novo altari holocautomata immolaverunt: idque accidit eadem die, qua ante triennium sacra eorum profanata fuerant. integro enim triennio desertum fuit templum post factam ab Antiocho profanationem. ea enim incidit in annum centesimum quadragesimum quintum, & diem Apellæi mensis vigesimum quintum, in Olympiadem centesimam tertiam & quinquagesimam; renovatum est autem eadem die quadragesimo octavo post centesimum anno. Olympiade post centesimam quarta & quinquagesima; prædixerat autem eam desolationem propheta Daniel quadringentis & octo insuper abhinc annis, diserte dicens a Macedonibus profanandum. Celebravit autem Judas recepti templi festivitatem per dies octo sacrificans, in quibus nullum honestæ voluptatis genus omissum est, sed populo quidem sumptuosum ac splendidum epulum est exhibitum, in Dei vero laudem hymnis & canticis

personabant omnia. Tanta vero lætitia ob reductos ritus patrios & priscam religionem occupavit gentis ejus animos, maxime, qvod ea felicitas ex insperato obtigerat, ut lex lata sit ad posteros, qvæ juberet qvotannis hoc festum reparati cum cæremoniis templi per octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hic apud nostros obtinuit: vocamusqve hanc festivitatem luminum, opinor ideo, qvod ex insperato nobis illuxerit tanta felicitas. Circumdatis deinde urbi mœnibus, & extructis in eis firmis turribus, custodias ad arcendum hostem imposuit: munivitqve Bethsuram oppidum, ut eo tanquam arce uti posset contra conatus hostium.

Qvibus operibus perfectis, vicinæ gentes molestè ferentes Judæorum vires resuscitari, per insidias adoriendo multos oppresserunt: cum quibus Judas assidue bellum gerens conabatur eorum incursationes compescere: qvo tempore etiam Acrabatenam invadens multos Idumæos Esau posteros interfecit & deprædatus est: & principis eorum Batanis filiorum castella, unde Judæos infestabant, vi capta, cæsis propugnatoribus, incendit. Qvibus perdomitis, in Ammanitas arma transtulit, qvorum numerosam manum Timotheus ductabat, & his quoque devictis, Jazorum eorum urbem expugnavit: abductisqve in captivitatem uxoribus eorum ac liberis, direptam prius incendit, atqve ita domum victor reversus est. XII. Sed qvam primum vicinæ gentes sensere ejus abitum, contractis copiis, in Galaditica regione finitimos Judæos adorti sunt. at illi refugientes in castrum Dathema, significabant Judæ per nuncios & literas, quod oppugnãdi essent a Timotheo, rogantes, ut se huic periculo eriperet: & interim, dum legit has literas, supervenerunt Galilæorum nuncii, qverentes se infestari a Ptolemaide, Tyro, Sidone, & aliis finitimis populis.

τῶν θεοῦ μου πιμῶν, αὐτὸς ὁ τέρπων. τοσαύτη δ' ἐγένετο τοῖς τοῦ ἀναιῶσιν τὰ ἐθῶν ἡδονὴ, μὴ χρόνου πολλοῦ ἀπροσδοκήτως ἐν ἐρημίᾳ γεγενημένοι τῆς θρησκείας, ὡς νόμον θεῖναι τοῖς μετ' αὐτοὺς, ἑορτάζειν τοῦ ἀνάκτησιν τῶν περὶ τὸν ναὸν, ἐφ' ἡμέρας ὀκτώ. διὸ ἐξ ἐκείνου μέχρι δεῦρο, τοῦ ἑορτοῦ ἄγομεν καλοῦντες αὐτοῦ φῶτα, ἐκ δ' παρ' ἐλπίδας οἱμαι τοῦτο ἡμῖν φανῆναι τοῦ ἔρωτα, τοῦ περιστάσεως ἡγεμονεύσαντος τῆ ἑορτῆ. τειχήσας δ' ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, καὶ περὶ τὰς ἀποδρομὰς τῶν πολεμίων πύργους οἰκοδομησάμενος ὑψηλὰς, φύλακας ἐν αὐτοῖς ἐγκατέστησε. καὶ τοῦ βεθσοῦραν ἦν πόλιν ὠχύρωσεν, ὅπως ἀντὶ φρουρίου αὐτῇ πρὸς τὰς ὁρμὰς τῶν πολεμίων ἀναγκαίως ἔχη χρῆσθαι τούτων ἕνεκα ἡγεμονεύων, τε πρὸς ἕδνη πρὸς τοῦ ἀναζωπύρησιν καὶ τὸ ἰσχυρὸ τῶν ἰουδαίων χαλεπῶς ἀγωνίζοντα, πολλοὺς ἀπεσπειρόμενα. διέφθειρεν, ἐνέδραις δ' ἀπροβούλοις αὐτῶν ἐγκρατῆ γενόμενα. πρὸς τούτοις πολέμους συνεχεῖς ἀκφέρων ἰουδαῖς, ἐπίχειρα αὐτοὺς τ' καταδρομῆς, καὶ ὧν ἐποίουν κακῶς τοὺς ἰουδαίους ἐπιφέρ. ἐπὶ τοῖς ἡσυχῇ ἦ μοῖς ἰδιομορίοις κατ' ἀκροβολισμοὺς ἀπέκτεινε ἐ ἐκύλισε. συγκλείσας ἦ καὶ τοὺς ἐν Βαάνῃ λοχῶντας τοὺς ἰουδαίους, ἐξεπολιόρκει. καὶ τοὺς τε πύργους αὐτῶν ἐνεπίμπρα, καὶ τοὺς ἄνδρας διέφθειρεν. ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τοὺς ἀμμανίτας ὁρμήσας, δυνάμεν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον ἔχοντας, ἧς ἡγεῖτο τιμόθεος, καὶ τούτους χειρωσάμενος, τοῦ ἰαζώρου ἐξεῖρε πόλιν, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα λαβὼν αἰχμαλώτους, καὶ τὴν πόλιν ἐμπρήσας, εἰς τοῦ ἰουδαίαν ἀνέστρεψε. μαθόντα δ' αὐτὸν τὰ γεγενημένα τ' ἐθνῶν ἀναστραφέντα, συναθροίζεται εἰς τοῦ γαλαάδ' ἐπὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐρημοις αὐτῶν ἰουδαίους. οἱ ἦ καταφυγόντες εἰς δάθεμα, τὸ φρούριον, πέμψαντες πρὸς ἰούδαν, ἐδήλουν αὐτῷ, ὅτι λαβὼν ἐπ' αὐτοὺς ὁ τιμόθεος τὸ χωρίον εἰς ὃ συνεπεφεύγεσαν. ἀναγινωσκομένων ἦ τῶν ἐπιστολῶν τούτων, καὶ τῆς γαλιλαίας ἄγγελοι ἅμα γίνονται σημαίνοντες ἐπεσπεῖσθαι τοὺς ἐκ πτολεμαΐδος καὶ τύρου καὶ σιδῶνος, καὶ τῶν ἀλλοφύλων τῆς γαλιλαίας.

CAP. XII.

Quomodo, divisis copiis, Simon Tyrios & Ptolemaidenses, Judas Ammanitas superat.

JUdas igitur prospiciens utrorumqve necessitatibus, Simonem fratrem cum tribus selectorum millibus mittit auxilio Judæis habitantibus Galilæam: ipse, assumpto Jonatha altero fratre cum octo militum millibus, in Galaditicam proficiscitur: qvod superesset virium, Judææ præsidio reliquit sub Josepho Zachariæ filio, & Azaria ducibus, qvibus mandavit, ut abstinerent a pugna tantisper, dum ipse ad eos reverteretur. Simon igitur postqvam in Galilæam venit, congressus cum hoste coegit eum terga vertere, & fugientem persequutus usqve portas Ptolemaidis, occidit circiter tria millia: qvibus spoliatis, receptos captivos cum tota supellectile in Judæam transtulit. Interea Judas

Κεφάλαιον ιβ'.

ὅτι στρατεύσαμενοι ἰούδας ἐ σίμων, ὁ μὲν ἐπὶ ἀμμανίτας ἐ τ' γαλααδίτην, ὁ ἦ σίμων ἐπὶ τοὺς ἐν γαλιλαίᾳ ἐ πτολεμαεῖς, ἐκράτησαν αὐτῶν.

ΠΡὸς οὖν ἀμφοτέρους τὰς τ' ἠγελεμένων χρείας σκεψάμενος ὁ ἰούδας ὁ, πρὸς μὲν τ' ἀδελφὸν ἀπέστελλεν ὡς τρισχιλίους τ' ὁπλιτῶν λαβόντα, τοῖς ἐν γαλιλαίᾳ βοηθὴν ἐλθεῖν ἰουδαίοις. αὐτὸς ἦ καὶ ἰωνάθης ὁ ἕτερος ἀδελφὸς, μετὰ στρατιωτῶν ὀκταχιλίων ὥρμησαν εἰς τοῦ γαλααδίτην. κατέλιπεν ἦ, ὅπι τῶν ὑπολοίπων τ' δυνάμεως, ἰώσηπόν τε τὸν ζαχαρίου ἐ ἀζαρίαν, ἡγεμόνας αὐτοῖς φυλακὴν ὅπως ἐλῶς τ' ἰουδαίων, καὶ παραγγείλας πόλεμον πρὸς μηδένα, ἕως ἂν αὐτὸς ἐπανέλθῃ. ὁ μὲν ὖν σίμων ὡδηγούμενος εἰς τὴν γαλιλαίαν, καὶ συμβαλὼν τοῖς ἐχθροῖς, εἰς φυγὴν αὐτοὺς ἔτρεψε, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν τ' πτολεμαΐδος διώξας, ἀπέκτεινεν αὐτῶν ὡς ὡεὶ τρισχιλίους. καὶ τὰ τε σκῦλα λαβὼν τῶν ἀνῃρημένων καὶ τοὺς ἠχμαλωτισμένους σὺν αὐτῶν ἰουδαίους, καὶ τοῦ ὑπαρχόντων αὐτῶν ἅπαντος, εἰς τοῦ οἰκείαν ἀνέστρεψεν. ἰούδας ἦ ὁ μακκαβαῖος, καὶ ὁ

καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωνάθης διαβάντες τὸν Ἰορδάνην πλοῦν, καὶ ὁδὸν ἀπ' αὐτοῦ τριῶν ἀνύσαντες ἡμερῶν, τοῖς Ναβαταίοις εἰρηνικῶς ἀπαντῶσι συμβαίνουσιν. ὧν διηγησαμένων τὰ περὶ τοὺς ἐν Γαλαάδιτιδι, ὡς πολλοὶ κακοπαθοῖεν αὐτῶν ἐν τοῖς φρουρίοις ἀπολημμένοι, καὶ τοῖς πόλεσι τῆς Γαλαάδιτιδος, καὶ ὡρμημένων αὐτῶν ἀπὸ ἅπαντα τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ζητῶν ἀπ' αὐτῶν σώζειν τοὺς ὁμοεθνεῖς, πιθοὺς ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ προσπεσὼν πρώτοις τοῖς τῆς Βοσορᾶς καπηλεύσι, καὶ λαβὼν αὐτῆς, κατέβαλεν πᾶν τὸ ἄρρεν καὶ μαχέσιμον διαφθείρας, καὶ τὴν πόλιν ἐνέπρησεν. ἐπιγενομένης νυκτὸς, οὐ διέτριψεν ἐπέλθῃ, ἀλλ' ὁδεύσας δι' αὐτῆς ἦλθε τὸ φρούριον, ἔνθα τοὺς ἰουδαίους ἐγκεκλῃδας συνέβαινε, πρόσεχε τὸ χωρίον τιμοῦσι μετὰ δυνάμεως, ἕως ἐπ' αὐτὸ παρεγένετο. καὶ κατιδὼν ἤδη τοῖς τείχεσι προσβεβληκότας τοὺς πολεμίους, καὶ τοὺς μὲν κλίμακας ὡς τὰ ἀναβαίνοντας ἐπ' αὐτὰ, τοὺς δὲ μηχανήμασι προσφέροντας, κελεύσας τὸν σαλπιγκτὴν σημῆναι, καὶ παρορμήσας τοὺς στρατιώτας ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν ἀγωνιζομένους προθύμως, εἰς τρία διελὼν τὸν στρατὸν ὀπίσθιος ἐπῆλθε τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν τιμόθεον αἰσθόμενοι, ὅτι μακκαβαῖος ἐστι, πρόσω ἤδη καὶ σύντονον αὐτοῦ τὴν ἀνάβασιν καὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις εὐτυχίαν ἀληθοῦς, εἰς φυγὴν τρέπονται. ἐφεπόμενος δὲ μετὰ στρατεύματος ἰούδας, ἀναιρεῖ μὲν αὐτῶν ὀκτακισχιλίους. ἐπενεύσας δὲ εἰς μαλλον πολιν αὖτον λεγομένην ἀλλοφύλων, λαμβάνει καὶ ταύτην, καὶ τοὺς μὲν ἄρρενας ἅπαντας ἀποκτείνει, τὴν δὲ πόλιν αὐτῶν ἐμπίπρησιν. ἄρας δὲ ἐκεῖθεν τὴν τε Χασφωμα, καὶ Βοσορ, καὶ πολλὰς ἄλλας πόλεις τῆς Γαλαάδιτιδος καταστρέφεται. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐπὶ πολλοῖς παρόδευσε δυνάμεων μεγίστων ἀθροισθεισῶν, καὶ συμμαχίας ἄλλης τε ἀθρόας καὶ ἀράβων τινὰς μισθῷ πείσας αὐτῷ συστρατεύειν, ἦκεν ἄγων τὴν στρατιὰν πέραν χειμάρρου ῥαφῶν ἀντικρυς. πόλις δὲ ἦν αὐτῇ καὶ παρεκελεύετο τοὺς στρατιώτας ἐπὶ συμβάλλειν εἰς μάχην τοῖς ἰουδαίοις, προθύμως ἀγωνίζεσθαι, καὶ κωλύειν αὐτοὺς διαβαίνειν τὸν χειμάρρουν. διαβάντων δὲ ἤδη αὐτῶν προὔλεγεν. ἰούδας δὲ ἀνείσας ἀθροισθέντας τὸν τιμόθεον πρὸς μάχην, ἀναλαβὼν πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν, ἐπῆλθεν ἤδη τὸν πολέμιον, ἢ περαιωσόμενος τὸ χειμάρρουν ἐπεμπίπλα τοῖς ἐχθροῖς. ἢ τοὺς μὲν αὐτῶν ἱππαστὰς ἀνῄρει, τοὺς δὲ εἰς δέος ἐμβαλὼν, ῥίψαντας τὰ ὅπλα φεύγειν ἠνάγκασε. καὶ τινες μὲν αὐτῶν διέφυγον. οἱ δὲ εἰς τὸ καλούμενον, ἐν καρναὶν τέμενος, συμφυγόντες, ἠλπισαν τύχεσθαι σωτηρίας. ἰούδας δὲ τὴν πόλιν καταβαλόμενος, αὐτούς τε ἀπέκτεινε, καὶ τὸ ἄλσος ἐνέπρησε, ποικίλη χρησάμενος ἰδέᾳ τῆς ἀπωλείας τῶν πολεμίων. ταῦτα διαπεραζόμενος, καὶ συναγαγὼν τοὺς ἐν τῇ Γαλαάδιτιδι ἰουδαίους μετὰ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν, καὶ τὰ ὑπαρχόντα αὐτοῖς ἀποσκευῆς, οἷς τε ἦν εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐπαναγαγεῖν. ὡς δὲ ἦκεν ἐπὶ τινα πόλιν ἔμφρων ὄνομα, ὑπὸ τῆς ὁδοῦ κειμένην, καὶ ἔστι ἄλλως αὐτῇ παρομένῳ βαδίζειν δυνατὸν ἦν, ἔστι ἀναστρέφειν ἠθέλεν, πέμψας πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ παρεκάλει τοὺς πύλας ἀνοίξαντας ὑπερβῆναι αὐτῷ διὰ τῆς πόλεως ἀπελθεῖν. τῶν τε δὲ πύλας λίθοις ἐμπεφράκεσαν, τὴν τε δεξόδον ἐπετήρουν. μὴ πειθομένων δὲ ἐμφρείων, παρορμήσας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ καὶ κυκλωσάμενος, ἐπολιόρκει. τὴν δὲ ἡμέραν καὶ νύκτα προσκαθίσας, ἐξῄρει τὴν πόλιν. τῶν ὄσων ἄρρεν ἦν ἐν αὐτῇ κτείνας, καὶ καταβρήξας ἅπασαν

A cum fratre Jonatha trium dierum iter emensi, accepti sunt a Nabathæis pacifice: qvorum indicio compererunt, quod multi ex ipsorum fratribus in extremo essent periculo, obsessi ab hoste in castellis & oppidis Galaditicis: monitiqve, ut propere illis succurrerent, per desertum illuc festinaverunt. In eo itinere Barasam oppidum oppugnare adorti, vi ceperunt: cæsisq; ad unum puberibus, tecta igni subjecto concremaverunt. Cumqve interim nox appeteret, nihilominus Judas iter continuavit usqve castellum, in qvo Judæos obsideri acceperat. quo cum mane perveniisset, offendit hostem jam scalas & machinas admovere mœnibus: jussoqve tubicine canere, & cohortatus suos, ut bonam, ac fidelem operam præstarent periclitantibus fratribus, divisis trifariam copiis, oppugnatores a tergo aggreditur. Timothei vero milites, cognito Maccabæum adesse, cujus virtutem & felicitatem jam ante suo periculo didicerant, sine mora cœperunt fugere: ex quibus ad octo millia cecidere, Judæis acriter insequentibus. Inde ad Mallen barbarorum urbem flexo itinere, eaqve expugnata, mares omnes neci tradidit, ædificia incendio sunt consumpta. Eodem impetu & Chaspoma & Bosora cum aliis Galaditicæ regionis oppidis eversa sunt. Aliqvanto post Timotheus, contractis numerosis copiis, & inter cæteros auxiliares conducta manu Arabum, trans torrentem castra posuit contra oppidum Rafam, ibi hortatus est suos milites, ut strenue pugnarent, arcerentqve Judæos a torrentis transitu. in hoc enim sitam victoriam, Judæis futuris superioribus, si transire potuerint. Judas autem, audito, quod Timothæus paratus esset ad prælium, propere contra eum duxit exercitum: trajectoqve torrente adortus hostes, partim resistentes prostravit, partim in fugam compulit, armis etiam passim abjectis. horum nonnulli celeritate pedum salutem consecuti sunt, quidam vero in fanum, quod Carnain dicunt, refugientes, tutos sibi fore speraverunt. At Judas & oppidum id occupavit, &, incenso templo, hostium alios flammis, alios ferro perdidit. His rebus feliciter gestis, & contractis e tota regione Galaditica Judæis, una cum uxoribus & liberis ac facultatibus in Judæam eos traducebat. In eo itinere cum venisset ad Ephronem oppidum, per quod necessario transeundum erat, nisi retrorsum reverti mallet, misit ad oppidanos, rogans, ut patefacerent sibi transitum. nam, obstructis portis, viam interruperant. quod cum ab Ephronitis impetrare non posset, cohortatus suos, corona oppugnavit mœnia: & diem ac noctem ibi remoratus vi cepit oppidum: occisisqve omnibus maribus, per incensi cineres traduxit,

exercitum. tantus autem erat occisorum numerus, ut in transeundo calcanda essent cadavera. Trajecto deinde Jordane, in magnum campum veniunt, qua sita est Bethsana, Græcis dicta Scythopolis. inde in Judæam reditum est hilariter, canente hymnos & victoriale carmen multitudine: votivasqve hostias mactarunt pro incolumitate exercitus: quandoquidem post tot conflictus ne unus quidem e Judæis desideratus est. Interea Josephus Zachariæ filius & Azarias duces, qui, profecto Simone in Galilæam contra Ptolemaidenses, Juda vero & Jonatha fratre in Galaditicam, præsidio Judææ relicti fuerant, volentes & ipsi aliqvo memorabili facinore parare sibi gloriam, ad Jamniam venerunt. Ubi armis excepti a Gorgia ejus loci præside, amiserunt ad duo millia militum: nec prius destiterunt fugere quam in Judææ finibus. hæc autem clades merito illis accidit, ob contemptum Judæ mandatum, qui interdixerat, ne, se absente, manus cum hoste conferrent: nam hoc quoque Judæ providentiam commendat, quod intellexit non impune fore, si a mandatis discesserint. Judas autem & fratres ejus continuabant bellum contra Idumæos, urgentes eos undiqve: expugnataqve Chebrone munitiones ejus diruerunt, & turres cremaverunt suppositis ignibus: pervastatisqve agris hostium, everterunt etiam Marissam oppidum, inde Azotum delati eodem impetu, expugnata ea quoque ac direpta, omnes ditati præda reversi sunt in Judæam victores & incolumes.

A αὐτῶν ὁδὸν ἔχε. τοσοῦτο δ' ἦν τὸ τῶν πεφονευμένων πλῆθος ὡς ἐπ' αὐτῶν βαδίζειν τ νεκρῶν. διαβάντες δ' τὸν ἰορδάνην, ἦκον εἰς τὸ μέγα πεδίον, οὗ κεῖται κ' πόσωπον πόλις βηθσάνη καλουμένη παρὰ ἑλλήνων σκυθόπολις κἀκεῖθεν ὁρμηθέντες εἰς τὴν ἰουδαίαν παρῆσαν, ψάλλοντές τε καὶ ὑμνῳδοῦντες καὶ τὰς σωτηρίους ἐν ταῖς ἐπινικίοις παιδιαῖς ἄγοντες. ἐθυσαν δ' χαριστηρίους θυσίας ὑπέρ τε τῶν κατορθωμάτων, καὶ ὑπὲρ τῆς στρατεύματος σωτηρίας. οὐδεὶς γὰρ B ἐν τούτοις τοῖς πολέμοις τῶν ἰουδαίων ἀπέθανεν. ἰώσηπος δ' ὁ ζαχαρίου καὶ ἀζαρίας, ὃς κατέλιπε στρατηγὸς ὁ ἰούδας καθ' ὃν καιρὸν σίμωνα μὲν ὑπῆρχεν ἐν τῇ γαλιλαίᾳ πολεμῶν τοὺς ἐν πτολεμαΐδι, αὐτὸς δ' ὁ ἰούδας καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἰωνάθης ἐν τῇ γαλααδίτιδι, βουληθέντες καὶ αὐτοὶ δόξαν περιποιήσασθαι στρατηγῶν πρὸ πολεμικὰ ἔθνεσιν, τλεῖ ὑπ' αὐτοὺς δυνάμιν ἀναλαβόντες, ἦλθον εἰς ἰάμνειαν. γοργίου δ' τῆς ἰαμνείας C στρατηγοῦ ὑπαντήσαντος συμβολὴν ποιομένης ὀλιγίλιοι ἀποβάλλουσι τῆς στρατιᾶς, καὶ φεύγοντες ἄχρι τῆς ἰουδαίας ὁρῶν διώκουσι. σωθέντι δ' αὐτοῖς τὸ πλῆθος, ἵν' ὠθήσωσιν ὧν αὐτοὺς ἰούδας ἐπέστειλε, μὴ συμβαλεῖν εἰς μάχην μηδενὶ πρὸ τῆς σκευῆς παρουσίας. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ στρατηγήμασι, καὶ τὸ κ' τοῦτο πρὸ τὸν ἰώσηπον καὶ τὸν ἀζαρίαν παίσμα θαυμάσειεν ἄν τις, ὁ σωθῆναι εἰ θέλοιεν πρὸ τῆς ἐπιγαλ- D μένων αὐτοῖς ἐσόμενον. ὁ δ' ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πολεμοῦντες τοὺς ἰδουμαίους σὺν ἀνέσει, ἀλλ' ἐπέκειντο παντάχοθεν αὐτοῖς, μέχρι τε χερρῶνα πόλιν καταλαμβανόμενοι, ὅσην λεῖ ὀχυρὸν αὐτῆς καθεῖλον, καὶ τοὺς πύργους ἐμπρήσαντες, ἐθησαν τὴν ἀλλοφύλων χώραν, καὶ μάρισσαν πόλιν. εἶτε ἄζωτον ἐλθόντες, καὶ λαβόντες αὐτοῖ διήρπασαν, πολλὰ δ' σκύλα ἐκ λείας κομίσαντες, εἰς τλεῖ ἰουδαίαν ὑπέστρεψαν.

CAP. XIII.

Antiochi Epiphanis apud Persas interitus.

XIV. *1. Macb. 6.*

EOdem tempore Antiochus rex superiores sui regni provincias obeundo, audivit esse in Perside urbem prædivitem Elimaida nomine, & in ea templum Dianæ opulentum, refertum omne genus donariis: scuta etiam ac thoraces ibi asservari, qvondam relictos ab Alexandro Philippi filio, rege Macedonum. Motus igitur hac fama, admoto exercitu, expugnare conatus est. His vero, qui inerant nec adventu ejus nec oppugnatione territis, sed fortiter resistentibus, spe sua frustratus est. non contenti enim repulisse illum a mœnibus, recedentem etiam persecuti sunt, ita ut, plurimis desideratis, fugientis more Babylonem se reciperet. Qvam cladem cum ægre ferret, novus insuper accessit nuncius de profligatis, quos ad Judaicum bellum reliqverat, ducibus, deq; Judæorum in dies crescente potentia. Accedente igitur alia super alia cura, impar solicitudini morbum sibi contraxit: quo magis ac magis invalescente, intelligens adesse fatale tempus, amicos convocat: eisq; & vim morbi & causam indicat: nimirum quod pœnas ob afflictam Judæorum gentem lueret, atq; ob spoliatum sacrilegio templum, & contemptū cælestis numinis. atq; his dictis, exhalavit animam. Qvamobrem demiror Polybium Megalo-

Κεφάλαιον γ'.

Ὡς ἀντίοχος ὁ ἐπιφανὴς ἐτελεύτησεν ἐν περσαις.

Ὑπὸ δ' τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐπὶ ὁ βασιλεὺς ἀντίοχος, τλεῖ ἄνω χώραν ἐπερχόμενος, ἀκούει πόλιν ἐν τῇ περσίδι πλούτῳ διαφέρουσαν ἐλυμαΐδα τὄνομα, ἐπολυτελὲς ἱερὸν ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ, ἐπανθρδαπῶν ἀναθημάτων πλήρες εἶναι. ἔτυχε μὴν ὅπλα ἐθώρακας ἀπολιπεῖν ἐπιφανέντ τ υἱὸν τ φιλίππε, βασιλέα δ' μακεδόνων ἀλέξανδρον. κινηθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων, ὥρμησεν ὅπλα τ ἐλυμαΐδα, κ' προσβαλὼν αὐτλεῖ ἐπολιόρκει. τ δ' ἐν αὐτῇ μὴ καταπλαγέντων τ ἔφοδον αὐτοῦ, μηδὲ τ πολιορκίαν, ἀλλὰ καρτερῶς ἀντιοχόντων, ἀποκρύεται τ ἐλπίδος. ἀπωσάμενοι γὰρ ἀπὸ τῆς πόλεως κ' ἐπεξελθόντες ἐδίωξαν. ὡς τ' αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς βαβυλῶνα, φεύγοντα, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντα τῆς στρατιᾶς. λυπουμένῳ δ' ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ ταύτῃ, προσαγγέλλουσι τινες καὶ τλεῖ τῶν στρατηγῶν ἥτταν, οὓς πολεμήσαντας τοῖς ἰουδαίοις καταλελοίπει, καὶ τλεῖ ἰσχυρῶς ἤδη τλεῖ τῶν ἰουδαίων. προσγομένης οὖν, καὶ τῆς περὶ τούτων φροντίδος τῇ προτέρᾳ, συγχυθεὶς ὑπὸ ἀθυμίας εἰς νόσον κατέπεσεν, ἧς μηκυνομένης κ' αὐξανομένων τ παθῶν, σωθεὶς ὅτι μέλλει τελευτᾶν, συγκαλεῖ τοὺς φίλους. κ' τήν τε νόσον αὐτοῖς χαλεπὴν εἶναι ἐμήνυε, κ' ὅτ' ὅτι παῖδα παροῦσι κακώσας τὸ ἰουδαίων ἔθνος παρεδήλου, συλήσας τε τὸν ναὸν, καὶ θεὸν καταφρονήσας. κ' ταῦτα λέγων ἐξέπνευσεν. ὥστε θαυμάζειν πολύβιον τὸν μεγαλοπολίτην.

λιτῶν. ὡς ἀγαθὸς ὢν ἀνὴρ ἀποθανεῖν λέγει τὸν ἀντίοχον, A βεβηλῆσαι τὸ τῆ ἐν περσαις ἀρτεμιδος ἱερὸν συλῆσαι γὰρ μηκέτι παῆσαι τὸ ἔργον βελόμενον, οὐκ ἔστι πιθανὸς ἀξίωσις. εἰδὲ δία ἔτ᾽ πολυβίῳ δοκεῖ καταξρέψαι τὸν βίον ἀντίοχον ἔτως, πολὺ πιθανώτερον δία τὴν ἱεροσυλίαν ἔ ἐν ἱεροσυλύμοις ναοῦ πλῆξαι τὸν βίον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τότε ἐ διαφέρομαι, τῶν ὑπὸ ἔμεγαλοπολιτῶν λεγομένων αὐτῶν, ὧδε τῶν ὑφ᾽ ἡμῶν ἀληθῆ νομίζουσιν.

politanum. qui viralioqvi probus, ait hunc Antiochum periſſe, quod conatus ſit Dianæ templi theſauros ac donaria diripere. voluiſſe enim tantum, ac non etiam perfeciſſe ſacrilegium, non videtur res digna ſupplicio. qvod ſi hæc cauſa Polybio digna videtur, cur Antiochus deberet capite pœnas perſolvere, multo veriſimilius eſt, ob exhauſtum ſacrilegiis Hieroſolymitanum templum acceleratum eſſe ejus interitum. Si B quis tamen magis probat Polybii ſententiam, cum eo nunc non libet contendere.

Κεφάλαιον ιδ΄.

Ὡς ἀντίοχος ὁ δὶ πάτωρ ἰουδαίους νικήσας, ἐπολιόρκει ἰουδαν εἰς τὸ ἱερὸν ἐγκλείσας.

CAP. XIV.

Antiochus Eupator, profligato Judæorum exercitu, Judam in templo obſidet.

Ὁ δ΄ ἀντίοχος πρῶτη τελευτᾶν καλέσας φίλιππον ἕνα τῶν ἑταίρων, τ᾽ βασιλείας αὐτὸν ἐπίτροπον C καθίστησι. καὶ δὸς αὐτῷ τὸ διάδημα καὶ τὴν στολὴν καὶ τὸν δακτύλιον, ἀντίοχῳ τῷ παιδὶ αὐτὸ ταῦτα σκέλυσι κομίσαντα δοῦναι, δεηθεὶς πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῆς ἀναγωγῆς, καὶ τηρῆσαι τὴν βασιλείαν ἐκείνῳ. ἀπιόντα δ᾽ ἀντίοχον ἐ καὶ μὴ καὶ ῥ ἔτει. λυσίας δ᾽ αὐτὸ τὸν διάδημα δηλώσας τῷ πλήθει, τὸν μὲν αὐτὸ ἀντιόχου, αὐτὸς δὲ ἐκέλευε τὸν ἀπαμέλειαν, ἀποδεικνύει βασιλέα, καλέσας αὐτὸν δι πάτορα. ἐν δ᾽ τούτῳ τῷ καιρῷ οἱ ἐν τῇ ἄκρᾳ τ᾽ ἱεροσολύμων φρουροὶ καὶ φυγάδες τ᾽ ἰουδαίων, πολλὰ τὸς ἰουδαίους ἠδίκουν. τὸς δὲ ἀναβαίνοντας εἰς τὸ ἱερὸν θύσοντας βλαπτόντες, ἐξαίφνης ἐκπορεύεσθαι οἱ φρουροὶ, διέφθειρον. ἐπεκάθητο δὲ τῷ ἱερῷ ἡ ἄκρα. τούτων οὖν συμβαινόντων αὐτοῖς, ἰούδας ἐξελέσθαι διέγνω τὸν φρουρὸν, καὶ συναγαγὼν τὸν λαὸν ἅπαντα, τὸς ἐν τῇ ἄκρᾳ καρτερῶς ἐπολιόρκει. ἔτ᾽ δὲ ἓν τῆς ἀρχῆς τοῖς ἀπὸ σελεύκου καὶ ν΄. κατασκευάσας οὖν μηχανήματα καὶ χώματα, ἐγείρας E Φιλοπάτωρ προσέκειτο τῇ τῆς ἄκρας αἱρέσει. πολλοὶ δ᾽ τ᾽ ἐν αὐτῇ φυγάδων νύκτωρ ἐξελθόντες εἰς τὸν χωρίαν, καὶ τινας τ᾽ ἰδίους καὶ ἀστῶν συναγαγόντες, ἦλθον πρὸς ἀντίοχον τὸν βασιλέα, ἐν ἀξιοῦντες ἑαυτὸς ὑπερορᾶσθαι δεινὰ πάσχοντας ὑπὸ τ᾽ ἐμφύλων, καὶ παῦλαν ποιούμενοι λόγον τὸν πατέρα αὐτοῦ, τὸν μὲν πατρῷον αὐτῶν καταλείψαντας θρησκείαν, λῶν δ᾽ προσπαῖξε ταύτην τοὺς πολίτας. κινδυνεύειν οὖν ὑπὸ ἰούδα ἔτ᾽ τῶν αὐτῶν τῶν ἀκροπόλιν αἱρεθῆναι, καὶ τὸς φρου- F ρὸς τὸς ὑπὸ βασιλέως καταλειφθέντας, εἰ μήτις παρ᾽ αὐτοῦ βοήθεια παραφθείη. ταῦτ᾽ ἀκούσας ὁ παῖς ἀντιόχου, ὠργίσθη, καὶ τὸς ἡγεμόνας καὶ φίλους μεταπεμψάμενος, σκέλυσι μισθοφόρους συναγαγὼν, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας τὸς στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔχοντας. καὶ συνῆλθε στρατὸς πεζῶν μὲν, οἱ τε δέκα μυριάδες, ἱππεῖς δ᾽ δισμύριοι. ἐλέφαντες δ᾽ βʹ καὶ λ΄. ταύτην οὖν ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐξώρμησεν ἐκ τῆς ἀντιοχείας με- G τὰ λυσίου τοῦ τῆς στρατιᾶς ἔχοντος τὴν ἡγεμονίαν. ἐπορεύετο μὲν ἐς τὴν ἰδουμαίαν, ἐκεῖθεν εἰς βεθσοῦραν ἀναβαίνει πόλιν, ἐφέδρα ἰσχυρὰν καὶ δυσάλωτον, καὶ πολιορκεῖ τὴν πόλιν. ἰσχυρῶς δ᾽ ἀντεχόντων τῶν βεθσουραίων, καὶ τὴν παρασκευὴν αὐτοῦ τῶν μηχανημάτων ἐμποδισάντων, ἐπεξῆλθον δὲ αὐτοῖς, καὶ ἐτρίβετο πολὺς ὠφὶ τὴν πολιορκίαν. ἰούδας δ᾽ τὴν ἔφοδον τ᾽ βασιλέως ἀκούσας, ἀφίστησιν

Cæterum Antiochus, prius quam extremum ſuum diem obiret, accitum ad ſe unum ex purpuratis ſuis amicis Philippum gubernatorem regni conſtituit: traditoqve ei diademate regiaqve ſtola & anulo, juſſit hæc Antiocho filio ſuo perlata reddere, multum obteſtans, ut educationis curam haberet, & regnum ei ſervaret, usqve dum per ætatem ipſe adminiſtrationi fieret idoneus. Defunctus eſt autem Antiochus anno centeſimo qvadrageſimo nono. D Lyſias autem poſtea quam populo indicavit regis obitum, filium ejus Antiochum ſub ſua tutela tum poſitum regem conſtituit, impoſito illi Eupatoris cognomine. Interea qui Hieroſolymitanæ arcis præſidium tenebant Macedones cum Judæorum perfugis, multa Judæis inferebant incommoda. Excurrentes enim in eos, qui ſacrorum cauſa templum adibant: conficiebant eos non magno negotio, qvod arx ipſi templo eſſet ſupra verticem. Qvamobrem Judas neceſſe habuit, oppugnare id præſidium, advocatis ad id totius populi viribus. Annus autem is agebatur centeſimus quinquageſimus, ex quo primum ad Seleucum imperium earum regionum pervenerat. Fabricatis igitur machinis, & extructis aggeribus, totus incumbebat huic operi. multi tamen perfugarum noctu elapſi, adjunctis ſibi ſimilibus impiis, venerunt ad Antiochum, poſtulantes, ne ſe in extremum periculum a ſuis tribulibus redactos deſpiceret: maxime cum patris ipſius autoritatem ſecuti, in eam neceſſitatem adducti ſint, dum malunt patrios ritus qvam regia mandata contemnere. Nunc vero periculum eſſe, ne Judas arcem cum præſidio vi capiat, niſi ipſe mature ſuis opem afferat. His auditis, Antiochus puer iratus eſt, accerſitisqve amicis & ducibus, juſſit eos mercenarium parare militem, & per totam ſuam ditionem delectus habere, ita ut brevi confectus ſit exercitus peditum circiter centum millium, equitum vero viginti millia, atqve inſuper duo & triginta elephanti. Cum his copiis egreſſus eſt Antiochiam, commiſſa Lyſiæ adminiſtratione univerſi exercitus: & progreſſus usqve Idumæam. inde aſcendit ad oppidum Bethſura, bene munitum & expugnatu non facile. Bethſuranis autem fortiter reſiſtentibus, & admotas machinas per excurſiones igne concremantibus, multum temporis contritum eſt in hoc obſidio. Judas autem, cognito regis adventu, omiſſa

oppugnatione regi cum copiis obviam profectus A castra posuit circa fauces qvasdam, dictas Bethzacharia, dissitas ab hoste septuaginta stadiis. At rex, relictis Bethsuris, exercitum duxit ad eas fauces, ubi Judas castra metaverat: & qvam primum dies illuxit, aciem ceu pugnaturus jussit ire compositam. Cumqve non posset elephantos explicare per aciei latitudinem propter locorum angustias, jussit, ut unus post alium incederent, attributis, qui stiparent singulos, mille peditibus, & eqvitibus qvingentis. Beluis autem imposita erant celsa propugnacula instructa sagittariis. reliqvum autem exercitum ab utroqve latere jussit montes ascendere, præpositis ex amicorum cohorte ducibus. atqve ita, sublato militari clamore, hostem aggreditur, micans aureis & æreis clypeis, ita ut fulgore eorum coruscarent omnia. clamore autem reboabat, quicquid C érat in circuitu montium. nec tamen Judas tali aspectu est territus, sed excepto fortiter impetu hostium, circiter sexcentos ex eis occidit, qvi primi ad manus venerant. Cæterum Eleazarus ejus frater, qvem Auranem vocabant, conspicatus excellentem elephantum ornatum phaleris regiis, & ratus in eo regem invehi, vasto animo in eum fecit impetum, &, occisis multis, prius qvam D ad eum penetraret, cæteris vero metu cedentibus, succedens sub ejus ventrem, confodit beluam, & ipse simul pondere ejus illabentis oppressus est: atqve ita, non tamen inultus, interiit, generose inter acervos hostilium cadaverum. Judas autem animadvertens hostem tanto superiorem numero, Hierosolyma se recepit, volens arcem iterum oppugnatione aggredi. Antiochus vero, parte exercitus amissa ad oppugnanda Bethsura, cum reliquo venit Hierosolyma. Bethsuritæ territi apparatu regio, maxime cum commeatus eos deficeret, deditionem fecerunt, pacti prius, ut hostis a se injuriam omnem abstineat: qvod quidem à rege non nisi salute tenus servatum est: alioqvi nudis ejectis oppidanis, suorum præsidium ibi constituit. Sed apud Hierosolyma per multum tempus eum tenuit templi F obsidio, quod fortiter a Judæis defensum est. nullam enim eis rex intentavit machinam, qvam nō illi contrariis machinationibus eluderent. tantum laborabatur victus penuria, quod fruges veteres absumpserant, & annus inciderat septimus, per quem fructus nō colliguntur, quod eum cessare ab agricultura lex nostra jubeat, nec permittat tum vel arare terram, vel serere. quo factum G est, ut multi se clam subducerent propter inopiam, ut penes paucos templi tutela remanserit. Cæterum rex & Lysias imperator, cognito, quod Philippus usurpato sibi regno adventaret e Perside, decreverunt, soluta obsidione, illi occurrere, celantes tamen, quantum fieri poterat, id consilium tam militem quam duces reliquos. Qvapropter, dissimulato adventu Philippi, jussit rex Lysiam, ut alloqveretur duces & milites, dicens

μὴν ἐπὶ τὴν ἄκραν πολιορκεῖν. ἀπαντήσας ἦ τοῦ βασιλέως, βάλλεται στρατόπεδον ὅπου τ στενῶν, ἐν τινι τόπῳ Βεθζαχαρία λεγομένῳ, σταδίους ἀπέχοντι τῶν πολεμίων ὁ. ὁ ἦ βασιλεὺς ὁρμήσας ἀπὸ τῆς Βεθσύρας, ἦγαγε τ δύναμιν ὅπι τὰ στενά, καὶ τὸ ἑῴα στράτευμα πρῶτον. ἅμ' ἡμέρᾳ ἦ τάχος μάχην διέπεμπε τῶν στρατιᾶν. τοὺς μὲν οὖν ἐλέφαντας ἐπέστησεν ἀλλήλοις ἑπομένους διὰ τὴν στενοχωρίαν, οὐ δυναμένων αὐτῶν ὅπι πλατυσπεπέχθαι. εἰς ἦ κύκλον ἐλέφαντι ἑκάστῳ συμπαρῆσαν πεζοὶ μὲν χίλιοι, ἱππεῖς ἦ πεντακόσιοι. ἔφερον ἦ οἱ ἐλέφαντες, πύργους τε ὑψηλοὺς καὶ τετράστεγους. τὴν ἦ λοιπὴν δύναμιν ἑκατέρωθεν ἔστησεν ἀναβαίνειν ὅπι τὰ ὄρη, τοὺς φίλους αὐτῆς παρατάξας. κελεύσας ἦ ἀλαλάξαι τὴν στρατιάν, παρεβάλλει τοῖς πολεμίοις, γυμνοῦσιν τάς τε χρυσᾶς καὶ χαλκᾶς ἀσπίδας, ὥς τε αὐγὴν ἀπ' αὐτῶν ἀφίεσθαι λαμπράν. συνεπήχει ἦ τὰ ὄρη κεκραγότων αὐτῶν. ταῦτα ὁρῶν ὁ Ἰούδας ὑπολάβῃ, δεξάμενος ἦ γενναίως τοὺς πολεμίους, τῶν πρόσθεν ὠθεῖ ἑξακοσίους ἀναιρεῖ. ἐλεάζαρος δ', ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὃν αὐρὰν σκάλουσι, ἰδὼν τ ὑψηλότατον τ ἐλεφάντων ἐσταλισμένον θώραξι βασιλικοῖς, ἐνομίζων ἐπ' αὐτοῦ τὸν βασιλέα εἶναι, παρεβάλλετο σφόδρα εὐκαρδίως ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσας. κ πολλοὺς μὲν τῶν ὠθεῖ τ ἐλεφάντων κτείνας, τοὺς ἄλλους διεσκέδασεν. ἐπανδὺς ἦ ὑπὸ τὸν γαστέρα κ πλήξας, ἀπέκτεινε τ ἐλέφαντα. ὁ δ', ὑπικπατενεχθεὶς τοῦ ἐλεαζάρου, διαφθείρει τ ἄνδρα ὑπὸ δ βάρους. ἐ ἔτυχεν μὲν ἀψύχως πολλοὺς τ ἐχθρῶν ἀπωλέσας, τοῦ τρόπου τούτου τὸν βίον καταστρέψας. ὁ ἦ Ἰούδας ὁρῶν τὸν τ πολεμίων ἰσχὺν ἀνεχώρησεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολιορκίαν παρεσκεύάζετο. ἀντίοχος ἦ, τὸ μὲν τῆς στρατιᾶς εἰς Βεθσύρας ἐπέμψε, πολεμήσων αὐτοῖς, τοῦ ἦ λοιποῦ τῆς δυνάμεως αὐτὸς ἦκεν ὅπι τὰ Ἱεροσόλυμα. οἱ μὲν οὖν Βεθσουρεῖται τὴν ἰσχὺν καταπλαγέντες, καὶ σπανίζοντα βλέποντες τὰ ἀπὸ γῆς, ὡμολόησαν αὐτοῖς, ὁρκους λαβόντες ὑπὲρ δ μηδὲν πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τ βασιλέως. ἀντίοχος ἦ λαβὼν τὴν πόλιν, ἄλλο μὲν αὐτοῖς οὐδὲν διέφθειρεν, ἢ μόνον γυμνοὺς ἐξέβαλε, φρουρὰν ἦ καθίσησεν ἰδίαν ἐν τῇ πόλει. πολλῷ ἦ χρόνῳ τὸ ἱερὸν πολιορκῶν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις προσκαθίζετο, καρτερῶς τ ἔνδον ἀμυνομένων. πρὸς ἕκαστον γὰρ ὧν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ἔφησε μηχάνημα, κἀκεῖνοι πάλιν ἀντεμηχανῶντο. τροφὴ δ', αὐτῷ ὑπελείπετ, ἑ μὲν ὄντ ἀπηλλαγμένῃ καρπῶ, τ ἦ γῆς σπόνῳ τοῦ ἔτ μὴ γεωργημένης, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι τὸ ἕβδομον ἔτ· καθ' ὁ νόμος ἐᾷ ἡμῖν ἀργὴν ἐᾶν τ χώραν, ἀπορίᾳ μεμψιμοιρίας. πολλοὶ ἦν χαροῦν τ πολιορκουμένων ἀπεδίδρασκον διὰ τ τ ἀναγκαίων δόσιμον ὡς ἐλάγιστα ἐν τῷ ἱερῷ καταλιφθῆναι. ἐ τοῖς μὲν πολιορκουμένοις ἐν τῷ ἱερῷ, τοιαῦτα συνέβαινεν εἶναι τὰ πράγματα. λυσίας ἦ ὁ στρατηγὸς, καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς Φίλιππος αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Περσίδος ἥκων ἐθηλώθη, καὶ τὰ πράγματα, εἰς ἑαυτὸν καταστρέφειν, ἔχον μὲν ὡς τε τὴν πολιορκίαν ἀφέντες, ὅπι τ Φίλιππον ὁρμᾷν. ὁ μὲν ἦ τ ποιήσειν φανερὸν τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἔγνωκαν, ἀλλ' ἐκέλευσε τ λυσίαν ὁ βασιλεὺς, αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἡγεμόσιν, ἐν κοινῷ διαλεχθῆναι, μηδὲν μὲν τῶν περὶ Φιλίππου ἐφανίζοντα, τ ἦ πολιορκίαν ὅπ χρονιωτέρη γένοιτ' ἂν δηλοῦντα, ἐ τὴν ὀχυρότητα ἔχωμεν, καὶ ὅπ τὰ τῆς

oppugnationem eam non esse modici temporis, quod locus esset munitissimus, & com-

τῆς τροφῆς αὐτῶν ἤδη ἀπιλελοίπει, καὶ ὡς πολλὰ δεῖ κατιδεῖν τὸν τῇ βασιλείᾳ πραγμάτων, καὶ ὡς δοκεῖ πολὺ κρεῖττον εἶναι σπονδὰς ποιησαμένους πρὸς τοὺς πολεμουμένους, καὶ φιλίαν πρὸς ὅλον αὐτῶν τὸ ἔθνος, ἀπιέναι ἐᾶσαι αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς πατρίοις νόμοις ὧν ἀφαιρεθέντες ἐχαλεπαίνησαν, χωρεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα. ταῦτα δὲ λυσίᾳ φήσαντος, ἠρέσθη τὸ στράτευμα καὶ ἡμεῖς τῇ γνώμῃ.

A meatus eos jam deficerent, & avocarent multa regni negotia, quæ opus esset regem componere. Itaqve præstare fœdus, & amicitiam cum hac gente facere, & sinere eos uti patriis legibus, quibus privari se non sustinentes rebellaverant, atqve ita redituros esse in suam qvemqve patriam. Qvæ sententia, per Lysiam apud exercitum exposita, communi omnium suffragio comprobata est.

B

Κεφάλαιον ιε'.

Ὅτι πολλῷ χρόνῳ τῇ πολιορκίᾳ τριβομένῳ, φιλίαν ποιησάμενος πρὸς ἰούδαν, ὑπεξεπῶς ἀνεχώρησεν ἐκ τῆς ἰουδαίας ὁ ἀντίοχος.

CAP. XV.

Antiochus, omissa oppugnatione, cum Juda fœdus facit & amicitiam.

Κελεύσας ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πολιορκουμένους, εἰρηνεύειν τε ἐπηγγείλατο, καὶ συγχωρεῖν πᾶσι πατρίοις νόμοις χρωμένους ζῆν. οἱ δ', ἀσμένως δεξάμενοι τοὺς λόγους λαβόντες ὅρκους τε καὶ πίστεις, ἐξῆλθον ἐκ τοῦ ἱεροῦ. εἰσελθὼν δ' ἀντίοχος εἰς αὐτό, καὶ θεασάμενος ὀχυρὸν ὄντως τὸ χωρίον, περιβὰς τοὺς ὅρκους, καὶ κελεύσας τοῖς δυνάμεσι καθαιρεῖν, καθεῖλε τὸ τεῖχος εἰς ἔδαφος. καὶ ταῦτα ποιήσας, ἀνέστρεψεν εἰς ἀντιόχειαν, ἐπαγόμενος καὶ τὸν ἀρχιερέα, ὃς καὶ μενέλαος ἐκαλεῖτο. λυσίας γὰρ συμβουλεύσας τῷ βασιλεῖ, τὸν μενέλαον ἀνελεῖν, εἰ βούλεται τοὺς ἰουδαίους ἡρεμεῖν, καὶ μηδὲν ἐνοχλεῖν αὐτῷ. ὃς τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν, πείσας τὸν πατέρα τοὺς ἰουδαίους ἀναγκάσαι τοῖς πατρίοις θρησκείαις καταλιπεῖν. πέμψας οὖν τὸν μενέλαον ὁ βασιλεὺς εἰς βέρροιαν τῆς συρίας διέφθειρεν, ἀρχιερατεύσαντα μὴ ἔτη ι'. πονηρὸν ὄντα καὶ ἀσεβῆ, καὶ ἵνα αὐτὸς ἀρχῇ, τὸ ἔθνος ἀναγκάσαντα φθείρειν τοὺς ἰδίους νόμους. ἀρχιερεὺς δ' ἐγένετο μετὰ τὸν θάνατον μενέλαου ἰάκειμος κληθείς. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀντίοχος, εὑρὼν ἤδη τὸν φίλιππον κρατοῦντα τῶν πραγμάτων, ἐπολέμησε πρὸς αὐτὸν, καὶ λαβὼν αὐτὸν ἐχειρώσατο ἀπεκτονεν, ὃς δὲ ἀρχιερέως υἱὸς ὀνίας, ὃν προεῖπομεν ἔτι παῖδα τελευτήσαντος σεύθεος τοῦ πατρὸς, ἰδὼν ὅτι τὸν θεῖον αὐτοῦ μενέλαον ὁ βασιλεὺς ἀνεῖλεν, τῷ ἀρχιερωσύνῃ ἀλκίμῳ δεδωκὼς ὄντι τῆς ἀρχιερέως φυλῆς, ἀλλ' ὑπὸ λυσίᾳ πεισθεὶς μεταθῆναι τὴν πρὸς ἀλκίμου τὴν οἰκίαν εἰς ἕτερον οἶκον, φεύγει πρὸς πτολεμαῖον τὸν αἰγύπτου βασιλέα. καὶ τιμῆς ἀξιωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ διὰ γυναικὸς αὐτοῦ κλεοπάτρας, λαμβάνει τόπον ἀξιώσεως ἐν τῷ νομῷ τῷ ἡλιοπολίτῃ. ἐν ᾧ καὶ ὁμοιον τῷ ἐν ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν ἱερόν. περὶ τούτων μὲν οὖν εὐκαιρότερον ἡμῖν ἔσται διελθεῖν.

C

D

E

F

Κεφάλαιον ις'.

Ὡς βακχίδης ὁ δημητρίου στρατηγὸς ἀπεσταλμένος τοὺς ἰουδαίους, ἀπράκτως ἀνέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα.

CAP. XVI.

Bacchides Demetrii dux cum exercitu contra Judæos missus, infecto negotio, ad suum regem revertitur.

G

Ὑπὸ δὲ τῶν αὐτῶν καιρῶν φυγὼν δημήτριος ὁ τοῦ σελεύκου υἱὸς, καὶ καταλαβόμενος τῆς συρίας τρίπολιν, ἀνεστέψατο μὲν αὐτὸς διάδημα. συναγαγὼν δὲ πινὰς τῶν αὐτὸν μισθοφόρους εἰς τὴν βασιλείαν εἰσῆλθε. πάντων δ' αὐτὸν ἡδέως προσδεχομένων καὶ παραδιδόντων αὐτὸν, συλλαβόντες δὲ καὶ ἀντίοχον τὸν βασιλέα, καὶ λυσίαν, ζῶντας ἀπήγαγον αὐτῷ. καὶ οὗτοι μὲν κελεύσαντος ἀπέθανον. δημήτριος δὲ διαφθείρας

Eodem tempore Demetrius Seleuci filius a Roma profugus Tripolim occupat in Syria: assumptoq; diademate, & contractis, qvotqvot potuit, militibus mercenariis, regnum invadit: cumqve certatim ad eum populi deficerent, excipientes eum obviis manibus, etiam Antiochum regem & Lysiam comprehensos vivos ad eum perduxerunt: qui mox jussu Demetrii necati sunt, post exactum regni

XV. 1. Macb. 7.

ΑΝτίοχος ὁ χαλεπῶς ἔχων ἐφ' οἷς ἔπαθε σίμωνος ἐπῆλθεν, εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐνέβαλε, δ' μὴν ἐπὶ τ βασιλείας αὐτὸς, ἀ τ ὑρκανοῦ δὲ ἀρχῆς. ὀλυμπιάδος ρ καὶ ξ καὶ ϛ'. δηώσας τ τὴν χώραν, τὸν ὑρκανὸν εἰς αὐτὴν ἐνέκλεισε τὴν πόλιν, ἣν ἐπὶ σταδίοις πεντήκοντα βεθλαθῶν, ἦνυε μὴν οὐδὲν ὅλως τὸ πρῶτον, διὰ τὴν τ τειχῶν ὀχυρότητα, καὶ δι' ἀρετὴν τ ἐμπολιορκουμένων. ἐπεὶ γὰρ μὲν ὕδατος ἀπορίαν, ἧς αὐτοὺς ἀπέλυσεν ὄμβρος κατενεχθεὶς πολὺς δυσμῆς πλησάδος. κ τ τὸ βόρειον μέρος τ τείχους καθὸ σωθῆναι αὐτὸ καὶ πρόπεδον εἶναι, πύργους ἀναστήσας ρ τριφόρους, ἀνέβιβασεν ἐπ' αὐτοὺς σταπωλικὰ τάγματα, καὶ πρόσβολος ὁσημέραι ποιούμενος, τάφρον τε βαθεῖαν καὶ πολλὴν τὸ εὖρος καὶ διπλῆν περιμένος ἀπέτυχησε τοῦ ἐνοικοδομεῖν. οἱ δὲ πολλὰς ἐκδρομὰς ἀποπειρώμενοι, εἰ μὴ ἀφυλάκτους πῃ προσπέσοιεν τοῖς πολεμίοις πολλὰ ἔδρων αὐτούς, αὐθορμήτους δ' ἀνεχώρουν ἐχερῶς. ἐπεὶ δὲ βλαβερὰν κατενόησεν ὑρκανὸς τὴν πολυανθρωπίαν ἀναλισκομένων τὰ τ ὑπηρδείων πρὸς αὐτῆς, καὶ μηδένος οἷον εἰκὸς ἐκ πολιορκίας ἐργάζομένου, τὸ μὲν ἀχρεῖον αὐτῆς ἀποκρίνας ἐξέβαλεν, ὅσον δ' ἦν ἀκμαῖον καὶ μάχιμον ἔτι μόνον κατέχων. ἀντίοχος μὲν ἐν τοῖς ἀποληχθεῖσιν, ἐξελθεῖν σκώλυεν. οἱ δ' ἐν τοῖς μεταξὺ τείχεσι πλανώμενοι καὶ προσαναλίσκοντες τὸ λιμῷ, ἀπέθνησκον οἰκτρῶς. ὑπάρχοντος γὰρ μέσου τ σκηνοπηγίας ἑορτῆς, ἐλεήσαντες αὐτοὺς οἱ ἐντὸς πάλιν εἰσεδέξαντο. πέμψαντος δ' ὑρκανοῦ πρὸς ἀντίοχον, καὶ αἰτοῦντος ἡμερῶν ἑπτὰ διὰ τὴν ἑορτὴν ἀξιοῦντος. ἠνέῳξ, τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ τιμῶν τ ἀνδρ, καὶ πρόσοδον ἱερείων εἰσέπεμψε μεγαλοπρεπῆ ταύρους χρυσοκέρωτας. καὶ μὴν παντοίων ἀρωμάτων ἐκπώματα, χρυσᾶ τε καὶ ἀργύρεα. καὶ τὴν μὲν ἱερείαν δεξάμενοι ὡς τὸ κομίζοντων, οἱ πρὸς τῆς πόλεως ὄντες ἄγουσιν εἰς τὸ ἱερὸν, ἀντίοχος ὁ τὴν σκηνὴν εἰσῆλθεν, τελέσων ἀντίοχε δ' ἐπιφανοὺς διενέγκας, ὃς τὴν πόλιν ἑλών, ὑς μὲν κατέθυεν ἐπὶ τὸν βωμὸν, τ νεῶν ὁ τὸ ζωμὸ τάττων περιέῤῥανε, συγχέας τὰ ἰουδαίων νόμιμα καὶ τὴν πάτριον αὐτῶν εὐσέβειαν, ἐφ' οἷς ἐξεπολεμώθη τὸ ἔθνος, καὶ ἀκαταλλάκτως εἶχε. τὸν μὲν τὸν ἀντίοχον διὰ ὑφορολὴν τῆς θρησκείας εὐσεβῆ πάντες σκάλουσιν. ἀποδεξάμενος δ' αὐτὸ τὴν ἐπιείκειαν ὑρκανὸς, καὶ μαθὼν τὸν πρὸς τὸ θεῖον σπουδὴν, ἐπεσεύσετο πρὸς αὐτὸν ἀξιῶν τὴν πάτριον αὐτοῖς πολιτείαν ἀποδοῦναι. ὁ δ' ἀποσείμενος τὴν συμβουλὴν τῶν φρονιμωτάτων ἐξελεῖν τὸ ἔθνος διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτ διαφορὰν ὀμιξίαν, ἠκ ἐφρόντιζε. πανδημεὶ δ' κατ' εὐσέβειαν πάντα ποιεῖν τοῖς προσδέχ ἀπεκήνατο, φαδδαῖον μὲν τὸ ἔθνος τὸν πλησιοχωρούντων, καὶ δασμὸν αὐτῷ τελεῖν ἰόππης, καὶ τ ἄλλων πόλεων, παρεξ τ ἰουδαίας, φρουρὰν τε δεξαμένης ὅπη τύχοι ἀπολαχθεῖσα ἐ πολέμ. οἱ δ' τ ἄλλα μὲν ὑπέμειναν. τὴν δ' φρουρὰν ἠν ὁμολόγουν, διὰ τ ὀμιξίαν οὐκ ἐφίεμένοι πρὸς ἀλλήλους. ἀντὶ μὲν τοιούτης φρουρᾶς, ὁμήρους ἐδίδοσαν ϛ τάλαντα ἀργυρίου πεντακόσια. ὧν εὐθὺς τὰ τ, καὶ τοὺς ὁμήρους πρόσδεξαμένου ἐ βασιλέως ἔδοσαν, ἐν οἷς ἦν καὶ ὑρκανοῦ ἀδελφός. καθῆλε δ' ἐκ τὴν στέφανον τ πόλεως. ὅπη δ' τοῦτο μὲν ἐν

CAP. XVI.

Quod Antiochus cognomento Pius, ducto contra Hyrcanum exercitu, placatus trecentis talentis fœdus cum eo iniit.

ANtiochus autem memor incommodorum, XV.
qvæ a Simone acceperat, Judæam aggressus est, ex qvo regnare cœperat, anno qvarto, principatus vero Hyrcani primo, sexagesima secunda supra centesimam Olympiade: vastatisqve agris, Hyrcanum in urbem ipsam compulit. eam septenis castris cum cinxisset, primum nihil proficiebat, propter firmitatem mœnium & virtutem propugnantium, accedente etiam aqvarum penuria, cui tandem sub occasum Plejadis delati imbres fuerunt remedio. postremo ad septentrionalem muri partem, qva planior erat aditus, excitatis centum turribus, quæ surgebant usqve tertiam contignationem, impositisqve in eas cohortibus. qvotidie tentabat mœnia: dupliciqve fossa longa simul & lata cinctis Judæis præclusit omnem exitum. illi contra crebro excurrentes, si forte negligentius custodiri castra offenderent, afficiebant hostem clade aliqva: qvod si paratos ad resistendum invenirent, recipiebant se in tutiora facile. Hyrcanus autem postqvam cognovit sibi obesse suorum multitudinem, qvod inutiliter absumerentur ad victum necessaria, secretam infirmiorem turbam ejecit extra mœnia, solis retentis, qvi ob vigorem ætatis ad pugnam erant idonei. Antiochus autem exclusos vetabat progredi, ita ut miserabiliter oberrantes mœnibus conficerentur inedia. sed cum superveniisset festum scenopegiæ, miseratione suorum rursus in urbem recepti sunt. Rex etiam rogatus, ut gratia festi inducias septem dierum concederet, religione motus impetrari eas passus est: nec hoc contentus victimas misit magnifice, tauros auratis cornibus, & pocula tam aurea qvam argentea, referta omne genus aromatibus, & exercitui præbuit epulum, longe diversus ab Antiocho Epiphane, qvi, capta urbe, porcos super altari mactaverat, & jure carnium illarum templum asperserat, violatis Judæorum legibus simul & ceremoniis: unde acerbissima exorta sunt ejus gentis contra eum odia. at hic Antiochus propter religionem Pius cognominatus est ab omnibus. Hyrcanus vero, cognita ejus æqvitate, & pietate delectatus, legatos ad eum misit, rogantes, ut liceat sibi patriis vivere legibus. tum rex, repulsis, qvi svadebant internecione delendam gentem insociabilem, & discretam instituto a reliqvis omnibus, & approbata Judæorum pietate, imperavit, ut obsessi arma sibi traderent, & vectigalia Joppes, cæterarumqve extra Judæam urbium concederent, & insuper præsidium reciperent, promittens pacem eis se daturum his conditionibus. Assenserunt illi ad omnia, excepto præsidio, qvod vitarent exterorum consvetudinem: quod ne reciperent, maluerunt regi dare obsides & qvinqvies centum talenta insuper: qvorum tercentum mox reprælentata sunt, & inter obsides fuit etiam ipsius Hyrcani frater: dejectaqve mox lorica, qvæ im-

posita erat mœnibus, soluta est obsidio. Cæterum Hyrcanus, aperto monumento Davidis, qui olim regum omnium fuerat ditissimus, tria millia talentorum inde protulit: qvibus pecuniis fretus, primus omnium cœpit externum militem alere: & inito cum rege fœdere, exceptum in urbe cum exercitu tractavit liberalissime: qvin & profectum in expeditionem Parthicam secutus est una cum auxiliis. Testis est nobis Nicolaus Damascenus sic scribens: Antiochus, erecto trophæo ad Lycum fluvium, ubi Indatem Parthorum ducem profligaverat, hæsit ibi per biduum ad preces Hyrcani Judæi, quod in id tempus forte quædam Judæorum festivitas incurrerat, per qvam non licebat eis iter facere. Et verum est, qvod ille scripsit: nam Pentecoste instabat post sabbatum, qvo tempore nostris iter facere nefas habetur. Deinde cum Arsace Partho Antiochus signa contulit, qvo prælio victus, & vitam simul amisit & exercitum. Syrorum autem regnum frater ejus recepit Demetrius, dimissus ab Arsace, qvo tempore Parthorum regionem invaserat Antiochus, sicut jam ante in aliis commentariis diximus.

A ἀντίοχ⊙ τὴν πολιορκίαν λύσας ἀνεχώρησεν. ὑρκανὸς ὁ τ̃ δαβὶδ τ̃ τάφον ἀνοίξας, ὡς πλείστω τὰς πώποτε βασιλεῖς ὑπερέβαλε, τριχίλια μὲν τάλαντα ἐξεκόμισεν, ἐρωμένῳ δ⊙ οἱ τούτων πεῶτ⊙ ἰουδαίων ξενοτροφεῖν ἤρξατο. γίνε⊃ δ' αὐτῷ καὶ πρὸς ἀντίοχον φιλία & συμμαχία, καὶ δεξαμέν⊙ αὐτὸν εἰς τ̃ πόλιν, ἀφθόνως πάντα τὴν στρατιὰν, καὶ φιλοτίμως παρέσχε. καὶ τοιγαρο͂ν τ̃ ὅπλα πάρθοις αὐτὸ⊙ στρατιὰν συνεξωρμησεν ὑρκανός. μάρτυς ὁ τούτων ἡμῖν ἐστι καὶ νικόλα⊙ ὁ δαμασκηνὸς ἔτως ἱστορῶν. τροπαιον ὁ ἵστας ἀντίοχ⊙ ὅπι τ̃ λύκω ποταμῷ, νικήσας ἰνδάτην τ̃ πάρθων στρατηγὸν, αὐτὸ⊃ ἐμεινεν ἡμέρας δύο, δεηθέντ⊙ ὑρκανοῦ & ἰουδαίων ἀφ' ἑνὸς ἑορτῆς πατρίου, ἐν ᾗ τοῖς ἰουδαίοις σκηνὴν νόμιμον ἐξελθεῖν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ ψευδέτης λέγων. συνέπεσε γὰρ ἡμῖν ἔτει τῇ πεντηκοστῇ ἑορτὴ μ̃ τὸ σάββατον. σκηνεῖν ἡμῖν ἔστιν ἐν τοῖς σαββάσιν, ἔστε ἐν τῇ ἑορτῇ ἐξελθεῖν. συμβαλὼν ὁ ἀντίοχ⊙ ἀρσάκῃ τῷ πάρθῳ, πολλοὺς τε στρατιώτας ἀπέβαλε καὶ αὐτὸς ἀπώλετο. τὴν δ' τ̃ σύρων βασιλείαν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ δημήτρι⊙ δεξάμενος ἀπ' ἐκείνης αἰχμαλωσίας ἀπολύσαντ⊙, καθ' ὃν χρόνον ἀντίοχ⊙ εἰς τὴν παρθυαίαν ἐνέβαλεν, ὡς & πρότερον ἐν ἄλλοις δεδήλωται.

B

C

CAP. XVII.

Hyrcani expeditio in Syriam.

XVI. CÆterum Hyrcanus, audita morte Antiochi, confestim ad urbes Syriæ duxit exercitum, ratus id qvod erat, inventurum se eas vacuas propugnatoribus. Medabam igitur non sine labore sexto demum mense vi cepit: deinde Samegam cum vicinis oppidis, & insuper Sicima atqve Garizim cum gente Chuthæorum, quæ accolebat templum instar Hierosolymitani extructum, permissu Alexandri a Sanaballete duce, in gratiam generi ipsius Manassis, qui fuerat frater Jaddi pontificis, ut ante dictum est. incidit autem hujus templi desolatio post annum ducentesimum. Hyrcanus vero etiam Idumææ urbes cepit, Adora & Marissam, subjugatisqve omnibus Idumæis, edixit, ut circumciderentur, nisi mallent e propriis pelli sedibus. at illi amore patriæ admiserunt & circumcisionem & reliqvam juxta Judaicos ritus vivendi formulam: atqve ex eo primum tempore inter Judæos censeri cœpti sunt. Cæterum Hyrcanus pontifex renovaturus cum Romanis amicitiam, misit legatos ad senatum: ubi recitatis ejus literis, amicitia impetrata est his conditionibus: Fanius Marci filius Pr. indixit senatum in campum octavo Idus Februarias, præsente Lucio Manlio Lucii filio Mentina, & Cajo Sempronio Caji filio Falerna, propter eas res, quas legati retulerunt, Simon Dosithei, Apollonius Alexandri, Diodorus Jasonis, viri honesti ac probi, missi a populo Judæorum: qui etiam egerunt de amicitia & societate, qvæ eis intercedit cum populo Romano, & de negotiis publicis, ut Joppe & portus, Gazaraqve & fontes atqve urbes reliqvæ per Antiochum ablatæ præter senatus decretum, restituantur hæc omnia, neve mi-

Κεφάλαιον ιζ'.

Τρκανὸ στρατεία ἐπὶ συρίαν.

D Ὑρκανὸς ὁ ἀρχιερεὺς τ̃ ἀγλιοχ⊙ θανάτου, εὐθὺς ὅπι τὰς ἐν συρίᾳ πόλεις ἐξεστράτευσεν, οἰόμεν⊙ αὐτὰς ἐρήμους τ̃ μαχίμων καὶ ῥώμης δυναμένων. μηδαβὰν μὲν οὖν πολλὰ τ̃ στρατιᾶς αὐτῷ παλαιποριηθείσης ὀ μικρὸν ἔλειπεν. ἔπειτα καὶ σαμεχὰν, καὶ τὰ πλησίον αὐτῆς αἱρεῖ, σίκιμά τε πρὸς τούτοις καὶ γαριζὶν τὸ χεθαίων ὄρ⊙, ὅπερ ὥσπ̃ τὸ ἱκαθέντα τῶν ἐν ἱεροσολύμοις ἱερῶ ναὸν, ἐν ἀλεξάνδρ⊙ ἐπιτρέψεν οἰκοδομῆσαι συναβαλλέτη τῷ στρατηγῷ διὰ τὸν γαμβρὸν μανασσῆ τὸν ἰάδδου ὁ ἀρχιερέως ἀδελφὸν, ὡς καὶ πρότερον δεδηλώκαμεν. συνέβη δ' τὸν ναὸν ἔτι ἐρημον γηρέσθαι μ̃ ἐπ' σ'. ὑρκανὸς δὲ καὶ τ̃ ἰδουμαίας αἱρεῖ πόλεις ἄδωρα, καὶ μάρισαν. καὶ ἅπαντας τοὺς ἰδουμαίους ὑποχειρίους ποιησάμεν⊙, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ ἐὰν περιτμηθῶσι τε τὰ αἰδοῖα καὶ τοῖς ἰουδαίων νόμοις χρήσθαι θέλοιεν. οἱ δὲ πόθῳ τ̃ πατρίου γ̃ καὶ τὴν περιτμὴν καὶ τὴν ἄλλην βίωσιν ἐπεμέναν τοῖς αὐτοῖς ἰουδαίοις ποιησασθαι. κἀκεῖν⊙ αὐτοῖς χρόν⊙ ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ τὸ λοιπὸν ἰουδαῖοι. ὑρκανὸς δ' ὁ ἀρχιερεὺς ἀνανεώσασθαι τὴν πρὸς ῥωμαίους φιλίαν βουλόμεν⊙, πέμπει πρεσβευτὰς αὐτούς. καὶ ἡ σύγκλητ⊙ δεξαμένη τὰ παρ' αὐτ̃ γράμματα, ποιεῖ & πρὸς αὐτὸν φιλίαν τοιαύτη τ̃ τρόπῳ. φανε͂ μάρκου υἱὸς στρατηγὸς βουλὴν συνήγαγε πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν φεβρουαρίων ἐν κομιτίῳ. παρόντ⊙ λουκίου μαννίου λουκίου υἱοῦ μενπτίνα, καὶ γαΐου σεμπρωνίου γαΐου υἱοῦ φαλερνᾶ, περὶ ὧν ἐπέστελλον σίμων δοσιθέου, & ἀπολλώνι⊙ ἀλεξάνδρου, καὶ διόδωρ⊙ ἰάσων⊙, ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ, πεμφθέντες ὑπὸ δήμου τῶν ἰουδαίων, οἱ & διελέχθησαν περὶ φιλίας τ̃ ὑπαρχούσης τούτοις καὶ συμμαχίας πρὸς ῥωμαίους καὶ τ̃ δημοσίων πραγμάτων, ἵνα τε ἰόππη καὶ λιμένες καὶ γαζάρα, & πηγαὶ, & ὅσας πόλεις αὐτῶν ἄλλας καὶ χώρας πολέμῳ ἔλαβεν ἀντίοχ⊙ πρὸ τ̃ τῆς συγκλήτου δόγμα, ταῦτα ἀποκατᾶῃ, ἵνα τε τοῖς στρα-

E

F

G

πώταις

πώτως τοῖς βασιλικοῖς μὴ ἐξῆ διὰ τῆς χώρας τῶν αὐτῶν καὶ τὰ ἐπηκόων αὐτῶν διέρχεσθαι. καὶ ὅπως τὸν ἤδη τοῦ πολέμου γενόμενον ψηλαφήσαντα τὸν ἀντίοχον ὠφελῇ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα, ἄκυρα γένηται, ἵνα τε πρεσβεῖς πεμφθέντες ἀποδοθῆναί τε αὐτοῖς ποιήσωσι τὰ ὑπ' ἀντίοχου ἁρπασθέντα, καὶ τὴν χώραν διαμετρήσωσιν, τῶν τε πολέμῳ διεφθαρμένων, ὅπως τε αὐτοῖς πρός τε βασιλέας καὶ δήμους ἐλευθέρους γράμματα δῶσιν εἰς ἀσφάλειαν τῆς εἰς οἶκον ἐπανόδου. ἐδόξεν ἂν ὠφελεῖν τούτων ταῦτα, ἀνανεώσασθαί φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς ἄνδρας ἀγαθοὺς, καὶ ἀπὸ δήμου πέμψαντας ἀγαθοῦ καὶ φίλου. περὶ μὲν τῶν γραμμάτων, ἀπεκρίναντο βουλεύσεσθαι, ὅταν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἡ σύγκλητος ἐσχολήσῃ, πρεσβευτὴν τε δόντες τοῦ λοιποῦ μηδὲν εἰς αὐτοὺς ἀδίκημα τοιοῦτον ἐπηρεασθῆναι, δοῦναί τε αὐτοῖς τὸν στρατηγὸν Φάνιον χρήματα ἐκ τοῦ δημοσίου, ὅπως ἂν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανέλθοιεν. Φάνιος μὲν οὖν ἅτοις ἀποπέμπει τὰς τῶν ὁδῶν πρέσβεις, χρήματα δοὺς αὐτοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου, καὶ δόγμα συγκλήτου πρὸς τὸν Πτολεμαῖον πέμψαντας, καὶ ἀσφαλῆ παρεξομένους τὴν οἰκάδε παρουσίαν. τὰ μὲν οὖν περὶ Ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα ἐν τούτοις ἦν.

Δημήτριος δὲ ὁ βασιλεὺς πρόθυμον μὲν ἔσχε στρατεύειν ἐπὶ Ὑρκανόν, ὅτι ἐξέλιπε τὸν χρόνον καὶ ἀφορμὴν, τὸ πρῶτον καὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸς αὐτὸν ἀπεχθανομένων. πονηρὸς γὰρ ἦν. καὶ πεμψάντων πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φύσκωνα ἐπικλήσεως πρέσβεις, ὅπως τινὰ τῶν ἐκ τοῦ Σελεύκου γένους ἀφῇ αὐτοῖς ἀποδείξαντες τὸν βασιλέα, ἢ Πτολεμαίου πέμψαντος Ἀλέξανδρον τὸν ἐπικληθέντα Ζεβινᾶν ἐπιλεξάμενοι, καὶ μάχης πρὸς Δημήτριον γενομένης, ὁ μὲν ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, φεύγει πρὸς Κλεοπάτραν τὴν γυναῖκα εἰς Πτολεμαΐδα. ἐκ μὲν διαφθορᾶς αὐτὸν τῆς γυναικὸς, ἐκεῖθεν εἰς Τύρον ἀπελθὼν, ἁλίσκεται, καὶ πολλὰ παθὼν ὑπὸ τῶν μισούντων ἀπέθανεν. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τὴν βασιλείαν διαλαβὼν, φιλίαν ποιεῖται πρὸς Ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα. ἐπὶ δὲ πολεμήσαντος αὐτῷ Δημητρίου παῖδες ἀντίοχος τε ὁ μετὰ ταῦτα ἐπικληθεὶς, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ ὑπὸ Πλαθφθέους τοῦ Ἀράβων βασιλέως, ἀντίοχος ὁ κατὰ τὴν Συρίαν βασιλεύσας, ὅτι μὲν τὴν Ἰουδαίαν ταπεινὴν εὐλαβῆς ἦν, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν μεμητρίου, ἀντίοχον ὁ κατὰ τὴν Κιλικίαν ἐπικαλούμενος, δυνάμεως ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ κυζίκου συλλέγοντα πολλὴν ἐκ χώρας, ἐγὼ φράσω κελεύσαι αὐτὸν ὅπως τὸν φόνον τοῦ ἀδελφοῦ, ὃς κυζικηνὸς μὲν ἐπεκλήθη, διὰ τὸ τραφῆναι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, πατρὸς δὲ ἦν ἀντίοχος ὁ σωτὴρ ἐπικληθέντος, ὃς ἐν πάρθοις ἀπέθανεν. ἦν δὲ ἀδελφὸς καὶ δημητρίου καὶ γρυπὸς πατρὸς. σωσίπολιν μέντοι μίαν τῶν δύο ἀδελφοῖς μητρὸς κλεοπάτρας, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ἱστορήκαμεν. ὁ δὲ κυζικηνὸς ἀντίοχος ὠφελούμενος εἰς συρίαν, πολλοῖς ἐπεστρέφετο τὸν ἀδελφὸν πολεμῶν διεπλάσσετο. Ὑρκανὸς δὲ πάντα σκήπτον τὸν χρόνον ἐν εἰρήνῃ διῆγε, καὶ αὐτὸς μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ τελευτῆσαι τὸν μακεδόνων ἀπέσχετο, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐπαύσατο, ὅπως ὡς φίλος αὐτοῖς ἀδεῶς ἐπιπορεύοιτο, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὰ πράγματα ἐν ἀπόδοσι πολλῇ καὶ ἀκμῇ καὶ τοῦ ἀλεξάνδρου καὶ ζαβινᾶ καιροὺς, καὶ μᾶλλον ἔτι τούτοις τοῖς ἀδελφοῖς ὁ γὰρ πρὸς ἀλλήλους αὐτοὺς πόλεμος, ὁσημέραι Ὑρκανὸν καρποῦσθαι ἀδείαν ἐπ' ἀδείᾳ παρεῖχεν, ὡς ἄπειρον πλῆθος χρημάτων συναγαγεῖν. ἐπεὶ μάρτυς κυζικηνὸς τῶν γλῶ κακοήθων, φανερῶς καὶ αὐτὸς τὴν ἐαυτοῦ προαίρεσιν ἐπεδείκνυτο. καὶ τῶν ἀπ' αὐγούστου

litibus regiis liceat per regionem ipsorum aut subditorum iter facere. & ut eo bello per Antiochum attentata præter decretum senatus, fiant irrita: utqve legati a senatu missi, curent reddi, qvicqvid Antiochus abstulerat, & pretium agrorum æstiment, qvi eo bello vastati sunt. & ut literæ commendatitiæ legatis dentur ad reges & liberos populos, qvo tutius possint reverti in patriam. Qvibus de rebus visum est senatui renovare societatem & amicitiam cum viris bonis, & missis a bono atqve amico populo. De literis autem scribendis responsum est, curæ futurum senatui, qvam primum ab aliis negotiis vacaverit, & daturum operam, ne ulla posthac eis inferatur injuria, mandatumqve est prætori Fanio, ut ex publica pecunia legatis numeraret viaticum, qvo commodius se referre possent in patriam. atqve ita publico sumptu legatos prætor domum remisit, cum commendatitiis ad eos, per qvorum loca erant transituri. Et Hyrcani qvidem pontificis rerum status sic fuit. Demetrius autem, rex, cupiens bellum Hyrcano inferre, opportunitatem non habuit, invisus ex æqvo tam Syris qvam militibus, propter mores improbos, ita ut miserint ad Ptolemæum Physconem, rogantes, ut aliqvem ex Seleuci genere eis daret, qvem, posset regem sibi constituere. cumqve is misisset Alexandrum Zebinam, commisso prælio, Demetrius vincitur, & refugiens e pugna ad Cleopatram uxorem in Ptolemaiden, exclusus est ab ea: delatusqve inde Tyrum ab inimicis capitur. & diu misere vexatus tandem interficitur. Alexander autem regnum adeptus, fœdus ferit XVII cum Hyrcano pontifice, deinde petitus bello ab Antiocho Grypo Demetrii filio, in prælio casus occubuit. At Antiochus regnum Syriæ consecutus, non ausus est expeditionem contra Judæos suscipere, audito, qvod frater ipsius germanus, eodem nomine dictus Antiochus, copias contra se apud Cyzicum colligeret. Qvapropter nihil in Judæos movens, decrevit parare se contra fratris adventum, cognominati Cyziceni, eo qvod in illa urbe educatus sit. patre autem genitus fuerat Antiocho Sotere, qvi a Parthis occisus est. acciderat enim, ut Cleopatra duobus fratribus alteri post alterum nuberet, sicut alias diximus. Porro Antiochus Cyzicenus ubi pervenit in Syriam, multis annis cum fratre conflictatus est, Hyrcano interim per totum illud tempus agente in pace continua. mox enim post Antiochi cædem defecerat a Macedonibus: jamqve nec ut subditus, nec ut amicus ullam illis ferebat opem amplius: sed maximis successibus res ejus auctæ sunt. Alexandri Zabinæi tempore, & majoribus etiam, regnantibus his duobus fratribus. bellum enim, qvo se atterebant mutuo, occasionem Hyrcano præbuit, ut, secure frueretur Judææ proventibus, & ingentem pecuniarum vim inde congereret. Et Cyziceno vastante fratris regionem, non dissimulavit & ipse, qvid moliretur: videnscve Antiocho

nihil esse ab Ægypto præsidii, sed tam ipsum, A qvam ejus fratrem multas clades accipere ex continuis inter se certaminibus, utrumqve facile despexit.

συμμάχων ἔρημον ὁρῶν τ̀ ἀντίοχον, ϛ̀ αὐτὸν τε πρᾶττοντα κακῶς ϛ̀ τ̀ ἀδελφὸν αὐτ῀ ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἀγῶσιν, ἀμφοτέρων καταφρονήσας.

CAP. XVIII.

Qvod Antiochus Cyzicenus Samaritis auxilium ferens, victus aufugit.

Κεφάλαιον ιη'.

Ὡς ἀντίοχος ὁ κυζικηνὸς ἐλθὼν βοηθήσων τοῖς σαμαρεῦσι, ἡττηθεὶς διέφυγε.

QVapropter duxit exercitum ad Samariam urbem munitissimam, quæ, qvod nunc Sebaste vocetur, ab Herode condita, cum erit opportunum, dicemus. hanc adortus oppugnat nullis parcens laboribus, infensus ei propter injurias illatas Marisænis, colonis Judæorum & sociis, sed Syriæ regi subditis. Cum itaq; urbem fossa & duplici muro cinxisset per octoginta stadia, obsidioni præfecit filios Antigonum & Aristobulum: quibus urgentibus & fame premente, eo necessitatis adducti sunt Samaritæ, ut coacti vesci cibis insvetis homini, postremo Antiochi Cyziceni opem imploraverint, qvi cum venisset propere, victus est ab Aristobuli militibus: & insequentibus eum fratribus usqve Scythopolim, ægre evasit. at illi reversi contra Samaritas, rursum eos compellunt intra mœnia, & cogunt iterum ab eodem Antiocho auxilium petere. Is, accitis a Ptolemæo Lathuro circiter sex armatorum millibus, qvos ille, invita matre & tantum non imperio per eam deturbatus, miserat, primum vagabatur per ditionem Hyrcani latrocinabundus cum Ægyptiis, non audens qvidem aperto Marte decernere, qvod esset impar viribus, existimans tamen se vastandis agris effecturum, ut Hyrcanus obsidionem Samariæ solveret. Sed postqvam multos e suis amisit exceptos hostium insidiis, profectus est inde Tripolim, Callimandro & Epicrati ducibus demandato bello Judaico. ex his Callimander audacius quam prudentius cum hoste congressus, profligatis suis & ipse inter alios cecidit. Epicrates autem pecunia corruptus, Scythopolim & alia quædam oppida manifeste Judæis prodidit: nec qvicqvam Samaritis obsessis profuit. atqve ita Hyrcanus integro anno in oppugnatione exacto, non contentus urbem capere, etiam solo eam æqvavit, ductis illo torrentibus: qvorum eluvie ita cuncta fœdata sunt, ut ne vestigium quidem superesset ejus oppidi. Incredibile autem quiddam narratur de Hyrcano pontifice, dignatum eum esse divino colloqvio. Fertur enim, qvod illa ipsa die, qva ejus filii conseruerunt cum Cyziceno prælium, pontifex ipse solus in templo odoramenta adolens vocem audierit, nunciantẽ filiorum recentem de Antiocho victoriam: idq; mox progressus renunciavit multitudini, & paulo post certius comprobatum est ejus oraculum. Et Hyrcani quidem res gestæ sic se habuerunt. Accidit autem hoc tempore, ut non Hierosolymis solum, sed & apud Alexandriam reliqvamq; Ægyptum & Cyprum fortuna aspiraret Judæorum successibus. Cleopatra enim regina a filio Ptolemæo Lathuro dissidens, copiis suis duces præposuit Chelciam & Ananiam filios Oniæ, qvi templum

Καὶ στρατεύει μὲν ἐπὶ σαμάρειαν πόλιν ὀχυρωτάτην, ϖερὶ ἧς ὕστερον καλῶ) νῦν σεβαστὴν κτισθεῖσαν ὑπὸ ἡρώδου, ϗ̀ καιρὸν ἔσεσθαι δηλώσομεν ϖερισταλὼν δ' αὐτὴν φιλοπόνως ἐπολιόρκει, μισοπονηρῶν τοὺς σαμαρεῖσιν, ὑπὲρ ὧν μαριστηνοὶ ὑπήκοοι ὄντες ἰουδαίων καὶ συμμάχους, ἠδίκησαν, ὑπαχθόντες τοῖς τ̀ σύρων βασιλεῦσι ϖεριστάσεσι πολλὰ καὶ πικρὰ ϖαντοίως ἐν τῇ πόλει, καὶ διαπλὰς τὸ τεῖχος ἀποστάδιον π', τὸν μὲν ἐφεῖσιν, ἀντίγονον δ' ἀλεξίσταλον, ὧν ὑπεκειμένων εἰς ὅτ' ἀνάγκης ὑπὸ λιμοῦ ϖροσαχθῆναι τοὺς σαμαρεῖς ϖαντάπασιν, ὡς ἄψασθαι μὲν τ̀ ἀνθρώπων, ὑπαλέσασθαι δὲ βοηθὸν ἀντίοχον τὸν κυζικηνόν. ὃς ἐπιὼν ὑπὸ τῶν σαμαρέων ἀφικνουμένῳ, ὑπὸ τ̀ ϖερὶ δρίσταλον, ἡττᾶτο. διωχθεὶς δ' ἄχρι σκυθοπόλεως ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, διέφυγε. οἱ δ' ὑπὸ τὰς σαμαρεῖς ὑποστρέψαντες, συγκλείουσι πάλιν εἰς τὸ τεῖχος αὐτούς, ὡς καὶ δεύτερον ὑπικαλέσασθαι σύμμαχον. πέμψαντας τ̀ αὐτ῀ ἀντίοχον. ὃς ϖρὸς πτολεμαῖον ὁ λαθούρου μεταπεμψάμενον ἄνδρας εἰς ἑξακισχιλίους, οὓς ἀκούσης τῆς μητρὸς ἔκπεμπον, ϗ̀ ὃν ὅσον οὔπω τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἐκβεβληκυῖαν ἐξαπέστειλε, τὰ μὲν πρῶτα τῶν ὑπαίθρων, ἐπορθῶ τ̀ ὑρκανοῦ χώραν μὴ τ̀ αἰγυπτίων ληστρικῶς, μάχεσθαι μὲν αὐτῷ ϗ̀ ϖροσωπῳ ὑ πτολεμαίων, ὑ γὰρ ἰσχυρεὼς ἡ δύναμις αὐτ῀, νομίζων ἢ τῇ κακώσει τῆς γῆς, ἀναγκάσειν ὑρκανὸν λῦσαι τ̀ ὑπὸ τ̀ σαμάρειαν πολιορκίαν. ἐπεὶ ϗ̀ πολλοὺς τ̀ στρατιωτ̀ ἀπώλεσεν ἐπέδρευσε ϖερὶ πτολεμαΐδα, ἀπῆρεν εἰς τρίπολιν, καλλιμάνδρῳ ϗ̀ ὑπικράτ῀ τ̀ ϖρὸς τοὺς ἰουδαίους πόλεμον ὑπατρέψας. καλλίμανδρος μὲν οὖν θρασύτερον τῶν πολεμίων ϖροσενεχθεὶς, εἰς φυγὴν τραπόμενος διέφθαρη. ὑπικράτης δ' ὑπὸ φιλοχρηματίας, τήν τε σκυθόπολιν καὶ πάλλα ϖερ τοιαῦτα χωρία, ϖροὔδωκε φανερῶς τοῖς ἰουδαίοις, τῶν ϗ̀ σαμαρέως πολιορκίαν, ἀμελοῦντος σὺν ἡδυπάτῃ. ὑρκανὸς μὲν οὖν τῶν πάλιν ἑλὼν, ὑπαυτοῦ πολιορκήσας, σὺν ἡμέᾳ μόνῳ τοῦτῳ, ἅπαντα εὐτ῀ ἠφάνισεν, ὑπέκλυσεν τοῖς χειμάρροις ποιήσας. ἀμασήσας γὰρ αὐτ῀ ὡς ϖεὶς χαράδρας μεταπεσεῖν, τὰ σημεῖα ὃ ῥᾳδίως ϖοτὲ αὐτὴν ἀφείλατ'. ϖεπυσμένον δὲ ϖερὶ ὃ ἱερέως ὑρκανὸν λέγω), πίνα τρόπον αὐτῷ τὸ θεῖον εἰς λόγους ἦλθε. φασὶ γὰρ ὅτι κατ' ἐκείνην τ῀ ἡμέραν, καθ' ἣν οἱ παῖδες αὐτοῦ τῷ κυζικηνῷ συνέβαλον, αὐτὸς ἐν τῷ ναῷ θυμιῶν, μόνος ὢν ὁ ἀρχιερεὺς ἀκούσαι φωνῆς ὡς οἱ παῖδες αὐτοῦ νενικήκασιν δεξιῶς τ̀ ἀντίοχον. καὶ ὅτ' ϖροελθὼν ἐκ ὑ ναῷ, ϖαντὶ τῷ τάληθὲς φανερὸν ἐποίησε, καὶ συνέβη ὕτως ἔχειν. καὶ τὰ μὲν ϖερὶ ὑρκανὸν, ἐν τούτοις ἦν. ϗ̀ ὃ ὅτον ἔτυχε τ̀ καιρὸν μὴ μόνον τοὺς ἐν ἱεροσολύμοις καὶ τῇ χώρᾳ ἰουδαίους εὐπραγεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἀλεξανδρείᾳ κατοικοῦντας καὶ ἐν αἰγύπτῳ καὶ κύπρῳ. κλεοπάτρα γὰρ ἡ βασίλισσα, ϖρὸς τ̀ ἰδίου στασιάζουσα, πτολεμαῖον τ̀ λάθυρον ὑπιλεγόμενον, κατέστησεν ἡγεμόνας, χελκίαν καὶ ἀνανίαν υἱοὺς ὄντας ὀνίου ὃ οἰκοδομήσαντος τ̀ ναὸν ἐν τῷ

ὁ τὴν ἡλιουπολίτην νόμῳ πρὸς τὸν ἐν ἱεροσολύμοις, ὡς ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν. ὥσθ' ὅσα ἦν τότε ἡ κλεοπάτρα τὴν γραῦν, οὐδὲν διέφερε τῆς τότε γούμενος ἔπραττεν, ὡς μαρτυρεῖ καὶ γράφων ἡμῖν ὁ καππαδόξ, λέγων οὕτως. οἱ γὰρ πλείους οἵτε συνελθόντες ἡμῖν καὶ οἱ ὕστερον ἀπεσταλμένοι ὥσθ' τῆς κλεοπάτρας εἰς κύπρον, μεταβαλλόντα ὥσθ' αὐτὴν πρὸς τὸν πτολεμαῖον. μόνοι ἦ οἱ ἐκ τῆς ὀνίου λεγόμενοι συνέμενον ἰουδαῖοι, ἅτε τὸν τῶν πολιτῶν αὐτῶν εὐδοκιμοῦντες μάλιστα ὥσθ' τῇ βασιλίσσῃ χελκίου τε καὶ ἀνανίου. ταῦτα μὲν οὖν ὁ γράφων φησί. ὑρκανὸς ἦ φθόνον ἐκίνησε ἡ εὐπραγία ὥσθ' τῶν ἰουδαίων. μάλιστα ἦ οἱ φαρισαῖοι κακῶς πρὸς αὐτὸν εἶχον, αἵρεσις οὖσα μία τῶν ἰουδαίων, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δεδηλώκαμεν. παντὶ γὰρ ἔχουσι τὸν ἰσχυρὸν ὥσθ' τοῦ πλήθους, ὡς κἂν βασιλέως τι λέγοντες καὶ κατὰ τῶν ἱερέων, εὐθὺς πιστεύεσθαι. μαθητὴς δὲ αὐτῶν λέγεται καὶ ὑρκανὸς, καὶ σφόδρα τοῖς αὐτῶν ἠγαπᾶτο. καὶ δή ποτε καλέσας αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὸν, καὶ φιλοφρόνως ὑποδεξάμενος, ἐπεὶ σφόδρα ἡδομένους εὗρεν λέγειν ἤρξατο πρὸς αὐτούς, ὡς ἴσως μὲν αὐτὸν βουλόμενον εἶναι δίκαιον, καὶ πάντα ποιοῦντα, ἐξ ὧν δέοιτ' ἂν τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτοὺς φαρισαίους φιλοσόφους. ἠξίου γε μέντοι εἰ βλέπουσιν αὐτὸν ἁμαρτάνοντα, καὶ τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας ἐκτρεπόμενον, εἰς αὐτὴν ἐπανορθοῦν. τοὺς ἦ μαρτυρησάντων αὐτῷ πάντα δρεστέως, ὁ μὲν, ἤδη τοῖς ἐπαινοῦσιν. ὅς δέ τις τὸν καταπεμφθέντα ἐλεάζαρον ὀνόμασε, κακοήθης ὢν φύσει καὶ χαίρων, ἐπεὶ φησὶν ἠξίωσας γνῶναι τοῦ ἀληθοῦς, εἰ θέλεις εἶναι δίκαιος, τοῦ δὲ χειροτονεῖσθαι δοτέον, καὶ μόνον ἀρκεῖτ' ἂν τὸ ἄρχειν ὑπὸ λαοῦ. τοῦ δ' αἰτίαν αὐτῷ πυθομένῳ, διὰ τοῦτο τῶν δὲ χειροτονεῖσθαι δοτέον, ὅτι φησὶ ἀκούσαντα ὥσθ' τῶν πρεσβυτέρων οὐχ μάλιστ' ἂν σε γνώναι τοῦ μητέρα βασιλεύοντος ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς. ψευδὴς ἦ ὁ λόγος οὗτος. καὶ πρὸς αὐτὸν ὑρκανὸς παροξυνθείς, καὶ πάντες δὲ οἱ φαρισαῖοι, σφόδρ' ἠγανάκτησαν. τὸ δ' ἐκ τῆς συνόδου τῶν αἱρέσεων οὗτος τοῦ σαντίου τῆς φαρισαίων προσαίρεσιν ἔχοντος, ὃς ἦν τῶν μάλιστα φίλος ὢν ὑρκανῷ, τῇ κοινῇ πάντων φαρισαίων γνώμῃ, παιόντος τὰς βλασφημίας τὸν ἐλεάζαρον ἔλεγε, καὶ δῆτ' ἐστὶν ἔκδηλον αὐτὸ τοῦτο φανερὸν αὐτῷ πεποιῆσθαι παρ' ἐκείνων, τίνων ἄξιος ἔστιν ὅτι τοῖς εἰρημένοις κολάσεως, δὲ δὲ ὑρκανὸς τοὺς φαρισαίους προσῆκε τιμωρίας, πειθόμενος γὰρ ἂν μὴ τῆς ἐκείνων γνώμης γενέσθαι τὰς βλασφημίας, τιμησαμένων αὐτὸν τοῦ μέτρου τῆς δίκης, πληγῶν ἐφάσαν ἂν δεσμῶν. ἐφ' ᾧ εἰδέναι λοιδορίας ἐνεκα θανάτῳ ζημιοῦν, ἄλλως τε καὶ φύσει πρὸς τὰς κολάσεις ὀξέως ἔχουσιν οἱ φαρισαῖοι. ὥστε δὴ λίαν ἐχαλέπηνε, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν ἐκείνοις ποιοῦσαν τὰς βλασφημίας τὰ ἀνθρώπων ἐκίνησε. μάλιστα ἦ αὐτὸν παρώξυνεν ἰωνάθης, ὃς διέβαλεν ὅτως, ὡς τι τῇ συνόδῳ τῶν φαρισαίων ταῖς ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καταστάσεσιν ἐναντίον πεποιηκὼς εἴη, καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῦ καταστάσεις ἐνεμίμησε τῇ δήμῳ καταλύσας, καὶ τὰς φυλακτηρίους αὐτὰ κολάσεις. μισῶν οὖν ἐπὶ τοῦτῳ αὐτὸν τι καὶ τοῖς υἱοῖς ὥσθ' τοῦ πλήθους διέφυσε. δεῖ μὲν τι τούτων αὐθις ἐρῶ. νυνὶ ἦ δηλῶσαι βούλομαι ὅτι νόμιμα πολλὰ πατέρες παρέδοσαν τῷ δήμῳ οἱ φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἃ πρὸς τὰ ἀναγεγραμμένα ἐν τοῖς μωυσέως νόμοις, καὶ διὰ τοῦτο

in Heliopolitana præfectura ædificaverat Hierosolymitano simile, ut alias diximus. ex horum sententia regina gerebat omnia, sicut & Strabo Cappadox testatur his verbis: Pleriqve enim, qvi prius nobiscum venerunt in Cyprum, qvive post a Cleopatra illo missi sunt, confestim deficiebant ad Ptolemæum. soli vero ex Oniæ factione Judæi constanter manserunt in officio, eo qvod cives eorum Chelcias & Ananias apud reginam essent in precio. Hæc Strabo. Hyrcano autem apud Judæos felicitas invidiam peperit. sed præcipue Pharisæorum secta male ei volebat, de qva supra mentionem fecimus. tanta autem eorum autoritas est apud populum, ut, etiamsi regi obloqvantur aut pontifici, fidem tamen eis vulgus habeat. Horum discipulus & Hyrcanus fuerat, in primis charus huic hominum generi. qvos cum aliqvando vocasset ad convivium, & accepisset comiter, postqvam animadvertit eos exhilaratos, sic illos affatus est: Scire eos suam voluntatem, qvod nihil magis cuperet, qvam justus esse & omnia juxta Dei placita facere, qvemadmodum & ipsi doceant. attamen si qvid in ipso desiderarent, & aliqva in re a justitiæ præscriptis aberrantem deprehenderent, officii illorum esse, ut admonitione corrigant, cum vero omnes ejus virtutem comprobarent, vehementer gavisus est eorum testimonio. tandem unus e convivis Eleazarus, vir malus & seditiosus: Qvandoqvidem inqvit, ais te cupere audire veritatem, si vis esse justus, abdica te pontificatu, & contentus esto principatu populi. Illo vero causam rogante, cur ita hoc postularet: Qvia, inqvit, audivimus a natu grandioribus, matrem tuam captivam fuisse, regnante Antiocho Epiphane. Falsus autem erat is rumor, & ideo graviter his verbis Hyrcanus offensus est, nec minus Pharisæi cæteri. Tum Jonathas qvidam e Sadducæorum secta, qvæ est Pharisæis contraria, præcipuus Hyrcani amicus, dicebat de communi Pharisæorum sententia convitiatum Eleazarum: qvod si dubium videatur, manifestum fore, interrogatis illis, qva pœna hominem dignum censeant. Qvod postqvam Hyrcanus rogavit, dicens ex pronuntiata ab illis sententia se cogniturum, an ex eorum consensu factum sit sibi convitium, & illi satis putarunt, si vinculis castigaretur & verberibus, qvod iniqvum videretur capite hominem plecti ob maledicentiam, & alioqvi hoc genus clemens sit in animadversionibus, vehementer exacerbatus est, qvasi jam compertum haberet eos esse autores opprobratæ sibi generis infamiæ. Nec destitit Jonathas furenti calcar addere, in tantum, ut, desertis Pharisæis, ad Sadducæos deficeret, & abrogatis illorum constitutionibus, earum observatores pœnis afficeret: atqve hinc factum est, ut ipse & ejus filii parum gratiosi apud vulgum fuerint: qvemadmodum alias opportunius dicetur. Nunc enim indicandum est, qvod multas constitutionum a majoribus per manus acceptas Pharisæi tradiderint populo, qvæ non sunt scriptæ inter leges Mosaicas: & ideo

Sadducæi his autoritatem abrogant, dicentes A oportere eas tantum servari, qvæ scripto continentur. atqve hinc magna inter utrosqve exorta est controversia, dum ditiores stant a Sadducæorum partibus, Pharisæi cæteræ multitudinis utuntur favoribus. Sed de his duabus sectis & Essennorum tertia satis docuimus in secundo de Judaico bello volumine. Hyrcanus autem, seditione sedata, & post hanc exacta vita feliciter, elapsisqve uno & triginta annis ejus B imperii, moritur, relictis quinque filiis superstitibus, tribus maximis a Deo habitus dignus honoribus, principatu gentis Judæorum, & pontificatu, & prophetia. fruebatur enim divinis colloqviis. unde tantam nactus est futurorum præscientiam, ut prædixerit duos majores natu e suis liberis, non diu fore paterni principatus compotes: qvorum exitium operæ precium C est cognoscere, quo magis patris eluceat divinatio.

τοῦτο τὸ σαδδουκαίων γένος ὀνομάζεται, λέγει σκῆνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. ἐκ δὲ τούτων ζητήσεις αὐτοῖς καὶ διαφοραὶ συνέβαινε μεγάλαι, τῶν μὲν σαδδουκαίων, τοὺς εὐπόρους μόνον πειθόντων, τοῦ δὲ δημοτικοῦ ὄχλου ἐπόμενον αὐτοῖς ἐχόντων, τῶν δὲ φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐχόντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τῶν δύο αἱρέσεων ἐν τῇ δευτέρᾳ μοι τῶν ἰουδαϊκῶν, ἀκριβῶς δεδηλώκαμεν. ὑρκανὸς δὲ παύσας τὴν στάσιν, καὶ μετ' αὐτὴν βιώσας εὐδαιμόνως καὶ τὴν ἀρχὴν διοικήσας μεθ' ἑπτὰ μὲν καὶ τριάκοντα ἔτεσιν ἐνιαυτοὺς τελευτᾷ, καταλιπὼν υἱοὺς πέντε τοὺς μεγίστους ἀξιώματος ὑπὸ θεοῦ πεφθῆναι, ἀρχῆς ἐθνους καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς τιμῆς, καὶ προφητείας. συνῆν γὰρ αὐτῷ τὸ θεῖον καὶ τῶν μελλόντων παρῆγεν αὐτῷ πρόγνωσιν, καὶ προλέγειν αὐτούς, ὡς τε καὶ δύο τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ παίδων, εἰ μὴ μάθοιεν τὰ πράγματα κύριοι προσέσεσθαι. ἐν τίνι καιροφυλακεῖν εἰς τὸ μανθάνειν ὅσον τὸ θεῖον πατρὸς ἐνέβλεπον εὐτυχίας, ἄξιον ἀφηγήσασθαι.

CAP. XIX.

Aristobulus primus diadema sibi imposuit.

XVIII. DEfuncto enim eorum patre, Aristobulus natu maximus volens principatum in regni formam vertere, diadema sibi primus imposuit, post qvadringentos unum & octoginta, D annos, & menses tres, ex qvo de captivitate Babylonica liberatus populus, ad pristinas sedes postliminio reversus est. cumqve fratrem suum secundum Antigonum amaret, in societatem dominationis eum assumpsit, cæteros vero in vinculis habuit. matrem etiam conjecit in carcerem principatus æmulam, (namillam Hyrcanusdominam rerum reliqverat) atqve eo cru- E delitatisprocessit, ut fame necaret in vinculis. post matrem vero interfecit fratrem quoqve, qvem præ aliis diligere videbatur, & in regni societatem admiserat, alienatus ab eo per calumnias, qvas primo qvidem rejecit, partim, qvod eum diligeret, partim qvod per invidiam confictas putaret. Sed cum aliqvando Antigonus magnifice reverteretur e bello, qvo tempo- F re populus solenne scenopegiæ festum celebrabat, accidit, ut Aristobulus ægrotans decumberet, frater vero interfuturus sacris, splendidissime ornatus in templum ascenderet cum armatorum comitatu, potissimum pro salute regis vota facturus. Tum hi, qvibus studium erat excitare inter fratres discordiam, nacti occasionem e rebus prospere gestis Antigoni, & pompa, qvam adornaverat, venerunt ad regem & o- G mnia exaggeraverunt, dicentes hæc jam esse supra privati hominis conditionem, & affectati regni manifesta indicia: ajebantqve venturum brevi cum valida armatorum manu ad occidendum regem, qvod stultum existimet, cum regno solum potiri liceat, communicato honore contentum esse. Aristobulus autem qvamvis non omnino his crederet, tamen prospiciens, qvomodo posset & suspicionem vitare, & securitati suæ consulere, collocavit satellites in loco qvodam obscuro & subterraneo (decumbebat autem in turri, qvæ post mutato nomine Antonia dicta,

Κεφάλαιον ιθ'.

Ὡς ἀριστόβουλος διάδημα πρῶτος ἐπέθηκε τῇ κεφαλῇ.

ΤΕλευτήσαντος δὲ αὐτοῖς τοῦ πατρὸς, ὁ πρεσβύτατος ἀριστόβουλος, τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθῆναι δόξας, ἔκρινε πρῶτος ἀνδρῶν διάδημα περιθέσθαι τῇ κεφαλῇ· καὶ τὸν μὲν ἀδελφὸν αὐτῷ ἀντίγονον, ὃν ἐφίλει μάλιστα τῶν ὁμοπατρίων, τῆς δ' ἄλλης ἐποιήσατο δορυφορίας· τὴν δὲ μητέρα καὶ τοὺς ἄλλους ἐν δεσμοῖς εἶχεν. ἦρξε δὲ καὶ τῶν πρὸς ἕω τόπων ἔτη τρία καὶ μῆνας ἑνδεκα. κτείνει δὲ τὴν μητέρα ὑρκανὸς, τὸν ὅλον πόθον καταλελοιπώς. καὶ μέχρι πολλοῦ τῆς ὠμότητος ἀπέσχετο, ὡς αὐτὸν καὶ λίμωι διαφθεῖραι δεδεμένον. ἐπεὶ δὲ ἡσθένησε τῇ μητρὶ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀντίγονον, ὃν στέργειν ἐδόκει, μάλιστα δὴ καὶ κοινωνὸν εἶχε τῆς βασιλείας, ἐκ διαβολῶν ἀπαλλοτριοῦται τῆς πρὸς αὐτόν. αἷς τὸ μὲν πρῶτον, οὐκ ἐπίστευε, τὰ μὲν ὡς φίλῳ αὐτὸν ἀνεχόμενος τοῖς λεγομένοις, τὰ δὲ καὶ φθονούμενον ἡγεμόνος διαδήλους. ἔπειτα δὲ ἀντίγονον ποτὲ λαμπρῶς ἐσθῆτας ἐπενεγκόντος, καὶ τὴν ἑορτὴν καθ' ἣν σκηνοπηγοῦσι τῷ θεῷ, κατ' ἐνιαυτὸν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἔτυχε τὸν μὲν διαδήλον εἰς νόσον καταπεσεῖν, τὸν δὲ ἀντίγονον ὑπερλόμπτα τὴν ἑορτὴν αὐλαίαν λαμπρῶς σφόδρα κεκοσμημένον, μετὰ τῶν αὐτοῦ ὁπλιτῶν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ πάλαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν σωτηρίας εὐχὰς τὰς δὲ πονηρὰς καὶ διαβολὰς τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν ἐκταράσσουσας, ἀφορμὴν λαβούσης τῆς περὶ τὸν πομπεῖον ἀντιγόνου φιλοτιμίας, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατεσκευασμένοις, ἐλθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς κακηθοῦς ὑπὲρ τὸ μεῖζον ἐξαίρειν τὰ πρὸς τὴν πομπὴν ἴδια ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ὡς ἐπὶ ἰδιώτου ἕκαστον τῶν γινομένων, ἀλλὰ φρονήματος ἐνδείξεις ἔχειν βασιλικοῦ τὰ πραττόμενα, ὡς κτήσοιτο αὐτὸν μέλλοι μὴ σίφως ἐλπιδηφόρως καρτερούντα, λογιζομένου εὐηθῶς αὐτὸν βασιλεύειν σὺν τιμῆς μεταλαμβάνοντα δοκεῖν μεγάλων τυγχάνειν. ἀριστόβουλος δὲ τούτοις ἄκων πιστεύσας, καὶ δι' ἀνυποψίαν εἶναι πάντα φίλῳ πεπονθότι, καὶ τὰ ἀσφαλείας ἅμα φροντίζων, διέσπειρε τοὺς σωματοφύλακας ἐν τινι τῶν ὑπογείων ἀφώπλισε. κατακλεισθεὶς δὲ τῇ εἱρκτῇ, μετενεμνήσθη μὲν ἀνίων, ἐπὶ πρὸς-

μὴ προσπαῖζειν ἀνόπλῳ μὴδ' ἄπλεκτι μηδένα. κτείνειν A mandavitqve, ut, si qvidem sine armis frator
δ' τὸν ἀντίγονον ἂν ὁπλισμένον πρὸς αὐτὸν ἰόντος. πέμ- veniret, nemo eum attingeret: qvod si armatus
ψαι μὲν οὖν καὶ πρὸς τὸν ἀντίγονον αὐτὸς ἄνοπλον αὐτὸν ἀξι- adventaret, ut trucidaretur, præmisit tamen ad
ῶν ἥκειν. ἡ δὲ βασίλισσα καὶ συνεπιβουλεύουσαι αὐτῇ eum, qvi rogaret, ut inermis veniat. At regina
κατ' ἀντίγονον, πείθουσι τὸν πεμφθέντα τὰ ἐναντία & reliqvi insidiatores, persvaserunt nuncio, ut
λέγειν, ὡς ἀδελφὸς ἀκούσας ὅτι κατασκευάσαιτο ὅπλα contraria diceret, audisse fratrem, qvod arma-
καὶ πολὺν πόλεμον, ὥρμησέναι πρὸς αὐτὸν ὡς καλ- turam eximiam sibi comparasset, cupereqve ita
λίστῃ ὁπλισμένον, ὅπως ἤδη τῷ κατασκεύῳ. ὁ δὲ armatum contemplari. Antigonus vero nihil
ἀντίγονος μηδὲν ὑποπτεύσας κακούργον, ἀλλὰ B mali suspicans, & fretus fratris benevolentia, ita
θαρρῶν τῇ τοῦ ἀδελφοῦ εὐνοίᾳ, ὡς εἶχεν ἐνδε- ut erat cum tota armatura, venit ad Aristobu-
δυμένος τὴν παντοδαπὴν κατασκευὴν προσῆγε πρὸς τὸν δρυμὸν lum, contemplandum se præbiturus. cumqve
ἐφ' ὃν ἐπιδείξων αὐτῷ τὰ ὅπλα. γνόμενον δ' αὐτὸν perveniisset ad turrim Stratonis, qva valde ob-
ἐν τῷ στρατῶνος καλουμένῳ πύργῳ ὑπεδέξαντο ἀφύλακτον scurus erat transitus, a satellitibus interfectus
εἶναι σφόδρα τὴν πάροδον, ἀποκτείνουσιν οἱ est. Hujus autem casus facile ostendit, qvan-
σωματοφύλακες. διέδραμε μὲν ὁ τότε θάνατος tum possint livor & calumnia, & qvam sint effi-
οὐ μηδὲν φθόνου μήτε ἀληθείας ἰσχυρότερον, μηδ' ὅτι caces ad subvertendam etiam naturalem bene-
μᾶλλον εὐνοίαν καὶ φυσικὴν δικαιότητα δύσηνιν ἢ πειθοῖ volentiam. Sed illud maxime admiratu dignum
τὰ πολλά. μάλιστα δ' ἄντις θαυμάσαι καὶ ἰδεῖν τινὰ, C est, qvod Judas qvidam, cujus prædictiones
ἰσχύσει μὲν τὸ ψεῦδος, οὐδέ ποτε ἦν ἐν οἷς πεφώνηκε ἀληθεύσαντος ἀψευδῆ. nunqvam fefellerunt, vaticinatus est. Is cum
videret Antigonum accedentem ad templum,
apud discipulos, qui eum ob hanc scientiam af-
fectabantur, exclamavit: pœnitere se jam vitæ,
quandoqvidem ejus vanitatem coarguat inco-
lumis Antigonus, qvem ea die apud Stratonis
turrim moriturum prædixerat; qvoniam locus
ille abesset sexcentis stadiis & diei pars major
exacta esset: atqve ita periculum esse, ne men-
tiatur suum oraculum. Ad hunc modum solici-
to nunciatur, Antigonum cæsum ad cellam sub-
terraneam turris, quæ & ipsa Stratonis vocaba-
tur, sicut & illa maritima, qvæ post Cæsarea no-
minata est, quæ ambiguitas vatem perturbave-
rat. Aristobulum autem continuo cœpit fra-
ternæ necis pœnitentia: qvæ res morbum ejus
aggravavit, dum factum suum continenter de-
testaretur, ita ut postremo, crescentibus dolori-
bus, sanguinem vomeret, eum quidam e mini-
stris efferens, divina, opinor, ita volente provi-
dentia, prolapsus in eo ipso loco effudit, qvi An-
tigoni cædis cruenta habebat vestigia. qvo facto,
ingens eorum, qui viderant, clamor exoritur,
quasi data opera puer illic effudisset sanguinem,
ita ut clamoris causam sciscitaretur Aristobulus,
omnibus autem dicere tergiversantibus, tanto
magis contendebat cognoscere, qvod natura ita
comparatum sit, ut suspecta nobis sint, qvæ dissi-
mulantur silentio, tandem ubi minis ac terroribus expressit, ut faterentur veritatem, conscien-
tia graviter ictus animum, plurimas effudit la-
crymas, & gemitum ex imo pectore ducens: Er-
go non latet Deum, inqvit, meum impium ac
sceleratum facinus, quando tam cito reposcor
ad pœnas cognati sanguinis, ô corpus impu-
dens, qvousqve retinebis animam, qvam ma-
terni simul ac fraterni manes flagitant? cur non
semel eam reddis, ne sic per partes opus sit li-
bare meum sanguinem, atq; ita parentare op-
pressis per nefas & parricidium, vix ea fatus e-
rat, cum exhalavit animam, uno tantum anno in
regno exacto, cognominatus Philellen, id est
Græcorum amator, post auctam multis beneficiis patriam, illato bello Ituræ, magnaqve ejus
parte attributa ad Judææ limites: cujus habitatores comminatione exilii coegit circumcisionem

Κεφάλαιον ιδ'.

ἐν δὲ τοῖς ἀμφὶ βασιλέα τὸν ἄγριλλον τὰ δεύτερα
πεφώνηται. ὅπως γὰρ
τὴν αὐτοῦ γνώμην αὐτοῖς ἐπιδείξηται,
ἐρωτᾷ τοὺς παρόντας, εἰ δοκοῦσιν αὐτῷ
ὀρθῶς βεβουλεῦσθαι περὶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐκεῖνος γὰρ ἔτυχε,
τὴν μὲν ἀρχὴν ἐπιεικῶς ἄρξας, καὶ τὰ
πρὸς Φ[illegible] δόξαν βαδιζόντων εὐσεβῶς
ἔχων, εἰς τὸν οἰκεῖον ἐπανελθὼν τρόπον,
μετ' αὐτὸν ἀντίγονον, ὃν ἀφ'
ἑαυτοῦ μὲν ἔχειν ἐν δεσμῷ. καὶ
ἐπεὶ δ' ἐχθὲς αὐτοῦ διενεχθέντος
λόγων χαλεπῶν καὶ βαρυλόγων
τοῦ πεφόνηκεν, ὡς αὐτίκα μὲν ἐπι-
μεμένηκεν, ἀφεστήκοι δὲ τῆς μετανοίας,
ὃν στέργειν ἐδόκει, μᾶλλον δὲ τὸν
πλείας, ἐπὶ ἀβρόλων ἀπολλύντος
τὸ μὲν πρῶτον, ἐπὶ ὀλίγα, καὶ
τὸν δ' ἐπιόντων ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ
λεγόμενος ἀδελφοκτονίας δ' ὑπὸ εἰσῆλθε
μετανοία, καὶ νόσος ἐπ' αὐτῇ, τῆς ἀβρονοίας ἐπὶ δ' E
μᾶλλον κακαχωμένης, ὡς ἀβρονοήτων αὐτῷ ἐπὶ
ἀκράτῳ τῆς ὀδύνης τὸ σῶμα ἀναφέρειν. ὁ δὲ διά-
κενος μὲν ἐκ τῆς ἀδελφοκτονίας δ' ὑπὸ εἰσῆλθε
μετανοία, καὶ νόσος ἐπ' αὐτῇ, τῆς ἀβρονοίας ἐπὶ δ'

oæterosqve Judaïcos ritus admittere. Alioqvi A natura æqvus erat & modestus, ut attestatur Strabo, ex autoritate Timagenis sic dicens: Hic vir æqvus fuit & Judæis multis in rebus commodus. nam & ditionem eorum auxit, & partem Ituræorum eis attribuit, devictam circumcisionis fœdere.

καὶ τὰς ἰουδαίων νόμους ζηλῶ. φύσει δ' ὄντα εὐσεβῆ καὶ ὁσίον ἄνδρα κρίνειν, καὶ σαφῆ τοῦτο ποιῆσαι τὸν Στράβωνα ὁμοίως λέγοντα ἔτι, ὅτι ἐκ τῆς τε ἐγγὺς ἔτι ὁ ἀνὴρ, καὶ πολλὰ τοῖς ἰουδαίοις χρήσιμος. χώραν τε γὰρ αὐτοῖς προσεκτήσατο, καὶ τὴν μέρος τῶν ἰτυραίων ἔθνους ἀπενείματο, δεσμῷ σωφρονίσας τὰ ἀιδοίων περιτομῆ.

CAP. XX.

Alexandri Judæorum regis res gestæ.

XIX. POst Aristobuli obitum Salome ejus uxor, qvam Græci Alexandram nominant, solutis ejus fratribus, qvos ipse, ut diximus, vinxerat, Jannæum, qui & Alexander est, regem constituit, ætate cæteros præcedentem atqve modestia: cui accidit, ut mox natus, exosus patri factus sit, nec unqvam, dum ille viveret, in ejus conspectum admissus. ejus odii causam ferunt hanc: Cum aliqvando in somnis ei Deus apparuisset, rogavit de successore, solicitus de Aristobulo & Antigono, quos præ cæteris diligebat fratribus. Sed cum Deus hujus effigiem designasset, contristatus, quod is in omnes fortunas esset successurus, in Galilæa educari eum voluit. Sed oraculi fidem eventus approbavit. Potitus enim hic regno post defunctum Aristobulum, alterum fratrum insidiantem sibi interfecit, alterum contentum privata & otiosa vita in honore habuit. Constitutis deinde rebus imperii, prout sibi visum est conducere, ad Ptolemaidem duxit exercitum: & cum prospere pugnasset, victos intra mœnia compulit, eosqve obsessos oppugnare adortus est. Solæ enim e maritimis Ptolemais & Gaza expugnandæ supererant, & præter has Zoïlus, qui tyrannidem apud Stratonis turrim & Dora occupaverat. Sed cum Antiochus Philometor & frater ejus Antiochus Cyzicenus mutuis cladibus suas vires attererent, nihil præsidii ab eis expectandum erat Ptolemaidensibus: verum Zoilus tyrannus cum iis, qvos alebat, militibus eorum quoqve dominationi propter discordiam regum inhians, nonnihil opis attulit. Nam reges negligere videbantur illorum periculum, athelis similes, quos cum defessi sint certamine, pudet tamen adversario manus dare, sed per intervalla se ad instaurandum certamen refovent. Supererat una spes ab Ægypti regibus & Ptolemæo Lathuro, qui a matre Cleopatra a regno ejectus Cyprum obtinebat. ad hunc igitur missis legatis, orabant, ut auxilio veniens ex Alexandri manibus periclitantes eriperet. qvi cum ei spem fecissent, quod delatus in Syriam habiturus esset Gazæos & Ptolemaidenses in suis partibus, simulqve Zoilum & Sidonios multosqve alios adjutaturos, elatus promissis navigationem parabat. Interim Demænetus, qvi plurimum apud suos cives autoritate pollebat, persvasit Ptolemaidensibus, ut mutarent sententiam, conducibilius dicens incertam cum Judæis belli aleam subire, qvam in

B

C

D

E

F

G

Κεφάλαιον κ'.

Αλεξάνδρου τοῦ ἰουδαίων βασιλέως στρατεία.

ΤΕλευτήσαντος τοῦ ἀριστοβούλου, συλλύει ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λεγομένη τῶν ἑλλήνων Ἀλεξάνδρα λύσασα τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, δεδεμένους γὰρ αὐτοὺς εἶχεν ἀριστόβουλος, ὡς προεῖπαμεν, Ἰανναῖον τὸν Ἀλέξανδρον βασιλέα καθίστησι, τὸν καθ' ἡλικίαν πρεσβύτερον ὄντα καὶ μετριότητα, ᾧ καὶ συνέβη μίσει γενέσθαι διὰ μῆνας τρεῖς τοῦτον τοῦ πατρὸς, καὶ μέχρι τῆς τελευτῆς αὐτοῦ μηδέποτε εἰς ὄψιν ἀφικέσθαι. τὸ δὲ αἴτιον τοῦ μίσους πυνθάνεσθαι λέγουσι. θεραπόντων μάλιστα τὸν παίδων ὑρκανὸν τὸν πρεσβύτερον, ἀντίγονον καὶ ἀριστόβουλον, φανέντα κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτῷ τὸν θεὸν ἐπερωτᾶν, τίς αὐτοῦ τῶν παίδων μέλλει ἔσεσθαι διάδοχος, ὁ δὲ θεὸς τοὺς τούτου χαρακτῆρας δείξαντος, λυπηθεὶς, ὅτι τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ πάντων ἔτους ἔσεσθαι κληρονόμος, ᾠήθη δεῖν ἐν τῇ γαλιλαίᾳ τρέφεσθαι. ἐμοὶ μὲν τοὺς θεοὺς οὐ διαλύσαντα τὸν ὑρκανόν. τῶν δὲ βασιλείαν μὴ τῶν ἀρίστου τελευτῆσαι, ὅτος ἀπὸ γαλιλαίων, τὸν μὲν τῶν ἀδελφῶν ἐπιχειροῦντα τῇ βασιλείᾳ διενεχθῆναι, τὸν δ' ἕτερον, ἀπεραγμόνως ζῶντα προσαιρούμενον, ἔχειν εὐτιμῆ. καὶ καταστασιάζοντος τῶν ἀρχῶν ὃν ὡς ἐπὶ συμφέρειν αὐτῷ τρόπον στρατεύσαι ἐπὶ πτολεμαΐδα, τῇ μάχῃ κρατήσας, ἐνέκλεισε τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν πόλιν, καὶ πολιορκήσας αὐτοὺς ἐπολιόρκει. τῶν γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ πτολεμαΐδι αὐτῷ καὶ γάζα μόναι χραθῆναι ἀπελείποντο, καὶ ζωΐλος ὁ κατασχὼν τὸν στρατῶνος πύργον τύραννος καὶ δῶρα. ἃ ὁ φιλομήτορος ἀνθίσχυε, καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀνθίοχος, ὃς ἐπεκαλεῖτο κυζικηνὸς πτολεμαίων ἀλλήλους καὶ τὰ αὐτῶν δυνάμεις ἀπολλύντων, εἰ μὴ ἐδόκει τοῖς πτολεμαεῦσι βοήθεια παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ πονηροῖς τῇ πολιορκίᾳ, ζωΐλος δὲ τὸ στρατῶνος πύργον κατασχὼν καὶ τὰ δῶρα, παρεῖχε σύνταγμα τρέφων στρατιωτικὸν, καὶ τυραννίδι ἐπιχειρῶν ἀλλὰ τοῖς τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους ἁμίλλαν, μικρὰ τοῖς πτολεμαεῦσι παρεβοήθει. ἐδόκει γάρ οἱ βασιλεῖς ὅτως οἰκείως ἔχειν πρὸς αὐτὸς, ὡς τ' ἐλπίσαι τινὰ παρ' αὐτῶν ὠφέλειαν. ἑκάτεροι γὰρ ταυτὸ τοῖς ἀθλητὰς ἔπασχον, οἱ τῇ δυνάμει μὲν ἀπηρεδάκοτες, αἰσχυνόμενοι δ' ὑφ' αὑτῶν διεπέλαυν, λέγια καὶ ἀναπαυσὶ διαφέροντες τὸν ἀγῶνα. λοιπὴ δ' αὐτοῖς ἐλπὶς ἦν ἡ παρὰ τῶν αἰγύπτου βασιλέων, καὶ τοῦ κυπρον ἔχοντος πτολεμαίου τοῦ λαθύρου, ὃς ὑπὸ τῆς μητρὸς κλεοπάτρας τῆς ἀρχῆς ἐκπεσὼν εἰς κύπρον παρεγένετο. πέμψαντες οὖν ὅτως οἱ πτολεμαεῖς, παρεκάλουν ἐλθόντα, συμμαχοῦ, ἐκ τῶν ἀλεξάνδρου χειρῶν αὐτοὺς ῥύσασθαι κινδυνεύοντας. ἐπελπίσαντων δ' αὐτὸν τὰ πεσόντα ὡς διαβὰς εἰς συρίαν ἕξει γαζαίους ἑτοίμους ὄντας μὲν τῶν πτολεμαέων καὶ ζωΐλον, ἔτι γε μὴν σιδωνίους καὶ πολλοὺς ἄλλους αὐτῶν συλλήψεσθαι λεγόντων, ἐπαρθεὶς ὅτως τὸν ἐκπλοῦν ἐποιεῖτο. ἐν τούτῳ δὲ τοὺς πτολεμαεῖς δημηγορεῖν πάντας ὧν αὐτοῖς τότε καὶ δημαγωγῶν μεταλλάττειν τὰς γνώμας ἐποίησεν, ἄμεινον εἶναι φήσας ἐπ' ἀδήλῳ τῷ ἥρωι μᾶλλον ἢ μετὰ δικαιοσύνης ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν ἐπὶ τοῖς ἀσεβήμασιν ὑπὸ τοῦ ἀλεξάνδρου γενομένοις. ἐπὶ τούτοις ἀναθαρρήσαντες οἱ πτολεμαεῖς, καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντες, ἐξῆλθον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ τὴν μάχην ἐποιήσαντο. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἡ συμβολὴ, καὶ ἐκράτουν οἱ πτολεμαεῖς, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐτράποντο τὸ τοῦ ἀλεξάνδρου, καὶ τοῦτο διαρπάσαντες, ἐπὶ τὸν ἀλέξανδρον ἐπέκειντο. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς μάχης ἀναχωρήσας, καὶ τὸ στρατόπεδον ἀπολωλεκὼς, ἐπὶ τὸν ἰορδάνην ἐφυγεν. ἐνταῦθα δὲ ἐπιστρατεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἀραβάρχου μαχεδαίου, ἐκ τῶν ἀραβίων ἐθνῶν ἀθρόους ἔχοντος, ἐπὶ τὸν ἰορδάνην ἐλθὼν, καὶ τὸ ῥεῦμα διαβὰς, ἐπὶ τὸν ἀλέξανδρον ἐπέκειτο. ὁ δὲ ἀλέξανδρος ἐπὶ τὸ ὄρος ἀναβὰς, ἐν τῷ ἀντιπέρας ἐστὶ τοῦ ἰορδάνου, ἐν τῷ πεδίῳ τὸν ἀραβάρχην ἐποιεῖτο. καὶ ἐπεὶ ἐγένετο ἡ συμβολὴ, ἐκράτησεν ὁ ἀλέξανδρος, καὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τοῦ ἀραβάρχου διαρπάσας, ἐπὶ τὸν ἀραβάρχην ἐπέκειτ

φανερὰν ἐνδείξασθαι δυλείαν δεσποτῆ προσδόντας αὐτὸν, καὶ πρὸς τούτῳ μὴ τὸν παρόντα μόνον ἔχειν πόλεμον, ἀλλὰ καὶ πολὺ μείζονα τὸν ἀπ' Αἰγύπτου. τὴν γὰρ Κλεοπάτραν οὐ βουλήσεσθαι δυνάμιν αὐτῷ καταστασιάζομένην πολεμεῖν σκηπτόμενον, ἀλλ' ἥξειν ἐπ' αὐτὸν μετὰ μεγάλης στρατιᾶς, παρασκευὴν γὰρ αὐτὴν ὥστε καὶ τὸν κύπριον τὸν ἰὸν ἐκβαλεῖν. ἐὰν δὲ πολεμίῳ μὲν Ἀλεξανδρῷ τὰς ἐλπίδας ἀποφυγὼν πάλιν εἰς τὴν κύπρον, αὐτὸς δὲ κίνδυνον τὸν ἔσχατον. ὁ μὲν δὴ πτολεμαῖος καὶ τὸν πόρον μαθὼν τὴν τῶν πτολεμαέων μεταβολὴν, οὐδὲν ἧττον ἐπόλυσε, καὶ καταβὰς εἰς τὴν λεγομένην συκάμινον, ἐστρατοπεδεύσατο τὴν δύναμιν ἐξεβάσας, ἐν ᾗ ὁ πᾶς στρατὸς αὐτῷ πεζοί τε ἅμα καὶ ἱππεῖς ἦσαν ὡς μυρίους, ἐς μεταγωγῶν πλῆθος τὴν πτολεμαΐδα, καὶ στρατοπεδοσόφιστον, ἐπεὶ μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ πρέσβεις ἐδέχοντο, μήτε τῶν λόγων ἠκροῶντο, μεγάλως ἐφρόντιζεν. ἐλθόντων δὲ πρὸς αὐτὸν ζοίλου τε καὶ τῶν γαζαίων, καὶ δεομένων συμμαχεῖν αὐτοῖς περὶ ἀμφισβητήσεως αὐτῶν τῆς χώρας καὶ τῶν ἰουδαίων καὶ ἀλεξάνδρου, λύσιν μὲν τὴν πολιορκίαν δόντας τὸν πτολεμαῖον ὁ ἀλέξανδρος. ἀπαγαγὼν δὲ τὴν στρατιὰν εἰς τὴν οἰκείαν ἐκράτησε τὸ λοιπὸν, λάθρᾳ μὲν τὴν κλεοπάτραν ὑπὸ τοῦ πτολεμαίου μεταπεμπόμενον, φανερῶς δὲ φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν προσποιούμενον. καὶ τεράκοντα δὲ ἀργυρίου τάλαντα δώσειν ὑπέσχετο, χάριν ἀντὶ τούτων αὐτῶν ζοίλον σκηπτοῦχον τοῦ τύραννον, καὶ τὴν χώραν τοῖς ἰουδαίοις προσνεῖμαι. τότε μὲν δὴ ὁ πολεμαῖος ἡδέως τὴν πρὸς ἀλέξανδρον ποιησάμενος φιλίαν χαίρειν τὸν ζοίλον. ὕστερον δὲ ἀκούσας λάθρα ἀλλαπεμπόμενον αὐτὸν πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ κλεοπάτραν, καὶ τὰς μεγίστας πρὸς αὐτὸν ὁρκους, καὶ προσβαλὼν ἐπολιόρκει τὴν πτολεμαΐδα, μὴ δεξαμένην αὐτόν. καταλιπὼν δ' ὅπου τῆς πολιορκίας στρατηγὸν καὶ μέρος τι τῆς δυνάμεως, αὐτὸς τοῦ λοιποῦ τὰ ἰουδαίων καθαιρήσεσθαι ὥρμησεν. ὁ δὲ ἀλέξανδρος τὰ πτολεμαΐδα μαθὼν σωθῆναι καὶ αὐτὸς πρὸς πέντε μυριάδας τῶν ἐγχωρίων. ὡς δ' ἔνιοι συγγραφεῖς εἰρήκασιν ὀκτώ. καὶ ἀναλαβὼν τὰ δυνάμεις ἅπαντα τοῦ πτολεμαίου. πτολεμαῖος δ' ἐξαίφνης ὑπιπεσὼν ἀσωχήτῃ τῆς γαλιλαίας πολὺ σύβασιν ἀγρὸν καὶ κρᾶμα αὐτῶν, καὶ πρὸς μυρίας σώματα καὶ πολλὴν ἐπέρχαν ἐλεβολησίαν.

A certissimam servitutem, accito domino se dedere, & insuper non præsens solum bellum fustinere, sed majus etiam ab Ægypto imminens. Cleopatram enim non permissuram, Ptolemæum vires sibi parare e vicinia, sed contra eos venturam cum valido exercitu. dare enim reginam operam, ut illum etiam e Cypro ejiciat. futurum autem, ut si Ptolemæum sua spes frustretur, ipse in Cyprum retrorsum fugiat, miseri vero cives in extremo deserantur periculo. Igitur Ptolemæus, cognita in itinere Ptolemaidensium mutatione, nihilominus cursum continuavit, & cum appulisset ad Sycaminum, eo loci copias exposuit, quæ constabant, connumeratis peditibus & equitibus, circiter triginta millibus. His adductis ad Ptolemaidem, & castris ibi positis, cum neque legatos ejus admittere, neque verba audire vellent, in magnam conjectus est solicitudinem. Postquam vero Zoilus ad eum & Gazæi venerunt, petentes auxilium contra Judæos & Alexandrum agros ipsorum vastantem, obsidio quidem urbis metu Ptolemæi soluta est. Cæterum reducto domum exercitu, Alexander cœpit astu agere, clam Cleopatram contra Ptolemæum vocans, aperte vero amicum ejus & socium se simulans. quin & quadringenta argenti talenta daturum se pollicitus est, si ille vicissim in gratiam ipsius Zoilum tyrannum tolleret, & agros ejus Judæis attribueret. Tum igitur Ptolemæus libenter Alexandri amicitiam admittens, Zoilum capit: deinde vero comperto, quod ille clam ad matrem ipsius Cleopatram nuncios mitteret, dissoluto cum eo fœdere, profectus est oppugnatum Ptolemaidem, quæ portas ei clauserat. Ubi, relictis ad continuandam oppugnationem ducibus cum parte exercitus, ipse cum reliquis copiis ad vastandam ac domandam Judæam se contulit. At Alexander, postquam intellexit ejus propositum, & ipse ex sua ditione collegit circiter quinquaginta millia, vel ut quidam scriptores malunt, octoginta millia, & cum his hosti ivit obviam. Ptolemæus vero ex improviso adortus sabbato Asochim Galilææ oppidū, vi cœpit, & circiter decem captivorum millia, præter aliam multam prædam abduxit.

Κεφάλαιον κα'.
Πτολεμαῖος ὁ λαθυρος πρὸς ἀλέξανδρον μάχη καὶ νίκη.

CAP. XXI.
Ptolemæi Lathuri de Alexandro victoria.

XIII. Crassus autem expeditionem contra Parthos parans in Judæam pervenit, & pecuniam sacram, qvam Pompejus non attigerat, duo millia talentorum abstulit, totoqve reliqvo auro, cujus summa accedebat ad octo talentorum millia, templum spoliavit. Tulit etiam trabem ex auro solidam, trecentas minas pendentem. Mina autem apud nos constat duabus libris cum dimidia. Hanc trabem ei tradidit sacerdos sacri thesauri custos Eleazarus, non præ malitia (nam erat vir bonus & justus) sed cum concreditam haberet aulæorum templi custodiam, ex hac trabe pendentium, qvorum admiranda pulchritudo erat & apparatus pretiosissimus: videretqve Crassum totum esse in colligendo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabem hanc redemptionem pro omnibus ei dedit: cum prius eum jurejurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturum, contentum eo, qvod ipse traderet, æstimatum plurimis aureorum millibus. Hæc trabs inserta erat trabi cavæ lignea, qvod cæteris omnibus ignotum solus sciebat Eleazarus. Crassus tamen & hanc pro reliqvo templi auro accepit, & mox violato jurejurando, totum, qvantum intus erat, egessit. Nec est mirandum tantas divitias in nostro templo fuisse, cujus Deum cum omnes ubiqve terrarum Judæi venerentur ac colant, tam ex Europa qvam ex Asia longo tempore huc eas contulerant. Nec ad jactationem conficta est prædicta summa, nec caret testibus: sed cum alii multi, tum Strabo Cappadox attestatur nobis his verbis: Mithridates autem misit in Coum insulam, qui afferrent sibi inde pecuniam, qvam Cleopatra regina ibi deposuerat, & Judæorum octingenta talenta. Nobis autem nulla est publica pecunia, præter hanc Deo sacram: & satis apparet, qvod hanc Judæi ex Asia in Coum deportaverant metu belli Mithridatici. Non est enim verisimile, eos, qvi Judæam habitabant, habentes urbem adeo munitam & templum, pecunias in Coum misisse. Sed nec Alexandrinos Judæos hoc fecisse est credibile, qvibus nihil erat a Mithridate periculi. Idem Strabo alibi testatur, Syllã, qvo tempore in Græciam trajecit, gesturus bellum contra Mithridatem, & Lucullum misisse Cyrenem,

C

D

E

F

G

ειώντησε γαβινίω καὶ συμβαλὼν ἡττᾶτο, πεσόντων αὐτῷ μυρίων ὡσεὶ τὸ ἑπτακισμύριον ὄρος. καλεῖται δὲ ὁ γαβίνιος τὴν ἐπὶ τοῦ ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, ὡς ἐπ' ἀνδρὶ πάτρῳ ἡλωκυίᾳ, ὅπλα καθοπλίσας ἐρχεται. ἐκράτει μὲν τότων τῇ μάχῃ. πάρθων δὲ μιθριδάτης καὶ ὀρσάνης φυγάδες πρὸς αὐτὸν ἐλθόντες, ὡς διέπεμψε, τῷ λόγῳ, ἀποδρᾶσαι αὐτόν. καὶ γαβίνιος μὲν, ἔργα μεγάλα καὶ λαμπρὰ κατὰ τοὺς στρατίαν ἄραντας, αὖθις ῥώμην, κράτος τῷ ἄρχειν· ὡς δὲ ὁ πομπήιος ἐγαβίνιος στρατείας ὕστερ ἰουδαίους, χρᾶ φησὶ νικόλαος ὁ δαμασκηνὸς καὶ στράβων ὁ καππάδοξ, οὐδὲν ἕτερα ἀλλήλοις λέγων.

Κεφάλαιον ιβ'.

Κράσσου κατὰ τῶν ὅπλα πάρθους στρατείαν εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀνάβασις καὶ σύλησις τῶν ἱερῶν χρημάτων.

Κράσσος δὲ ὁπλα πάρθους μέλλων στρατεύειν ἦκεν εἰς τὴν ἰουδαίαν. καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ χρήματα ὁ πομπήιος καταλελοιπὼς, δισχίλια δὲ ἐπὶ τάλαντα, βασίλειος εἶος τοῦ καὶ τὸν χρυσὸν ἀπαντα, τάλαντα ἦν ἐκ τοῦ ἐπὶ ἡ, πρεσβύτην τὸν ναόν. λαμβάνει δὲ καὶ δοκὸν ὅλος φυρήλατον χρυσοῦν, ἐκ μνῶν τριακοσίων πεποιημένην. ἡ δὲ μνᾶ παρ' ἡμῖν ἴσχει λίτρας ε' καὶ ἥμισυ. παρέδωκε, αὐτὸ ταύτην τὸν δοκὸν ὁ τῶν θησαυρῶν φύλαξ ἱερεὺς ἐλεάζαρος ὄνομα, ἀ δι' ἀπονοίαν, ἀγαθὸς δὲ ἐπὶ καὶ δίκαιος, ἀλλὰ πεπιστευμένον τοῦ τῶν καταπετασμάτων ὁ ναοῦ φυλακὴν, ἔντων θαυμασίων τὸ κάλλος καὶ πολυτελῶν τοῦ κατασκευὴν, ἐκ δὲ τοῦ δοκοῦ ταύτης ἐκκρεμαμένου συλλογὴν, δόσιν τοῦ παντὶ κόσμῳ τοῦ ναοῦ, τὴν δοκὸν αὐτὸν τοῦ χρυσοῦν, λύτρον ἀντὶ πάντων εὑρόντα, ὅρκους παρ' αὐτοῦ λαβὼν μηδὲν ἄλλο κινήσειν τὸ ἐκ ναοῦ, μένοντος δὲ ἀρκεσθήσεσθαι τοῦ ὑπ' αὐτοῦ δοθησομένῳ, πολλῶν ὄντι μυριάδων ἀξίῳ. ἡ δὲ δοκὸς αὕτη ἐν ξυλίνῃ δοκῷ κενῇ. καὶ ὅτι, τὸς μὲν ἄλλους ἐλάνθανεν ἅπαντας, ὁ δὲ ἐλεάζαρος μόνος ἠπίστατο. ὁ μέντοι κράσσος καὶ ταύτην ὡς ἑδένος ἀψόμενος ἄλλ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ λαμβάνει, καὶ παραβὰς τὸς ὅρκους ἅπαντα τὸ ἐκ τοῦ ναοῦ χρυσὸν ἐξεφέρησε. θαυμάσαι δὲ μηδεὶς εἰ τοσοῦτος ἐν τοῦ ἡμετέρου ἱεροῦ, πάντων τῆς τοῦ οἰκουμένου ἰουδαίων καὶ σεβομένων τὸν θεὸν, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἀσίας καὶ τῆς εὐρώπης, εἰς αὐτὸ συμφερόντων ἐκ πολλῶν πάνυ χρόνων. ἐκ ἔστι δὲ ἀμάρτυρον τὸ μέγεθος τῶν περιειλημένων χρημάτων ἐκ τῶν ἀλαζονίας ἡμετέρας καὶ φιλοτιμίας, ὅτι πολὺν ἐξαίρετος πλῆθος. ἀλλὰ πολλοί τε ἄλλοι τῶν συγγραφέων ἡμῖν μαρτυροῦσι, καὶ στράβων ὁ καππάδοξ ὧδε λέγων. πεμψας δὲ μιθριδάτης εἰς κῶ, ἔλαβε τὰ χρήματα ἅπερ ἐθησαύριζεν ἐκεῖ κλεοπάτρα ἡ βασίλισσα, καὶ τὰ τῶν ἰουδαίων ὡ τάλαντα. ἡμῖν δὲ δημόσια χρήματα οὐκ ἔστιν, ἢ τὰ τοῦ θεοῦ μόνα. καὶ δῆλον ὅτι ταῦτα μετενήνεγκαν εἰς κῶ τὰ χρήματα, οἱ ἐν τῇ ἀσίᾳ ἰουδαῖοι. διὰ τὸν ἐκ μιθριδάτου φόβον. οὐ γὰρ εἰκὸς τὸς ἐν τῇ ἰουδαίᾳ πόλιν τε ἐχυρὰν ἔχοντας, καὶ τὸν ναὸν, πέμπειν χρήματα εἰς κῶ· ἀλλ' οὐδὲ πὸς ἐν ἀλεξανδρείᾳ κατοικοῦντας ἰουδαίους πιστεύειν, ποτ' ἐπὶ ποιῇ, μηδὲν μιθριδάτου δεδοικότας. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ αὐτὸς ὁ στράβων, ὅτι καθ' ἓν καιρὸν διέβη σύλας εἰς τοῦ ἑλλάδα, πολεμήσων μιθριδάτου, καὶ λευκόλλον πέμψαι ὅπλα τοῦ ἐν κυρήνῃ

σίων

ἐστὶν ἔθνος ἡμῶν, ὧν οἰκουμένη πεπλήρωκε λέγων ἕ- A agitatam seditionibus gentis nostræ, qvæ orbem
τως, τέτταρες δ' ἦσαν ἐν τῇ πόλει τῶν κυρηναίων, ἥ τε τῶν terrarum repleverit. sic enim scribit: Qvatuor erant genera in Cyrenensium urbe, cives,
πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεωργῶν, τρίτη δ', ἡ τῶν μετοίκων, καὶ τετάρτη τῶν ἰουδαίων. αὕτη δ' εἰς πᾶσαν πόλιν ἤδη παρελήλυθη, καὶ τόπον οὐκ ἔστι ῥᾳδίως εὑρεῖν τὸ οἰκούμενον, ὃς οὐ προσδέδεκται τὸ φῦλον, μᾶλλον δὲ κατακέκτηται ἐν αὐτῷ. τὴν τε αἰγυπτίαν καὶ τὴν κυρηναίαν, ἅτε τῶν αὐτῶν ἡγεμόνων τυχούσας, τῶν τε ἄλλων συχνὰ, ζηλώσασαν εὐνοίᾳ. καὶ δὴ τὰ συντάγματα τῶν ἰουδαίων θρέψαι διαφερόντως, καὶ συναυξῆσαι χρώμενα τοῖς πατρίοις τῶν ἰουδαίων νόμοις. ἐν γοῦν αἰγύπτῳ κατοικίαν τῶν ἰουδαίων ἔσχηκε δοθεῖσάν σφισι, χωρὶς ἐν τοῖς ἀλεξανδρέων πόλεως ἀφώρισται μέρος τῷ ἔθνει τούτῳ. καθήσεται δ' ὁ ἐθνάρχης αὐτῶν. ὃς διοικεῖ τε τὸ ἔθνος καὶ δικαιοῖ κρίσεις, καὶ συμβολαίων ἐπιμελεῖται καὶ προσταγμάτων, ὡσὰν πολιτείας ἄρχων αὐτοτελοῦς. ἐν αἰγύπτῳ μὲν οὖν ἰσχυσε τὸ ἔθνος. ἀφ' οὗ τὸ αἰγυπτίους εἶναι ἐξ ἀρχῆς ἰουδαίους, καὶ ἀφ' οὗ τὸ πλησίον ἔσεσθαι τῆς κατοικίας, τοὺς ἀπελθόντας ἐκεῖθεν. εἰς δὲ τὴν κυρηναίαν μετέβη, ἀφ' οὗ καὶ ταύτην ὁμόρουν εἶναι τῇ τῶν αἰγυπτίων ἀρχῇ, καθάπερ τῶν ἰουδαίων, μᾶλλον δὲ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης πρόσθεν. γράφων δὴ οὕτω παῦλος λέγει. κράσσος δὲ παύλῳ διοικήσας οὐ αὐτὸς ἐβάλετο τρέπειν, ἐξώρμησεν ἐπὶ τὴν παρθυαίαν. καὶ αὐτὸς μὲν δὴ οὕτω πάντα διέφθαρται τῷ στρατῷ, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις δεδήλωται. κράσσος δὲ εἰς συρίαν φυγὼν καὶ προσποιησάμενος αὐτὴν πάρθοις ἐμποδὼν εἶναι, ἐκτρέχουσιν ἐπ' αὐτὴν ἀφ' οὗ τὴν κράσσος νικᾷ. αὐθὶς δὲ εἰς τύρον ἀφικόμενος, ἀνέβη καὶ εἰς τὴν ἰουδαίαν, ταριχαίας μὲν οὖν ἀπὸ τρόπου πρόσπαιον αἱρεῖ, καὶ πρὸς τετρακισμυρίους ἀνθρώπους ἀνδραποδίζεται, πιθόλαόν τε τὸν τῶν ἀραβηνῶν στασιάρχην ἀφαιρεῖται μὲν αὐτὸν ἀντιπάτρου φιλησάμενον, ὃν πολὺ καὶ παρ' αὐτοῦ σεσῶσθαι δικαίως, καὶ τελευτᾷ τὰ ἄξια, ὃς πολλὰ ἰδιωτικὰ ἀνδρὸς, παρ' ὧν ἄγεται γυναῖκα τὴν ὀπώνιον ἐξ ἀραβίας, κύπρον ὄνομα, ἐξ ἧς αὐτῷ τέτταρες ἐγένοντο παῖδες, φασάηλος, καὶ ἡρώδης, ὃς ὕστερον βασιλεὺς γέγονε, ἰώσηπός τε καὶ φερώρας, θυγάτηρ δὲ σαλώμη. ὅτου δὲ ἀντίπατρος ἐπεπόθητο ὑπὸ τῶν ἄλλων δυναστῶν φιλίαν καὶ ξενίαν, μάλιστα δὲ πρὸς τὸν ἄραβα, ᾧ καὶ τὰ τέκνα πολεμίων πρὸς ἀρίστοβουλον παρέθετο. καίσαρος μὲν οὖν ἀναστρατοπεδευσαμένου, ὅτι τὴν εὐφράτην ἤπειγετο, διαπιάσων τοῖς σκηπτίοις, ὡς καὶ τὰ ἄλλων δεδήλωται.

Κεφάλαιον ιγ'.

Φυγὴ πομπηΐου εἰς ἤπειρον, καὶ σκιπίωνος εἰς συρίαν ἄφιξις.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον καίσαρ κατασχὼν ῥώμην μετὰ τὸ πομπήϊον καὶ τὴν σύγκλητον φυγεῖν πρὸς ἑσπέραν, ἀπολύσας τῶν δεσμῶν ἀρίστοβουλον εἰς συρίαν διεγίνωσκε πέμπειν, δύο μὲν ἀφ' οὗ τάγματα, ὡς ἂν εὐτρεπίζοι τὰ κατὰ ταύτην δυνατὸς ὤν. ἀρίστοβουλος δὲ οὐκ ἀπώκνησε τῶν ἐλπίδων, ἐφ' οἷς ἔτυχε τῆς ἀφ' ἡγεμονίας ἐξουσίας, ἀλλ' αὐτὸν φθάσαντες οἱ τὸ πομπηΐου φρονοῦντες φαρμάκῳ διαφθείρουσιν, ἀπιόντα δ' αὐτοῦ οἱ τὰ καίσαρος ἱεροσπόνητα πράγματα. καὶ ὁ νεκρὸς (αὐτοῦ) ἔκειτο ἐν μέλιτι κεχηδυμένῳ ὅπως χρόνον πολὺν, ἕως ἀντωνίου αὐτὸν ὕστερον ἀποπεμψαμένης εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐν τῇ βασιλικῇ ἥρας ἐποίησε θήκῃ. σκηπίων δ' ὁμοτέχνου αὐτῷ πομπηΐου ἀποκτείναντος ἀλέξανδρον τὸν ἀριστοβούλου,

agitatam seditionibus gentis nostræ, qvæ orbem terrarum repleverit. sic enim scribit: Qvatuor erant genera in Cyrenensium urbe, cives, agricolæ, inqvilini, & qvarti Judæi. hæc jam in omnes urbes subrepsit. nec est facile invenire locum in orbe habitabili, qvem recepta semel non obtineat. nam & Ægyptus & Cyrene, utpote eisdem solitæ parere dominis, aliæqve multæ regiones horum ritus admiserunt: aluntqve congregationes Judæorum maximas, tempore coalitas, & utentes institutis domesticis. Per Ægyptum sane etiam coloniæ sunt ejus gentis, absqve eo, qvod Alexandrinæ urbis magna pars eis assignata est. habet etiam proprium magistratum, qvi suæ gentis res administret, & controversias ex jure dirimat, & contractus atqve pacta rata habeat, non aliter qvam fit in absoluta republica. Invaluit itaqve hæc gens in Ægypto, eo qvod antiqvitus originem inde habeat, & facile migretur eo propter vicinitatem. In Cyreniacam vero regionem inde transiit, ut conterminam, qvemadmodum etiam Judæa est, vel potius partem olim regni Ægyptii. Hæc Strabo. Cæterum Crassus, rebus arbitratu suo compositis, Parthorum ditionem invasit: ubi cum omnibus copiis periit: sicut alias narratum est. Cassius autem in Syriam refugiens, occupata ea, resistebat Parthis, propter recentem victoriam excursantibus: & cum venisset Tyrum, invisit etiam Judæam. Ubi Tarichæas primo impetu cepit, & ferme triginta millia captivorum abduxit. Pitholaum qvoqve, qui Aristobuli partes fovebat, interfecit, hortante Antipatro, qui plurimum apud eum poterat, & maximam inter Idumæos autoritatem habuit. apud qvos duxit uxorem illustri inter Arabas loco natam, Cypron nomine, ex qva qvatuor ei nati sunt filii, Phasaelus, & Herodes, qvi postea regnavit, & Josephus atqve Pheroras, & filia Salome. Hic Antipater etiam alios dynastas hospitio sibi conjunxit & amicitia, sed maxime Arabem, apud qvem & liberos deposuit, dum bellum contra Aristobulum gereret. At Cassius, reparatis copiis, ad Euphratem se contulit, ibiq; Parthis se opposuit, qvemadmodum & ab aliis scriptoribus est memoriæ proditum.

5.3.

5.1.

CAP. XIII.

Pompeji fuga in Epirum, & Scipionis adventus in Syriam.

XIV.

ALiqvanto autem post Cæsar, occupata Roma, & Pompejo una cum senatu ultra mare Jonium fugato, solutum vinculis Aristobulum decrevit in Syriam mittere, additis ei duabus legionibus, quo facilius ordinaret provinciam, sed is brevi frustratus est sua spe, qvam ex accepta a Cæsare potestate conceperat, a Pompejanis veneno sublatus, & a Cæsarianis funeratus. Corpus autem ejus diu melle curatum jacuit, donec Antonius id in Judæam remissum mandavit reponi in regum conditoriis. Scipio vero jussu Pompeji

XV.

securi percussit Alexandrum Aristobuli filium,

eo qvod aliqvando contra Romanos rebellaverat, & hic qvidem apud Antiochiam affectus est supplicio. fratres vero ejus ad se recepit Ptolemæus Mennæus dynasta Chalcidis, quæ sita est in monte Libano. nam misso Philippione filio Ascalonem ad uxorem Aristobuli, jussit eam, cum eo mittere ad se Antigonum filium & filias, qvarum alterius Alexandræ amore captus Philippio duxit eam conjugem. deinde vero, occiso prius eo, Ptolemæus ipse duxit Alexandram, & germanorum ejus curam habere non destitit.

αἰτιᾶται μὲν τὸν νεανίσκον ὡς ἐπὶ τοῖς τε πρώτοις εἰς ῥωμαίους ἐξημαρτημένους, τῷ πελέκει διεχρήσατο. καὶ ὁ μὲν ὅτως ἐν ἀντιοχείᾳ τελευτᾷ, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς αὐτοῦ πτολεμαῖος ὁ μιννάου παρέλαβε, δωδεκατύραννον χαλκίδος τῆς ὑπὸ τῷ λιβάνῳ ὄρει, καὶ πέμψας τὸν μὲν φιλιππίωνα εἰς ἀσκάλωνα ὡς τὴν ἀριστοβούλου γυναῖκα, ἐκέλευσεν αὐτῇ συναποστέλλειν τὸν ἀντίγονον, καὶ τὰς θυγατέρας, ὧν τὴν ἑτέραν ἀλεξάνδραν ἐρασθεὶς φιλιππίων ἀγαγέσθαι γυναῖκα. μὴ δὲ τούτων ἀνελὼν αὐτὸν ὁ πατὴρ πτολεμαῖος γαμεῖται τὴν ἀλεξάνδραν, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς παρόντων παιδόμενος διετέλει.

CAP. XIV.

Cæsaris in Ægyptum expeditio, & quam fideli Judæorum opera adjutus sit.

XVI. POst Pompeji autem obitum & victoriam Cæsaris, bellum ei gerenti in Ægypto multis in rebus usui fuit Antipater Judæorum gubernator, idqve mandato Hyrcani. Mithridate enim Pergameno adducente auxilia, nec valente transire per Pelusium, & circa Ascalonem hærente, Antipater ei se adjunxit cum armatis Judæorum tribus millibus, egitqve cum Arabum primatibus, ut & ipsi venirent auxilio, ejusqve potissimum opera e tota Syria auxilia contracta sunt. nam certatim opem tulerunt Cæsari Jamblichus dynasta & Ptolemæus ejus filius & Tholomæus Sohemi filius Libanum montem incolens, & urbes pene universæ. Mithridates vero, motis e Syria castris, pervenit Pelusium, & non receptus ab ejus loci hominibus urbem oppugnavit. Ubi præcipuam operam navavit Antipater, primusqve, dejecta qvadam muri parte, aditum cæteris irrumpentibus in urbem aperuit. & Pelusium quidem sic captum est. Antipatrum autem & Mithridatem properantes ad Cæsarem transitu arcebant Judæi Ægyptii, qui regionem, qvæ Oniæ dicitur, incolunt. Hos Antipater ut tribules in partes suas traduxit, maxime cum ostendisset Hyrcani pontificis literas, in qvibus rogabantur, ut amicos se præberent Cæsari, eumqve commeatibus juvarent & rebus exercitui necessariis. Qvi moti autoritate Antipatri ac pontificis libenter paruerunt. qvod ubi audiverunt, qvi Memphim accolunt, & ipsi Mithridatem accersiverunt, & ille eo profectus hos qvoqve adjunxit suis partibus.

CAP. XV.

Antipatri res gestæ & cum Cæsare amicitia.

POstqvam autem ventum est ad Delta, qvod vocant, conflixit cum hoste circa locum, qvi Castra Judæorum dicitur. Curabat autem dextrum cornu Mithridates, siniſtrum Antipater. In ea pugna Mithridatis cornu inclinatum est, videbaturq; cladem accepturum, nisi mature præter fluminis ripam accurrens cum suis Antipater, qvi jam adversarios profligaverat, exemptis sociis periculo, Ægyptios jã vincentes coegisset terga vertere: qvi adeo fugientibus institit, ut castra qvoq; hostium caperet: advocato etiam in prædę partem Mithridate, qvem insectando hostẽ longe a tergo reliqverat. Is ex suis octingentos desideratos

Κεφάλαιον ιδ'.

Καίσαρος ἐπ' αἴγυπτον στρατεία, καὶ ὡς ἰουδαῖοι αὐτῷ συνεμάχησαν.

ΜΕτὰ δὲ τὴν πομπηίου θάνατον καὶ τὴν νίκην τὴν εἰς αὐτὸν καίσαρι πολεμοῦντι καὶ αἴγυπτον εἰς πολλὰ χρήσιμον αὐτὸν παρέσχεν ἀντίπατρος ὁ τῶν ἰουδαίων ἐπιμελητὴς ἐξ ἐντολῆς ὑρκανοῦ. μιθριδάτην γὰρ τὸν περγαμηνὸν κομίζοντι ἐπικουρικὸν καὶ ἀδυνάτως ἐχοντι διὰ πλείστων παιήσασθαι τὴν πορείαν, ἐπὶ δὲ ἀσκάλωνα διατείνοντι, ἦκεν ἀντίπατρος ἄγων ἰουδαίων ὁπλίτας τρισχιλίους, ἐξ ἀραβίας τε συμμάχους ἐλθεῖν ἐπραγματεύσατο τοὺς ἐντελῆ, καὶ δι' αὐτοῦ οἱ κῆ τὴν συμμαχίαν ἅπαντες ἐπεκύρουν, ὑπολείποντες τὸν ἐπὶ καίσαρος θυμούμενοι καὶ ζηλοῦντες, ἰαμβλίχος τε ὁ δυνάστης καὶ πτολεμαῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ὁ λόλλιος ὁ σοήμου λίβανον ὄρος οἰκῶν, οὗ τε πόλις σχεδὸν ὅλη ἄπασα. μιθριδάτης δὲ ἄφνως ἐκ σοήμου εἰς πηλούσιον ἐφικνεῖται. καὶ μὴ δεχομένων αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. ἠρέθισε δὲ ἀντίπατρος, καὶ πρῶτος καταιούρας τι τοῦ τείχους ὁδὸν εἰς πόσιν παρέσχετο τοῖς ἄλλοις εἰς τὴν πόλιν. καὶ τὸ μὲν πλέον ἔτως εἶχεν. τοὺς δὲ περὶ ἀντίπατρον καὶ μιθριδάτην ἀπιόντας πρὸς καίσαρα, διεκώλυον οἱ ἰουδαῖοι αἰγύπτιοι, οἱ τὴν ὀνίαν λεγομένην χώραν κατοικοῦντες. πεισθέντες δὲ τούτοις τὰ αὐτῶν φρονῆσαι καὶ τὸ ὁμόφυλον ἀντίπατρον, καὶ μᾶλλον ἐπιδείξας αὐτοῖς τὰς ὑρκανοῦ δεξιὰς χειρὸς ἐπιστολὰς, ἐν αἷς αὐτοὺς φίλους εἶναι καίσαρος παρεκάλει, καὶ ξένια καὶ πάντα τὰ ἐπιτήδεια χορηγεῖν τῷ στρατῷ. καὶ οἱ μὲν ὡς εἶδον τὸν ἀντίπατρον καὶ τὸ δεξιρέα συνελθόντας ἐπῄνεσαν. τούτους δὲ πρεσβευσάμενος ἀνέσωσεν οἱ πρὸς μέμφιν, σκάλλοιν καὶ αὐτοὶ τὸ μιθριδάτην πρὸς αὐτοὺς, καὶ κἀκεῖνος ἐλθὼν καὶ τούτους προσελάμβανεν.

Κεφάλαιον ιε'.

Αντιπάτρου δόξαι, καὶ φιλία πρὸς καίσαρα.

ΕΠεὶ δὲ τὸ καλούμενον δέλτα ὡς ἤδη παρελήλυθε, συμβάλλουσι τοῖς πολεμίοις πρὸς τὸ καλούμενον ἰουδαίων στρατόπεδον. εἶχε δὲ, τὸ μὲν δεξιὸν κέρας μιθριδάτης, τὸ δὲ εὐώνυμον, ἀντίπατρος· συμπεσόντων δὲ εἰς μάχλεν, κλίνει τὸ μιθριδάτου κέρας, καὶ παδὲν ἂν κινδυνεύσασι τὰ δίωκόμενα, εἰ μὴ πρὸς τὸν ἡόνα δ' παραμοῦ σὺν τοῖς οἰκείοις στρατιώταις ἀντίπατρος ἀφθέων νενικηκὼς ἤδη τοὺς πολεμίους, τὸν μὲν φεύγειν, τρέπει δὲ εἰς φυγὴν τοὺς νενικηκότας αἰγυπτίους. αἴρει δὲ αὐτῶν καὶ τὸ στρατόπεδον, ἐπιμείνας τῇ διώξει, τῶν τε μιθριδάτου σκαλῖται πολλοὺς ἐν τῇ τροπῇ διαφθείραντα. ἔπεσον δὲ τούτων μὲν ἐκ πεντακοσίους, τῶν

τῶν ἢ ἀντιπάτρου πεντήκοντα. μιθριδάτης ὁ Ⓒ πρὸς τούτων
ἐπιστολὴν κομίσας, τῆς τε νίκης αὐτοῖς ἅμα Ⓒ τῆς σω-
τηρίας αἴτιον τὸν ἀντίπατρον ἀποφαίνων, ὥστε τὸν καί-
σαρα τότε μὲν ἐπαινέσαι αὐτόν, κεχρῆσθαι δ' ὡδὶ πάνυ τ
πολέμου εἰς τὸν κινδυνωδέστατα τῷ ἀντιπάτρῳ, Ⓒ δὴ καὶ
φιλίᾳ συνέβη ὡδὶ τοὺς ἀγῶνας αὐτῷ. καλῶς λύσαις
μὲν τὸν καίσαρι μέγ χρόνον τὸν πόλεμον, κ' εἰς συμμαχ ἀ-
ποτελοῦσας, ἐπιμισθ μεγάλως, ὑρκανῷ μὲν τ ἀρχιε-
ρωσύνην βεβαιώσας, ἀντιπάτρῳ δ' πολιτείαν ἐν ῥώμῃ
θεὸς κ' ἀπλοῦν πανοῦργον. λέγεται δ' ὑπὸ πολλῶν ὑρ-
κανὸν ταύτης κοινωνῆσαι τῆς στρατιᾶς, κ' ἐλθεῖν εἰς αἴ-
γυπτον. μαρτυρεῖ δέμοι τοῦ λόγου γράβων ὁ καππα-
δὸξ λέγων ἐξ ἀσινίου ὀνόματος ἔτους, μετ' τ μιθριδά-
του εἰς βάλλειν εἰς τὴν αἴγυπτον, κ' ὑρκανὸν τ τ ἰουδαίων
ἀρχιερέα. ὁ δ' αὐτὸς ἔτ Ⓒ γράβων Ⓒ ἐν ἑτέρῳ πάλιν
ἐξ ὑπικράτους ὀνόματ Ⓒ λέγ' ἔτως, τ μὲν μιθριδά-
του ἐξελθεῖν μόνον, κληθέντα δ' εἰς ἀσκάλωνα ἀντι-
πάτρου, τὸν αὐτὸν τ τ ἰουδαίων ἀπιμελητὴν τειχιλίους
αὐτοῦ στρατιώτας συμπαραπέμψαι, Ⓒ τοὺς ἄλλους δυ-
νάστας πρότερόν γ, κοινωνῆσαι δ' τ στρατιᾶς, κ' ὑρκανὸν
τ ἀρχιερέα. ταῦτα μὲν γράβων φησίν. ἑλλάνων δ' καὶ
ἀντίγονος ὁ ἀριστοβούλ τοῦ πρὸς καίσαρα, τὸν τε
πατέρα ἐπωδύρετο τύχαι, Ⓒ ὡς δι' αὐτὸν ἀποθάνοι φαρ-
μάκοις ἀναιρεθεὶς δεισιδαίμ Ⓒ, Ⓒ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ
κτείναντ Ⓒ πελέκει σκιπίων Ⓒ. ἐδεῖτο τε λαβεῖν οἶ-
κτον αὐτὸς τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένος. ὑρκανὸς δ' δὴ
τέτε Ⓒ ἀντιπάτρου κατηγόρει βιαίως ἐξηγουμένων δ'
ἐθνῶν, κ' εἰς αὐτὸν ὡδὶ νομισάντων. πυρὼν δ' ἀντιπα-
τ Ⓒ ἀπελογεῖτο μὲν ὑπὲρ ὧν ἐώρα κατ' αὐτὸ τὸν
καιρὸν ἠμυνόμενον, νεωτερίσεις δ' ἀπέφαινε τὰς
περὶ τ ἀντίγονον Ⓒ σκιπιώδεις, ὅσα τε πονήσειεν αὐτὸς καὶ
συνεργήσειεν ὑπεμίμνησκεν δὴ τοῖς στρατηγήμασι, καὶ
ἔργ Ⓒ τοὺς λόγους, ὧν αὐτὸς μὲν μάρτυς. δικαίως δ'
ἔλεγε αἰσχύλον μὲν εἰς ῥώμην ἀναπραγον γεγονέναι
πόλεμον δὲ Ⓒ μηδέποτε εὐνοϊκῶς ὑπάρξαι ῥωμαίοις.
τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ κρατηθέντα ὅτι λησταῖς ὑπὸ σκιπί-
ωνος τυχεῖν ὧν ἄξι Ⓒ μέν, ἀλλ' οὐ κατὰ βίαν Ⓒ ἀδικίαν
ὅτ παθεῖν δ' δρᾶσαντ Ⓒ. τοιαῦτα ἀντιπάτρου πεποιη-
μένου τοὺς λόγους, καίσαρ ὑρκανὸν μὲν ἀποδείκνυσιν ἀρ-
χιερέα, ἀντιπάτρῳ δ' δίδωσι δυναστείαν, ἣν αὐτὸς
προαιρῆται, τοῦτο ἐπ' αὐτῷ πεποιημένῳ τὴν κρίσιν,
ὅτιπερποτ' αὐτὸν ἀποδεικνύς τῆς ἰουδαίας.

A Antipater non plus qvinqvaginta. Mithridates vero de his Cæsarem per literas certiorem reddidit, ingenue fassus Antipatrum & salutis sibi causam fuisse & victoriæ: ita ut Cæsar & tunc eum collaudaverit, & postea toto eo bello in rebus periculosissimis ejus forti opera usus sit: in qvibus certaminibus etiam vulnera accepit. Qvamobrem, finito tandem bello, classe devectus in B Syriam Cæsar, magnos honores contulit tum in Hyrcanum, qvem confirmavit in pontificatu, tum in Antipatrum, qvem civitate Romana & immunitate donavit. Nonnulli vero ajunt, Hyrcanum ipsum huic expeditioni interfuisse, & in Ægyptum venisse. Attestatur mihi Strabo Cappadox, ex autoritate Asinii sic scribens: postqvam Mithridates Ægyptum invasit, & cum eo Hyrcanus Judæorum pontifex. Idem Strabo C alibi ex autoritate Hypsicratis sic scribens: Mithridatem primo solum venisse, accitum deinde ab eo Ascalonem gubernatorem Judææ Antipatrum tria millia militum ei adjunxisse, & ejusdem hortatu cæteros dynastas socia arma contulisse. in hisqve Hyrcanum pontificem. Hæc Strabo. Eodem tempore etiam Antigonus Aristobuli filius ad Cæsarem veniens, qvestus est de patris infortunio, qvod propter ipsum veneno extinctus esset Aristobulus, & frater suus a D Scipione securi percussus. rogabatqve, ut sui misereretur, paterno principatu ejecti. Præterea Hyrcanum accusabat & Antipatrum, qvod per vim principatum gentis gererent, nec abstinerent ab ipsius injuriis. Antipater vero causam suam egit, diluens objecta crimina: Antigonumqve seditionis & novarum rerum studiosum esse coarguit. commemorabat etiam, E qvantum proximo bello laborasset pro Cæsare, ipsum verborum suorum testem adducens. Aristobulum autem merito Romam vinctum pertractum, perpetuum hostem & inimicum populi Romani. Fratrem vero hujus convictum latrocinii debitas pœnas Scipioni dedisse, & non per injuriam oppressum. Tum Cæsar oratione Antipatri motus, Hyrcanum pontificem declaravit, Antipatro dynastiam, qvamcunqve ipse F optaret, obtulit, & procuratorem insuper Judææ declaravit.

Κεφάλαιον ις'.
Καίσαρος ἐπιστολὴ Ⓒ δόγματα συγκλήτου περὶ τῆς πρὸς ἰουδαίους φιλίας.

CAP. XVI.
Cæsaris litera & senatusconsulta de Judæorum amicitia.

ΕΠιτρέπει δ καὶ ὑρκανῷ τε τῆς πατρίδ Ⓒ ἀνα-
σῶσαι τεῖχη, τοῦτο αἰτησαμένῳ τὴν χάριν. XVII.
ἐρρώσθη δ ἐπ' ὀκτωκαιδεκάτοις καλανδῶν Ⓒ. καὶ ὅτ' G
ἐπιστολὴ τῆς καίσαρος εἰς ῥώμην, ἀναγράψαι ἐν τῷ
καπετωλίῳ καὶ τὸ ψήφισμα τοῦτο τῆς συγκλήτου δόγ-
μα ὅτου ἔχει τοῦ τρόπου. λεύκιος οὐαλέριος λεύκιου
υἱὸς στρατηγὸς συνεβούλευσε τῇ συγκλήτῳ εἴδοις δε-
κεμβρίαις ἐν τῷ τ ὁμονοίας ναῷ παραφυλάττῳ τῷ δόγ-
ματι, παρῆσαν, δ λεύκιος κωπώνιος, λεύκιος υἱὸς,
καὶ παπίριος κυϊρῖνος, οἷς ἐν ἀλεξάνδρου ἰάσονος,
καὶ νουμηνίου ἀντιόχου, καὶ ἀλεξάνδρου δωροθέου,
ἰουδαίων πρεσβεύσαι ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ σύμμαχοι

HYrcano vero etiam patriæ mœnia restituere permisit, roganti hanc gratiam. jacebant enim usqve ad id tempus, ex qvo a Pompejo fuerant diruta. deditqve hac de re in urbem literas ad consules, ut decretum hoc scriberetur in Capitolio: cujus SCti. exemplum sic habet: L. Valerius L.F. Pr. retulit ad senatum idib. Decembrib. in æde Concordiæ, præsente L. Coponio L.F. & C. Papirio Qvirino, de his, qvæ Alexander Jasonis, Numenius Antiochi, Alexander Dorothei legati Judæorum, viri optimi & socii nostri

petierunt, renovantes veterem erga populum Rom. benevolentiam: qvi phialam & clypeum ex auro argumentum societatis attulerunt, æstimationis aureorum qvinqvaginta millium. & literas petierunt ad liberas civitates ac reges, ut per regiones eorum atqve portus secure possint iter facere. Placuit igitur senatui eos in amicitiam & societatem recipere, & omnia, quæ petierunt, concedere, & allatum clypeum accipere. Hæc acta sunt Hyrcani pontificatus & principatus anno nono, mense panemo. Qvin & ab Athenienſibus honor habitus est Hyrcano, quæsitus beneficiis: miseruntq; ad eum decretum scriptum in hanc sententiam: Sub judice & sacerdote Dionysio Asclepiadis, panemi mensis luna vigesima, oblatum est ducibus decretum Athenienſium, Agathocle principe: de quo Eucles Menandri Alimusius scriba retulit Munychionis undecima, concilio judicum facto in theatro: suffragia collegit Dorotheus summus sacerdos, & assessores ex populo. Dionysius Dionysii dixit: Qvoniam Hyrcanus Alexandri pontifex Judæorum ac ethnarcha perpetua tam publice quam privatim cives nostros benevolentia prosequitur, nullam bene merendi occasionem prætermittens: & quotquot Athenienſium vel propter legationes, vel propter privata negotia illuc deveniunt, acceptos comiter, deducendos etiam curat in reditu, idqve multorum constat testimoniis: visum est nunc, Theodosio Theodori referente, & populum de hujus viri virtute commonefaciente, qvam propensus sit ad benemerendum de nostris civibus, honorare hunc virum virtutis ergo corona aurea juxta legem, ponere ei effigiem auream in templo Demi & Charitum: & præconis voce promulgari eam coronam in theatro Liberalibus, dum novæ tragœdiæ aguntur, & Panathenæis & Eleusiniis, & in gymnicis certaminibus. Curæq; esse nostris ducibus, ut, dum ille in amicitia nostra perseverat, ut, quicquid in honorem ejus & gratiam pro favore & meritis excogitaverimus, exeqvantur sedulo: quo perspicua sit omnibus populi nostri erga bonos viros gratitudo ac benevolentia, & hujusmodi honoribus plures ad benemerendum de nobis invitentur. Eligi etiam legatos idoneos ex omni Athenienſium numero, qvi ad illum decretum hoc perferant, hortenturqve, ut, acceptis his honoribus, certet nobiscum beneficiis. & hactenus de collatis a populo Rom. & Athenienſi in Hyrcanum honoribus. Porro

XVIII. Cæsar, ordinatis rebus Syriæ, cum classe profectus est. Antipater autem, deducto Cæsare, in Syriam reversus, ante omnia disjecta per Pompejum mœnia restituit, & obeundo provinciam novarum rerum cupidos compescuit, tum minis agens tum consiliis. Fore enim, ut si Hyrcano contenti sint principe, feliciter degant fruendo suis quisq; possessionibus; sin novas sibi spes polliceantur, & lucra ex rebus turbatis captent, se qvidem pro præside habituros dominũ;

διελέχθησαν, ἀνανεώμενοι τὰς πεπραγμένας πρὸς ὑμᾶς χάριτας. καὶ φιάλην, καὶ ἀσπίδα χρυσῆν σύμβολον τῆς συμμαχίας ἠνεγκαν δόξῃ χρυσῶν μυριάδων πέντε, καὶ γράμματ' αὐτῆς ἠξίωσαν δοθῆναι, πρός τε τὰς αὐτονομουμένας πόλεις καὶ πρὸς βασιλέας, ὑπὲρ δὲ τὴν τε χώραν αὐτῶν καὶ τοὺς λιμένας ἀδείας τυχάνειν, καὶ μηδένα ἀδικεῖσθαι. ἔδοξε τῇ συνόδῳ φιλίαν καὶ χαρίζεσθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ ὅσων ἐδεήθησαν τυχεῖν παῦτ' αὐτοῖς ψηφίζειν, καὶ τὴν ἀσπίδα προσδέχεσθαι. ταῦτα ἐγένετο ἐπὶ ὑρκανοῦ ἀρχιερέως καὶ ἐθνάρχου, ἔτους ἐνάτου μηνὸς πανέμου. τυγχάνει δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων δήμου τιμαὶς ὑρκανὸς, πολλὰ χρήσιμος γεγονὼς αὐτοῖς. ἐπέμψάν τε ψήφισμα γράψαντες αὐτῷ, ὅτου ἔχων τὴν τράπεζαν. ἐπὶ πυθοδώρου καὶ ἱερέως διονυσίου δὲ ἀσκληπιάδου μηνὸς πανέμου πέμπτῃ ἀποφαίνοντος, ἐπεδόθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα Ἀθηναίων, ἐπὶ ἀγαθοκλέους ἄρχοντος. εὐκλῆς μνασάνδρου ἀλιμούσιος εἶπε μουνιχιῶνος ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, συνκλήτου γενομένης ἐν τῷ θεάτρῳ τῶν προέδρων. ἐπεψήφισε δωρόθεος δὲ ἱερεὺς καὶ οἱ συμπρόεδροι τῷ δήμῳ. διονύσιος διονυσίου εἶπεν, ἐπειδὴ ὑρκανὸς ἀλεξάνδρου ἀρχιερεὺς καὶ ἐθνάρχης τῶν ἰουδαίων διατελεῖ κοινῇ τε τῷ δήμῳ καὶ ἰδίᾳ τῶν πολιτῶν ἑκάστῳ εὐνοῶν, καὶ πάσῃ προθυμίᾳ παρεῖναι αὐτοῖς ἀπροφάσιστος, καὶ τοὺς παραγινομένους Ἀθηναίων, ἢ κατὰ πρεσβείαν, ἢ κατ' ἰδίαν πρόφασιν εἰς αὐτὸν ἀποδέχεται φιλοφρόνως, καὶ προπέμπει τῆς ἀσφαλοῦς αὐτῶν ἐπανόδου προνοούμενος, ἐμαρτυρήθη μοι καὶ πρότερον περὶ τούτων. δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ νῦν θεοδοσίῳ δὲ θεοδώρου συμβουλεύσαντος εἰσηγησαμένου περὶ τῆς ἀνδρὸς ἀρετῆς ἀποφαίνοντος τὸν δῆμον, καὶ ὅτι προαίρεσιν ἔχει περὶ ἡμᾶς ὅπως ἂν δύνηται ἀγαθὸν, τιμῆσαι τὸν ἄνδρα χρυσῷ στεφάνῳ ἀρετῆς καὶ τὸν νόμον, καὶ στῆσαι αὐτοῦ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῷ τεμένει τοῦ δήμου καὶ τῶν χαρίτων, ἀνθεῖναι δὲ τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ, διονυσίοις τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγομένων, καὶ παναθηναίοις καὶ ἐλευσινίοις, καὶ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν. ἐπιμεληθῆναι δὲ τοὺς στρατηγοὺς διαμένοντί τε αὐτῷ, καὶ διαφυλάσσοντι τὰς πρὸς ἡμᾶς εὐνοίαν, εἶναί πάν ὅτι ἂν δυνησόμεθα εἰς τιμὴν, καὶ χάριν τῆς τοῦ ἀνδρὸς σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας, ἵνα τούτων γενομένων φαίνηται ὁ δῆμος ἡμῶν ἀποδεχόμενος τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τῆς προσηκούσης ἀμοιβῆς ἀξίων, καὶ ζηλώσῃ τὴν πρὸς ἡμᾶς προθυμίαν τῶν ἤδη τετιμημένων. ἐλέσθαι δὲ καὶ πρέσβεις ἐξ ἁπάντων ἀθηναίων, οἵ τινές τε αὐτῷ κομιοῦσι τὸ ψήφισμα, καὶ προκαλέσονται προσδέχεσθαι τὰς πρὸς ἡμᾶς παρακλήσεις τι ποιεῖν ἀγαθὸν ἡμῶν τὴν πόλιν. αἱ μὲν οὖν προγεγραμμέναι καὶ ὁ δήμου καὶ τῶν ἀθηναίων πρὸς ὑρκανὸν ἡμῖν δεδήλωνται ἱκανῶς. ὁ καῖσαρ δὲ διοικήσας τὰ κατὰ τὴν συρίαν ἀπέπλευσεν. ὡς δὲ καίσαρα προπέμψας ἐκ τῆς συρίας ἀντίπατρος εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐπέστρεψεν, ἀνεγείρει μὲν εὐθὺς τὸ τεῖχος, ἐπὶ πομπηίου καθῃρημένον, καὶ τὸν κατὰ τὴν χώραν φόβον, ὅπλων κατέσχεν, ἀπειλῶν τε ἅμα καὶ συμβουλεύων ἠρέμει. τοὺς μὲν δὴ ὑρκανοῦ φρονοῦντας, ἐν εὐσεβείᾳ διέζειν, καὶ βιώσεσθαι τῶν ἰδίων ἀπολαύοντας κτημάτων ἀπραγμόνως. προστιθεμένους δὲ τῇ ἐκ δευτερολογίᾳ ἐλπίσι, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτῶν κέρδεσι πρόσοντας, αὐτὸν μὲν ἔχειν ἀντὶ προστάτου δεσπότην,

ὑρκανὸν

ὑρκανὸν ἢ ἀντὶ βασιλέως, τύραννον, ῥωμαίους ἢ Καίσαρα πικροὺς ἀνθ' ἡμέρων πολεμίους. ἃ γὰρ ἀνέξεσθαι μεταχειρίζουσιν οὐ αὐτοὶ κατέγνωσαν. ταῦτα λέγων καθῆκε δι' ἑαυτοῦ τὰ κατὰ τὴν χώραν.

A Hyrcanum vero pro rege tyrannum, tum Romanos atqve Cæsarem acerbos hostes pro principibus. Hos enim neqvaqvam laturos mutari aliqvid ex his, qvæ ipsi constituerint. atqve his monitis ille regionem totam composuit.

Κεφάλαιον ιζ'.

Οτι ἀντίπατρος τοῖς παισὶ ἡρῴδῃ μὲν τὴν γαλιλαίας προνοίαν, Φασαήλῳ δὲ ἐπέτρεψε τὴν ἱεροσολύμων, ἕως σέξτος καῖσαρ μέγαν ἐνδοξον τὸν ἡρῴδην ἐποίησεν.

CAP. XVII.

Antipater ex filiis suis Herodi Galilææ, Phasaëlo Hierosolymorum regimen committit, & quod Sex. Cæsar Herodem magnum ac illustrem reddidit.

Βραδὺ δὲ ἐρῶν καὶ νωθῆ τὸν ὑρκανὸν, Φασαήλου μὲν τὸν πρεσβύτατον αὐτοῦ τῶν παίδων, ἱεροσολύμων καὶ τῆς περιοίκου, στρατηγὸν ἀποδείκνυσι, τὸν δὲ μετ' αὐτὸν ἡρῴδην τὴν γαλιλαίαν ἐπέτρεψε, νέω πάντα πάνυ, καὶ γὰρ αὐτῷ ἐγένοντο μόναι ἔτη. βλάπτει δ' οὐδὲν αὐτὸν ἡ νεότης, ἀλλ' ὢν τὸ φρονήματι γενναῖος ὁ νεανίας, ἀφορμὴν δίδοσιν εὐθὺς ἔργῳ δείξασθαι εἰς ὅπερ ἐζήλωσε τῆς ἀρετῆς. καταλαβὼν γὰρ ἐξαίφνης τὸν ἀρχιλῃστὴν, καὶ πρόσοχθον τῆς συρίας καταστρέφοντα σὺν μεγάλῳ τάφῳ, καὶ τὸν καταλαβὼν, κτείνει, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ λῃστῶν. σφόδρα δ' αὐτοῦ τὸ ἔργον καὶ τὸ ἡγάπησαν οἱ σύροι, παθόντες γὰρ αὐτοῖς ἀπηλλάχθαι καὶ ληστηρίου τὴν χώραν, ἐκαθάρθησαν. ὑμνοῦσι γοῦν αὐτὸν ὅτι τοῦτο καὶ κώμας καὶ πόλεις, ὡς ἐφικτὸν αὐτοῖς παρεχήκοτα, καὶ ἀσφαλῆ τῶν κτημάτων ἀπολαῦσιν. ἐμοὶ τε ἢ Δι' ὃ δὴ καὶ σέξτῳ καίσαρι γνώμῃ, ἔνπνους γλυκεῖ καὶ μεγάλου καίσαρος, καὶ διέποντι τὴν συρίαν. ζῆλος δ' ἐμπίπτει τῶν ἡρῴδῃ πεπραγμένων, Φασαήλῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ σπεύδει τὴν δόκιμησιν αὐτοῦ κινῆσαι, ἐφιλοτιμήσατο μὴ ἀπολειφθῆναι τῆς ἐμοίας εὐφημίας. καὶ τὰς ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις, εὐνουστάτας ἐπιὼν, δι' αὐτοῦ μὲν ἔχων τὴν πόλιν, αὖτις δ' ἀπειροκάλως τοῖς πραγμασι προσφερόμενος, ὥτ' ἐξυβρίζων εἰς τὴν ἐξουσίαν. τοῦτ' ἀντίπατρον ἐποίει θεραπεύειν ὡς ἡρῴδῃ ἔθνους τυγχάνειν βασιλικῆς καὶ τιμῶν οἵων ἂν τις μεταλαμβάνοι τῶν ὅλων ὢν δεσπότης. ἐνῆν μέντοι τῆς ἐκ τούτων λαμπρότητος, οἷα φιλεῖ συμβαίνειν πολλάκις, οὐδὲν τῆς πρὸς ὑρκανὸν εὐνοίας καὶ πίστεως παρέβη. οἱ δ' ἐν τέλει τῶν ἰουδαίων, ὁρῶντες τὸν ἀντίπατρον καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ μεγάλως αὐξανομένους, εὐνοίᾳ τε τῇ ἡρῴδῃ ἔθνους καὶ προσόδῳ τῇ ἡρῴδῃ τῆς ἰουδαίας καὶ τῶν ὑρκανοῦ χρημάτων, κακοηθῶς εἶχον πρὸς αὐτόν. καὶ γὰρ φιλίαν ἀντίπατρος μὲν ποιησάμενος πρὸς τοὺς ῥωμαίων αὐτοκράτορας, καὶ χρήματα πέμψας τὸν ὑρκανὸν, αὐτὸς λαβὼν νεοφίλεσι τὴν δωρεὰν, ὡς γὰρ ἰδίαν, ἀλλ' οὐχ ὡς ὑρκανοῦ δόντος ἔπεμψε. τοῦδ' ὑρκανὸς ἀχθόμενος οὐκ ἐφρόντιζεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἔχαιρεν. ἐν δέει δ' ἦσαν οἱ πρῶτοι τῶν ἰουδαίων, ὁρῶντες τὸν ἡρῴδην βίαιον καὶ πλήρη, καὶ τυραννίδος ὀλιγόμοιρον. καὶ, προσελθόντες ὑρκανῷ, φανερῶς ἤδη κατηγόρουν ἀντιπάτρου, ἐμέχρι πότ' ἔφασαν ὅτι τοῖς πεντόμοιρος ἡσυχάζεις; ἢ οὐχ ὁρᾷς ἀντίπατρον μὲν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ τὰ ὅλα ἔχοντα διεζωσμένους, σαυτὸν δὲ τῆς βασιλέως ὄνομα μόνον ἀγόντα. ἀλλὰ μὴ λανθανέτωσαν ταῦτα, μηδὲ ἀκίνδυνον εἶναι νόμιζε, ῥᾳθυμῶν σοῦ τι καὶ τῇ βασιλείᾳ. ἃ γὰρ ἀπίτεσθαι σου

Cæterum cum Hyrcanum stupidum ac segnem animadverteret, Phasaëlum e liberis suis natu maximum Hierosolymis & circumvicinæ regioni ducem constituit, Herodi secundo Galilæam curandam commisit, etiam tum admodum adolescenti, nec excedenti annum qvintumdecimum: qvod tamen illi nihil obstitit, sed quia fuit generoso ingenio præditus, confestim occasionem invenit, qvomodo posset virtutem suam ostendere. Comprehensum enim Ezeciam primarium latronem, & cæterorum ducem, Syriæ fines incursare ac prædari solitum, affecit supplicio cum multis latrocinii sociis. qvod ejus factum magnam ei apud Syros conciliavit gratiam, nihil magis cupientes, qvam repurgari tandem regionem a prædonibus. Decantabant igitur eum hoc nomine per vicos & oppida, ut autorem pacis & fruendi secure possessionibus. Qvin & Sex. Cæsari per hoc factum innotuit, cognato magni Cæsaris & tum administranti Syriam. qvapropter etiam Phasaëlus excitatus est ad æmulationem fraternæ gloriæ, nolens virtutis laude haberi inferior: nihilqve magis studuit, qvam gratiosus esse apud Hierosolymitanum populum, omnia negotia publica per se obeundo, & in eis cum magna gratia versando, nec abutendo potestate ad cujusqvam injuriam. quo factum est, ut Antipater haud secus, quam si rex esset, a tota gente coleretur, & in tali haberetur honore, qvalis non dedeceret dominum. nec tamen rebus tam secundis more cæterorum hominum depravatus est, quo minus Hyrcano fidem servaret atqve amicitiam. Cæterum optimates Judæorum, videntes eum cum filiis tantopere crescere, tam favore gentis, qvam Hyrcani pecuniis & percipiendis ex Judæa reditibus, maligne erga eum affecti erant. jam enim amicitiam contraxerat cum Romanis imperatoribus, &, persvaso Hyrcano, ut pecuniam eis mitteret, ipse hujus muneris sibi usurpavit gratiam. Misit enim tanqvam de proprio, & non quasi ab Hyrcano acceptam. Hæc Hyrcanus audiens adeo nihil curabat, ut gaudere etiam facto videretur. Sed maxime terrebat Judæorum primates violentum ac audax Herodis ingenium & tyrannidis cupidum, adeuntesqve Hyrcanum aperte jam incusabant Antipatrum. Quousqve tandem dissimulabis, quæ geruntur quotidie? an non vides Antipatrum cum filiis succinctos principatus opibus, tibi vero præter inane regni nomen nihil fieri reliqvum? Sed cave, ista nescias, neve te securum putes, incolumitatis tuæ atq; regni juxta negligens. neq; enim procuratores tuos

amplius agunt. noli falli hac opinione: sed jam ex professo dominationem exercent. nam Herodes Ezeciam cum plerisque aliis interfecit, contemptis nostris legibus, quæ hominem, quantumvis sceleſtum, non ſinunt affici ſupplicio, niſi prius damnatum ex ſententia judicum. iſte vero hoc auſus eſt, prius quam a te poteſtatem hanc acciperet. Tandem Hyrcanus, his auditis, motus eſt. accenderunt autem ejus iram matres etiam eorum, quos Herodes necaverat. nam hæ per ſingulos dies in templo non deſinebant precibus ſuis tum regem tum populum obtundere, rogantes, ut Herodes coram conſeſſu judicum, facti ſui rationem cogeretur reddere. Permotus igitur his hominem ad judicium & dicendam cauſam evocat. at ille præſto fuit, præmonitus tamen a patre, ut non privati more, ſed cum comitatu ad ſe tuendum idoneo veniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, qvemadmodum exiſtimabat ſibi conducere, mediocrem, ſed tamen ſufficientem ſibi manum adjunxit in itinere, ne vel Hyrcanum terreret, ſi plures adduceret, vel ipſe ſine tutela ſubiret judicii periculum. Quin & Sex. Cæſar præſes Syriæ ſcripſit ad Hyrcanum, ut eum abſolveret, minis, ſi contra feciſſet, additis. Qvod qvidem facile ab illo impetratum eſt, neqva triſtiore judicum ſententia feriretur, quandoqvidem amabat eum non ſecus atqve filium. Cumqve conſtitiſſet ante judicium una cum ſuis, omnes ſunt attoniti; nec quisqvam eorum, qui abſentem accuſaverant, auſus eſt hiſcere; ſed hærebant inopes conſilii. Tum unus quispiam Sameas nomine, vir juſtus, & ob hoc invictus terroribus, aſſurgens ſic exorſus eſt: Eqvidem judices, tuqve rex, nec ipſe unqvam vidi qvenqvam, qui ad cauſam apud nos dicendam vocatus ad hunc modum comparuerit, nec vos puto poſſe proferre hujusmodi qvempiam, ſed quisquis hactenus apud hunc conſeſſum judicandum ſe præbuit, humilis venit & habitu timentis periculum ac captantis miſericordiam, atratus & promiſſo capillitio. at bonus iſte Herodes cædis reus, & tam gravi obnoxius crimini, adſtat hic purpuratus & crine belle compoſito, cum armatis ſtipatoribus: ut, ſi capitalem juxta leges ſententiam in eum tulerimus, nobis mactatis, ipſe evadat, illata vi legibus. Verum iſti non ſuccenſeo, quod majorem incolumitatis ſuæ quam legum rationem habeat, ſed vobis magis & regi, qui hanc ei conceſſiſtis licentiam. Scitote tamen potentem eſſe Deum, & quod iſte, quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquando & regem ipſum puniet. Nec vanus fuit vates. nam Herodes regnum adeptus omnes illos judices & regem qvoq; ſuſtulit, excepto uno Samea. hunc enim in honore habuit propter juſtitiam, & quia poſt, obſeſſa urbe ab Herode ac Soſio, admittendi Herodem autor fuit populo, negans propter peccata eos poſſe dominationem illius effugere: ſicut ſuo loco dicetur. Porro Hyrcanus animadvertens judices propenſiores

A τῶν πεπραγμάτων αὐτὸν παρεσκευασμένους, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ τῶν
εἰσὶ, μὴ ἧ ἀπάτα σωτὴρ ἦτ' οἰόμενος, ἀλλὰ δεσπότης
φανερῶς ἀνωμολόγηται. καὶ γὰρ ἡρῴδης ὁ παῖς αὐτοῦ,
ἐξεκίαν ἀπέκτεινε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ὠλιγώρει τε ἡμέ-
τερον νόμου, ὃς κεκώλυκεν ἄνθρωπον ἀναιρεῖν ἀκατα-
κρίτον ὄντα, εἰ μὴ πρότερον κατακριθείη ἦτ' πάθοι, τὸ
δὲ συνεδρίου, μὴ λαβὼν ἢ ἐξουσίαν ὠλιγώρησε τοῦτο ἐπρά-
ξεν. ὑρκανὸς ἢ ἀκούσας ταῦτα, πείθεται. παρεσκεύ-
ασαν ἢ αὐτῷ τὴν ὀργὴν καὶ αἱ μητέρες τῶν ὑπὸ ἡρῴ-
δου πεφονευμένων. αὗται γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν
ἐν τῷ ἱερῷ ὠδυνηλόουν τὸν βασιλέα καὶ τὸν δῆμον
ἵνα δίκην ἡρῴδης ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν πεπραγμένων
ὑπόσχῃ διετέλουν. κινηθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὑρκανὸς
ἡρῴδην ἐκάλει δικασόμενον, ὑπὲρ ὧν ἐδιεβάλλετο. ὁ
δ' ἦλθε, δ' πατρὸς αὐτῷ παραινέσαντος, μὴ ὡς ἰδιώτης,
μ' ἢ ἀσφαλείας προσελθεῖν, καὶ φυλακῆς τῆς περὶ
τὸ σῶμα. πάντε κ' τὴν γαλιλαίαν ἐν ὑποίμενεν αὐτὸς
συμφέρειν τρόπον διοικούμενον, καὶ μετὸ ὀλίγους
ὑπολειφθέντος αὐτῷ πρὸς τὴν ὁδὸν, ὡς μήτε θησέ-
ως ὑρκανὸς δέξεται μ' μείζονος ὠδυνωμένου
πάθους, μήτε γυμνὸς καὶ ἀφυλάκτως ἢ πρὸς
τὴν δίκην. σέξτος μέντοι ὁ τ' συρίας ἡγεμὼν, γρά-
φει ὠδυνηλόουν ὑρκανὸν ἀποστεῖλαι τὸν ἡρῴδην ἐπὶ τῆς
δίκης, καὶ προσαπειλῶν ὠδυνήσοιτο. τὸ δ' ἰὼ ἀφερ-
μὴ καὶ τὰ ὠδυνηρὰ σέξτου γράμματα, πρὸς τὸ μηδὲν
ἐπὶ τῷ συνεδρίῳ παθόντα, ἀποστεῖλαι τὸν ἡρῴδην, ἡγά-
πα γὰρ αὐτὸν ὡς ὑἱόν. καταστὰς ἢ ἐν τῷ συνεδρίῳ μ' τῷ
σὺν αὐτῷ πάσματος ἡρῴδης, κατεπλήξεν ἅπαντας,
καὶ κατηγορεῖν ἐτόλμησε τὸ λοιπὸν οὐδείς, τῶν πρὶν ἀφι-
κέσθαι μεταλλόντων, ἀλλ' ἰὼ ἡσυχία, καὶ δ' τι χρὴ
ποιεῖν ἀπορία. μακρομύθων δ' οὔτως, εἷς τις συμέας
τοὔνομα, δίκαιος ἀνὴρ, κ' μᾶλλον δ' τὸ δ' δεδοικέναι κρεῖτ-
των, ἀναστὰς εἶπεν. ἄνδρες συνέδροι καὶ βασιλεῦ μὲ
δίκαιον μὲν οὔτ' αὐτὸς οἶδά τινα τῶν πώποτε τὰ αὐ-
τῆς εἰς ἡμᾶς κεκλημένων οὕτω ὠδυσάντα. ὅτε ὑ-
μᾶς ἔχειν εἰπεῖν παρελαμβάνω. ἀλλὰ πᾶς ὃς τις δέ-
ποτ' οὖν ἀφῖκται εἰς ὅτο τὸ συνέδριον κεκλημένος,
ταπεινὸς πρόσεισται, καὶ σχήματι δεδοικότος, καὶ ἔ-
λεον ἱκετεύων παρ' ἡμῶν, κόμας τε ἀπεκείρας καὶ
ἐσθῆτα μέλαιναν ἐνδεδυμένος. ὁ δὲ βέλτιος ἡρῴ-
δης φόνε δίκαιε φεύγων καὶ ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ κεκλη-
μένος, ἔστηκε τὸν πορφύραν περικείμενος, καὶ τὴν
κεφαλὴν κεκοσμημένος τῇ συνήθει τ' κόμης, ἐ πρὸς
αὐτὸν ἔχων ὁπλίτας, ἵν' ἂν κατακρίνωμεν αὐτὸν κ' τ'
νόμον, κτείνῃ μὲν ἡμᾶς, αὐτὸς ἢ σωθῇ βιασάμενος τὸ
δίκαιον. ἀλλ' ἡρῴδην μὲν ὅπῃ τούτοις οὐκ ἂν μεμ-
ψαίμεθα, εἰ τὸ αὐτῷ συμφέρον ποιοῖτο πρὸς ἅπαντα. ὑ-
μᾶς ἢ τὸν νόμιμον, ὑμᾶς ἢ καὶ τὸν βασιλέα τοσαύτην ἀ-
δειαν αὐτῷ παραχόντας. ἴστε μέντοι μέγαν τὸν θε-
όν, καὶ οὗτος ἐν νῷ δι' ὑρκανὸν ἀποστεῖλαι βούλε-
ται, κολάσοι ὑμᾶς ποτὲ καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα. δή-
μαρτε δ' οὐδὲν τῶν εἰρημένων. ὁ γὰρ ἡρῴδης τὴν βα-
σιλείαν ὠδυνάλεων, πάντας ἀπέκτεινε τοὺς ἐν τῷ
συνεδρίῳ, καὶ ὑρκανὸν αὐτὸν, χωρὶς δ' σαμέου. σέ-
βεσθαι γὰρ αὐτὸν ἀπὸ τὴν δικαιοσύνην ἐπέμπε. καὶ ὅτι
τῆς πόλεως μ' ταῦτα πολιορκουμένης ὑπὸ τε ἡρῴ-
δου καὶ σοσίου, παρήνεσε τῷ δήμῳ δέχεσθαι τὸν
ἡρῴδην, εἶπων, ἀπὸ τὰς ἁμαρτίας οὐ δύνασθε φυ-
γεῖν αὐτόν. καὶ περὶ μὲν τούτων κατὰ χώραν ἐρεθ-
μῶ. ὑρκανὸς ἢ ὁ ὢν ἀφιγμένους πρὸς τὴν ἀνάκρισιν
ἡρῴδου

ἡρῴδᾳ τὸν ἐν τῷ συνεδρίῳ, τῷ δίκῃ εἰς ἄλλον ἡμέ- A ad damnandum Herodem, rem in seqventem
ρον ἀνεβάλετο. καὶ πεμψας κρύφα πρὸς ἡρῴδην, diem distulit, & clam eum admonuit, ut fuga sibi
συνεβούλευσεν αὐτῷ φυγεῖν ἐκ τῆς πόλεως. ἔτω γὰρ τὸν consuleret. non enim esse remedium aliud. at-
κίνδυνον διαφεύξεσθαι. καὶ ὁ μὲν, ἀνεχώρησεν εἰς δαμα- que ita ille secessit Damascum, quasi regem fu-
σκὸν ὡς φεύγων τὸν βασιλέα. καὶ ὡς συνηγμένων πρὸς giens: cumque convenisset Sex. Cæsarem, & res
αὐτὸν καὶ συνόδου, καὶ τὰ καθ' αὑτὸν ἀσφαλισαμένου, suas in tuto collocasset, palam præ se tulit, quod
ἅτως ἔχειν, ὡς εἰ καλοῖτο πάλιν εἰς τὸ συνέδριον ὅπι δί- non esset compariturus, si denuo citaretur ad ju-
κλαι οὐκ ἀναγκασθήσεται. ἠγανάκτουν δὲ οἱ ἐν τῷ dices. Illi vero indignabantur, & conabantur
συνεδρίῳ, τὸν ὑρκανὸν ἐπειρῶντο διδάσκειν, ὅτι πάντα B Hyrcanum docere, quod in ipsius perniciem
ταῦτ' εἰς κατ' αὐτοῦ. τὸν δὲ οὐκ ἐλάνθανε μὲν, πάντ- hæc omnia tenderent: qui non ignorabat qvi-
των δὲ ὁρᾶν εἶχεν οὐδὲν ἀνωφελὲς καὶ ἀνοίας. σέβεσθαι δὲ dem, eos vera monere, sed nihil expedire pote-
πάσαις ἡρῴδην στρατηγὸν τῆς κοίλης συρίας, ζημ- rat per ignaviam & amentiam. Cæterum cum
άτων δὲ αὐτῷ τὸ ἀπίδοτο, ὑρκανὸς μὲν ὑπὸ φόβου μὴ Sex. Cæsar, accepta pecunia, Herodem præfe-
στρατεύσαιτο ἡρῴδης ἐπ' αὐτόν. οὐ πολὺ δὲ τοῦτο ἔδεισεν, cisset Cœlesyriæ, vehementer timuit, ne ille
ἀλλ' ἦκεν ἄγων ὁ ἡρῴδης στρατὸν ἐπ' contra se duceret. nec eum sua fefellit opinio.
αὐτὸν, ὀργιζόμενος τῆς δίκης αὐτῷ καὶ δ' κληθῆναι Iratus enim, quod jussus sit causam dicere, veni-
ἐπὶ τὸν λόγον ἐπισχεῖν ἐν τῷ συνεδρίῳ. διεκώλυ- ebat cum exercitu: sed patris ac fratris occursu
σαν δὲ αὐτὸν προσβαλεῖν τοῖς ἱεροσολύμοις ὑπαντή- C & precibus cohibitus est, quo minus invaderet
σαντες, ὅτε πατὴρ ἀντίπατος καὶ ὁ ἀδελφὸς, καὶ τὸν Hierosolyma, placantium eum & rogantium, ut
ἐμὸν αὐτῶ καταπαύσαντες καὶ παρακαλέσαντες, ἔρ- terruisse contentus, re ipsa læderet neminem, ne-
γῳ μὲν ἐγχειρεῖν μηδενὶ, καταπλήξαμενον δὲ ἀπειλῆ ve ulterius adversus autorem suæ dignitatis
σαι, μὴ χωρῆσαι περιτέρω καὶ δ' παρακόντα αὐ- procederet. Debere etiam eum non tam memi-
τὸν εἰς τὸ παρελθεῖν τὸ ἀξίωμα. ἠξίουν τε αὖθις δ' κλη- nisse, quod citatus sit, quam quod absolutus et-
θέντα ὅτι δίκῃ ἐλθεῖν ἀμεινακτήσαντα, μεμνῆσθαι δὲ iam, & gratiam habere, quod nihil triste pas-
τὴ ἀφέσεως, καὶ χάριν αὐτῆς εἰδέναι, καὶ μὴ πρὸς μὲν sus abierit incolumis. Cogitandum quoque, qvam
τὸ σωθῆναι περιττὸν ἀπαντᾶν, πρὸς δὲ τῆς σωτηρίας ἀχα- D periculosa sit belli alea, & qvod Deus arbitratu
ριστεῖν. λογίζεσθαι δὲ ὡς οὐ καὶ πολέμου ῥοπὰς βρα- suo his vel illis annuat victoriam: atqve eo mi-
βεύειν τὸ θεῖον, πολὺ δὲ εἶναι τῆς στρατείας τὸ ἄδηλον. διὸ nus tum eam esse sperandam, quando non so-
καὶ τῶν νικᾶν μὴ πάντη προσδοκᾶν μέλλοντα, πολε- lum contra regem suum & altorem bellum mo-
μεῖν βασιλέα καὶ σωτῆρα, καὶ πολλὰ μὲν εὐεργετη- veat, verum etiam benemeritum, ipse nulla affe-
κέναι, μηδὲν δὲ χαλεπὸν αὐτὸν εἰργάσθαι, πρὸς δὲ ὧν Ctus injuria: nam si qvid illi nunc objiciat, non
ἐγκαλοῖη διὰ πονηροὺς συμβούλους, ἀλλὰ μὴ δι' αὐ- ipsius esse culpam, sed consultorum non bono-
τὸν, τὰ νοσήματα αὐτῷ καὶ σκιὰν δυσκόλου τινὸς παρε- rum, qui ei opinionem crudelitatis concilient.
χομένου. πειθέσθαι τούτοις ἡρῴδην, τὰ πολλὰν εἰς E Paruit his monitis Herodes, ratus sufficere sibi
τὰς ἐλπίδας ἀποχρῆναι αὐτῷ καὶ τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξα- ad futuras spes, qvod potentiam genti declara-
σθαι τοῦ ἔθνους μόνον. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἰουδαίαν verit, atqve eo tum in statu res fuerunt Judaicæ.
οὕτως ἔσχεν. ὁ δὲ καῖσαρ διελθὼν εἰς ῥώμην, ἐπ- Cæterum Cæsar Romam reversus expeditionem X
ἐμενε τοῖς πρὸ ἐκείνης πολεμήσων σκιπίωνι καὶ parabat in Africam contra Scipionem, Catonem.
κάτωνι. πέμψας δὲ ὑρκανὸς πρὸς αὐτὸν παρεκά- tum Hyrcanus per legatos eum rogavit, ut con-
λει βεβαιῶσαι δι' ἃ τοῖς πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ συμμα- firmaret cœptam societatem & amicitiam. Nunc
χίαν. ἐδόκει δὲ ἀναγκαῖον εἶναί μοι πάσας ἐκθέσθαι videtur mihi operæ precium percensere omnes
τὰς γεγενημένας ῥωμαίοις καὶ τοῖς αὐτοκράτορσιν αὐ- honores genti nostræ a Roman. Imp. habitos, &
τῶν τιμὰς καὶ συμμαχίας πρὸς τὸ ἔθνος ἡμῶν, ἵνα F inita cum eis fœdera, ut universis notum sit,
μὴ λαυθάνῃ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅτι καὶ οἱ τῆς ἀσί- qvod tam ab Europæ quam ab Asiæ regibus ob-
ας καὶ τῆς εὐρώπης βασιλεῖς διὰ σπουδῆς ἔχον ἡ- servati fuerimus propter fidem ac fortitudinem.
μᾶς, τὸν τε ἀνδρείαν ἡμῶν καὶ τὸν πίστιν ἀγαπή- Qvoniam autem multi nos odio habentes non
σαντες. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ διὰ τὸν πρὸς ἡμᾶς δυσμένει- credunt de nobis Persicarum vel Macedonica-
αν ἀπιστοῦσι τοῖς ὑπὸ περσῶν καὶ μακεδόνων ἀνα- rum rerum scriptoribus, quod ea monumenta
γεγραμμένοις περὶ ἡμῶν, τὰ μὴ κεῖ τοιαῦτα πανταχῆ non ita pervulgata sint, apud nostrates servata &
μηδ' ἐν τοῖς δημοσίοις ἀναπεῖσθαι τόποις, ἀλλὰ περὶ alios quosdam barbaros, certe Romanorum de-
ἡμῶν τε αὐτῶν, καὶ τισιν ἄλλοις τῶν βαρβάρων, πρὸς G crets contradicere non poterunt. nam hæc &
ἃ τοῖς ὑπὸ ῥωμαίων δόγματα οὐκ ἔστιν ἀντειπεῖν. ἐν τε publice dedicata sunt in urbibus atqve etiam in
τοῖς δημοσίοις ἀναγέγραπται τόποις τῶν πόλεων, καὶ ἐν νεῷ Capitolio, & columnis insculpta sunt æreis.
ἐν τῷ καπετωλίῳ, ἀλλὰ καὶ στήλαις ἀναγεγραμμέναις χαλ- Qvin & Jul. Cæsar apud Alexandriam attestatus
καῖς. οὐ μὴν ἀλλὰ καῖσαρ ἰούλιος τοῖς ἐν ἀλεξαν- est Judæis inscriptione columnæ æreæ, qvod A-
δρείᾳ ἰουδαίοις, πολίτας χαλκῇ στήλῃ ἐδήλωσεν, lexandrinæ civitatis jus habeant. quare his ar-
ὅτι ἀλεξανδρέων πολίτας εἰσὶν. ἐκ τούτων ποιήσομαι δ' gumentis usurus sum. apponam etiam sena-
τῶν δοκούντων. προθήσομαι δ' ἑτέρωμα, τὰ τοῦ tusconsulta & decreta Julii Cæsaris, qvæ ad
τῆς συγκλήτου δόγματα, καὶ ἰουλίου καίσαρος, Hyrcanum & nostram gentem attinent; C. Ju-
περὶ τε ὑρκανοῦ καὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν. χάϊος ἰούλιος lius Cæsar, Imp. & pont. max. dictator iterum,

Sidoniorum magistratibus, senatui & pop. salutem. Si valetis, bene est, ego qvidem & exercitus valemus. Mitto vobis exemplum tabulæ, quæ ad Hyrcanum Alexandri filium, Judæorum ethnarcham ac pontificem attinet, ut in publicis vestris monumentis reponatur, inscriptum Græcis & Latinis literis in ærea tabula. Est autem hoc: Julius Cæsar, Imp. iterum & Pont. max. de consilii sententia decrevi. Qvoniam Hyrcanus Alexandri filius Judæus & nunc & præteritis temporibus, tam pace qvam bello, bonam ac fidelem operam in nostris negotiis præstitit, sicut ei multi Imperatores attestati sunt, & in proximo Alexandrino bello in auxilium venit cum mille & quingentis militibus, & ad Mithridatem a me missus virtute cessit nemini: has ob causas Hyrcanum filium Alexandri & ejus liberos ethnarchas Judæorum esse jubeo, & pontificatum Judæorum perpetuo retinere more patrio, essevqve ipsum & filios ejus nostros socios, & in amicorum nostrorum recipi numerum. Jura quoqve omnia pontificialia habere ipsum & filios decerno. & si qva controversia exorta fuerit de Judaica disciplina, judicium penes ipsum esse, ad hæc nec hyberna militi debere, nec pecunias ab eo exigi. C. Cæsaris consulis, placita, concessa, decreta, sic habent: Ut filii principatum gentis Judæorum, & donata sibi loca possideant: ut pontifex ipse ac ethnarcha Judæorum injuriarum passis adsit: utqve ad Hyrcanum Alexandri filium Judæorum pontificem mittantur legati acturi de societate & amicitia. dedicariqve æream tabulam hæc continentem in Capitolio, & apud Tyrum, Sidonem, Ascalonem, in templis, inscriptam Romanis atqve Græcis literis: utqve hoc decretum apud omnes omnium urbium qvæstores ac magistratus publicetur, quo pro amicis habeantur, & legatis eorum hospitia præbeantur, & decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæsar, Imp. dictator, consul honoris, virtutis & benignitatis causa, concessit in commodum S.P.Q. Romani, Hyrcanum Alexandri filium ejusqve filios pontifices ac sacerdotes esse Hierosolymorum totiusqve gentis, jure, quo & majores eorum hoc sacerdotium gessérunt. C. Cæsar quintum Cos. decrevit habere & munire Hierosolymorum urbem, & gubernare eam Hyrcanū filium Alexandri pontificem Judæorum ac ethnarcham secundum suam voluntatem, & ut Judæis secundo locationis anno de reditibus eorum subducant, immunesqve sint ab angariis & vectigalibus. C. Cæsar Imper. iterum statuit, ut singulis annis tributa pendant Hierosolymitani pro sua civitate, Joppe excepta, absqve anno septimo, qvem Sabbaticum nominant, qvoniam in eo neqve fructus arborum colligunt neqve seminant: utq; in Sidone secundo quoq; anno tributum reddant quartam partem fatorum:

peſtilentia, quæ & plebis & purpuratorum majorem partem abſtulit, omnibus, irato Deo, hanc immiſſam interpretantibus, propter injuſtum reginæ ſupplicium. ita aucta regis ægritudine, poſtremo in ſolitudines ſe abdidit prætextu venationis, ubi afflictans ſe intra paucos dies gravem morbum contraxit. Is erat inflammatio & dolor cervicis, mente etiam mota nonnihil. nec remedia quicquam proderant, ſed cum exacerbare potius malum viderentur, res minimum a deſperatione abfuit. itaqve medici partim propter morbi contumaciam, partim quia in tanta difficultate non erat libera diætæ electio, permitteba nt ei, quicquid appeteret, in incertum eventum ſalutem fortunæ committentes. quo ſic apud Samariam, nunc Sebaſten, decumbente, Alexandra habitans tum Hieroſolymis, re cognita, conata eſt urbis arces in ſuam poteſtatem redigere, alteram templo contiguam, alteram in ipſa urbe ſitam. nam qui has obtinent, totam gentem habent obnoxiam: quia nec ſine his ſacrificia quotidiana poſſunt peragi, neqve Judæi ſine ſacrificiis degere, quibus vita citius contemnatur, quam religio. præfectos igitur tentat, ut ſibi & genitis ex Herode ac filia pueris eas traderent, ne forte, illo defuncto, occuparentur ab aliis, quod ſi contingat eum ſanitatem recipere, interim a nemine tutius eas ſervari quam a domeſticis. Hæc ſolicitatio non eſt æquis auribus accepta, ſed cum eſſent alioqvin etiam fidi, tum eo magis manebant in officio, quod & Alexandram oderant, nec fas putabant deſperare de ſalute principis. amici enim erant veteres, unus etiam nepos regis, Achiabus nomine. quare continuo per nuncios de Alexandra ſignificaverunt. ille ſine mora eam juſſit interfici: ſuperatoqve tandem morbo, refectis & corporis viribus & animi ſic efferatus eſt, ut quavis ex cauſa ad ſæviendum eſſet propenſiſſimus, qvamobrem ne ab intimis qvidem amicis ſangvinarias manus abſtinuit; Coſtobaro videlicet, Lyſimacho, Antipatro cognomine Gadia, & Doſitheo, occaſione arrepta hujusmodi: Erat Coſtobarus unus inter primates Idumæorum, penes cujus majores olim fuerat ſacerdotium Coze numinis, qvod tum religioſe ab ea gente colebatur, priusqvam ſub Hyrcani principatu Judaicos ritus acciperet. hunc Herodes qvam primum regnum adeptus eſt, Idumææ ac Gazæ præpoſuit, data in matrimonium Salome ſua ſorore, cujus maritum Joſephum interfecerat, ut jam dictum eſt. ea felicitate præter ſpem oblata inflatus ille, paulatim ad tantam inſolentiam progreſſus eſt, ut regis imperata detrectaret, indignum ratus Idumæos ſervire hominibus, qvorum ſacra & religionem acceperant: miſitqve legationem ad Cleopatram, docens Idumæam ſemper majoribus ejus reginæ paruiſſe. proinde nunc qvoq; impetrandam eſſe regionem ab Antonio. Se enim paratũ

illi potius obsequi. Hæc autem moliebatur, non A qvod Cleopatram mallet habere dominam, sed ut, accisis Herodis opibus, eo facilius ipse Idumæorum dominationem invaderet. nam spem ei faciebat tam generis claritas qvam pecuniarū copia, qvibus parandis ille nunqvam non intentus, ne a turpibus qvidem lucris abstinebat, nimirum nihil mediocre volutans in animo. Sed Cleopatra, frustra tentato precibus Antonio, nihil impetrare potuit: & Herodes, re cognita, B interfecturus erat hominem, nisi intercessissent pro eo tam mater qvam soror: ita tamen eum donavit illarum precibus, ut nunqvam posthac illi fideret. orto deinde inter conjuges dissidio, Salome libellum repudii marito mittit præter legitimum morem patriæ. lex enim nostra solis maritis hoc jus permittit, mulieribus autem ne dimissis qvidem fas est nubere, nisi prioris viri per- C missu. Verum illa magis ex propria licentia qvam communi jure fecit divortium, & ad fratrem se conferens, ait se prætulisse fraternam benevolētiam conjugali fœderi. consp iraſſe enim eum ad res novas moliendas cum Lysimacho, Antipatro & Dositheo: suisqve rebus fidem astruebat per Babæ liberos, qvos ille jam per duodecim annos servasset incolumes. erat autem hoc verum, & D tum præter omnem opinionem a rege auditum, vehementer ejus animum perculit. Qvod enim ad Babæ liberos attinet, decreverat eos aliqvando tollere, adversatos semper suis conatibus, sed procedente tempore per oblivionem hoc omiserat. causa vero odiorum hæc fuit: Regnante Antigono, dum Herodes obsideret Hierosolyma, in tantis rerum difficultatibus major populi pars fessa, propensa erat ad accipiendum Herodem E intra mœnia. sed obsistebant Babæ liberi pollentes autoritate ac opibus & fidi Antigono, qvod putarent eum rejem magis esse e republica. tandem capta urbe per Herodem, Costobarus destinatus ad observandos urbis exitus, ne qvis adversæ factionis elaberetur, sciens magnam esse Babæ filiorum apud vulgus autoritatem, & cogitans illos mutato rerum statu magnum momen- F tum afferre posse suis conatibus, subtractos clam in suis agris habuit. Ac tunc qvidem licet suspectus Herodem perjurio fefellit, negans se qvicqvam scire, qvo illi devenerint: rege deinde per edicta præmium promittente indicii, & modis omnibus eos perquirente, ne tum quidem fateri voluit. veritus enim non impune sibi hoc fore post primam negationem, pergebat eos occultare, jam necessitate etiam, non modo benevolentia. Hoc postquam sororis indicio rex comperit, missis quibusdam ad loca latebrarum, & illos interfecit, & quotquot in eodem hærebant crimine: ut nihil jam reliqvū esset ex Hyrcani cognatione, sed sublatis omnibus, quorum excellebat dignitas, arbitratu suo posset, quicquid vellet, agere, G

μεταφέρειν τ εὐνοιαν εἰς ἐκεῖνον. ἐπεὶ δὲ ταῦτα τῇ κλεοπάτρᾳ μὲν ὡδέπω μᾶλλον εἰς τ δεχλὼ δρεσκόμενα. εἰδὲ παρεθεὶς τ πλείονων ἡρῴδης, εὐεπιχείρητον εἶναι νομίζων καθ' αὑτ ἀρχὴν τ ἰδιομοίων ἔθνους, καὶ μᾶλλον πράξειν. ἐλπιδιεβαίνε γὰρ τῆς ἐλπίδος, ἐκ ὀλίγας ἀφορμὰς ἔχων & χώρας & χρημάτων, ἃ μ διωκεῖτο ἀναχορεσθίας ἐπέπρεσο, & μικρὸν ὠδέν ἐπενόει. κλεοπάτρα μὲν οὖν ἀντωνίῳ δεηθεῖσα περὶ τ χώρας ταύτης ἀπετυγχάνει. λέγον δ' ὡς ἡρῴδῃ οἱ λόγοι, κἀκεῖνος ἐτοίμως ὢν ἀπεκτεῖναι τ κοτύβαρον, ὅμως τ ἀδελφῆς αὐτ δεηθείσης & τ μητρὸς, ἀφῆκε & συγγνώμης ἠξίωσεν, ἐκ ἀνυπόπτως αὐτ εἰς τὸ λοιπὸν ἔχων τῆς ἐπιχειρήσεως τ τόπ. χρόνῳ δ' ἐλθόντος, ἐπεὶ σωθεὶς τ συμβώμου στασιάσας πρὸς κοτύβαρον, πέμπει μὲν εὐθὺς αὐτῷ γράμματον ἀπολυομένη τ γάμου & τ τοὺς ἰουδαίους νόμους. ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἔξεστι παρ' ἡμῖν ἄγε πιεῖν, γυναικὶ δ' ὐδὲ ἀναχωρισθείσῃ καθ' αὑτ γαμηθῆναι μὴ & πρότερον ἀνδρὸς ἀφιέντος. ἀ μέντοι ἡ συμβώμη τ ἐν ἡδυ μόνον, ἀλλὰ τ ἐπ' ἐξουσία ἐλομένη, τὴν τε συμβίωσιν προαπηγόρευσε, & πρὸς τ ἀδελφὸν ἡρῴδην ἔλεγεν ὑπὸ τ εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας ἀποστῆναι τὸν ἀνδρὸς, ἐγγυωμένου γὰρ αὐτ μετ' ἀντιπάτρου & λυσιμάχου, & δοσιθέου, νεωτέρων ἐφιεμένων. & πίστιν παρεῖχε & λέγων, τοὺς βάβα παῖδας, ὅτι διατρώζοιντο παρ' αὐτῷ χρόνον ἐναυτ ἤδη δώδεκα. & τοῦτ ἦν ἐνιαυτός. & πολλὰ ἐκαλλήνιν ἐποίησε τῷ βασιλεῖ παρ' ἐλπίδας ἀκουσθέν, ἐκεῖνό τε μᾶλλον ὀπτὶ τῷ ὠφελοῦσθαι & λόγου. τὰ γὰρ περὶ τοὺς βάβα παῖδας ἐπύθοντο πρότερον ἐπεξελθεῖν αὐτοὺς, δυσμενῶς ἡγουμένους τῇ ἀλαθείᾳ. τότε δ' ἀλ τε μῆκος & χρόνου & τ μνήμης, ἐξεληλύθεσαν. ἦ δ' ἐχθρα πρὸς αὐτοὺς κ τὸ μῖσος ἀπὸ τούτων λῃ. ἀντιγόνῳ τ βασιλείαν ἐχοντος, ἡρῴδης μὲν ἐπολιόρκει δυνάμει τ ἱεροσολυμῖτῶν πόλιν. ὑπὸ δ' χρείας & κακῶν ὅσα πολιορκημένους πιέζειν, πολλοὶ ἦσαν οἱ τ ἡρῴδῃ ἐπικαλούμενοι, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀποτρέποντες ἤδη τῆς ἐλπίσιν. ἔνιοι δ' ἐπ' ἀξιώματος οἱ & βάβα παῖδες, & πλῆθος δυνατοὶ, πιστοὶ διετέλουν ἀντιγόνῳ. τήν τε ἡρῴδου διεκάλλον ἀεὶ, & συμφυλάττειν τῆς βασιλεύσιν τ ἐκ χώρας ἀρχὴν πρεσβυτέρων. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἅμα & συμφέρειν αὐτὰ νομίζοντες, ὅτι τοιούτων ἐπολιτεύοντο. τ δ' πόλεως ἀλισκομένης, & κορεσθέντος τ πραγμάτων ἡρῴδου, κοτύβαρον & ἀποδειχθεὶς τὰς διεκβολὰς ἀναφράττειν & φρουρεῖν τ πόλιν, ὡς μὴ ἀλαπτήν ἐξ αὐτῆς τὰς ὑποχρεώσεις τ πολιτῶν ἢ πάνυ πία τῷ βασιλεῖ πολιτευομένους, εἰδὼς ὑπολήψεσθαι & τιμήσειν τὸν δ' βάβα τῷ πάντ πλῆθος & νομίζων μετὰ μέρος αὐτῷ ἡνήσεσθαι πρὸς τὰς μεταβολὰς τ πραγμάτων τ ἐκείνων σωτηρίαν, ὑπεξέθετο & κατέκρυψεν ἐν οἰκείοις χωρίοις. & τότε μὲν ἡρῴδῃ διελυθήσθη ἡ τ ἀληθείας ὑποψία, πρὶν ὡσαύτως ὁρκοις, ἢ μέντοι ὐδὲν εἰδέναι τ καὶ ἐκείνους, ἀφεῖτο τ ὑπονοίας. αὐθις δὲ μεμύσθαι & κηρύγματα & βασιλέως ἐκπεμφθέντος, & πάντα τρόπον ἐρεύνης ὑπενεγκόντος, ἐκ ἦλθεν εἰς ὁμολογίαν, ἀλλὰ τὸ τε πρῶτον ἔχαρεν ἡμέρᾳ τ φωραθῆναι τοὺς ἄνδρας ἀνυποτιμήτον αὐτῷ πεπρᾶσμένους, & μόνον ἐκ τ εὐνοίας, ἀλλὰ & ἐκ τῆς ἀνάγκης ἤδη & λαθάνειν αὐτοὺς πεφύκοτο. ἐπὶ τούτων ἐξαγελθέντων αὐτῷ διὰ τ ἀδελφῆς, & βασιλεὺς πέμψας εἰς τὰς πύλας ἐν οἷς Δαμασκηνοὶ ἐμελέτησαν, ἐκείνους τε & τοὺς συγκατατραπέντας ἀπέκτεινεν, ὥστε εἶναι μηδὲν ὑπόλοιπον ἐκ τ ὑρκανῦ συγγενείας, ἀλλὰ τ βασιλείαν αὐτεξούσιον αὐτῷ, μηδε-

μηδενὸς ὄντος ἐπ' ἀξιώματος ἐμποδὼν ἴσχειν τοῖς πα- A nemine amplius resistente. Quo factum est, ut X.
τρίοις νόμοις. Διὸ δὴ καὶ μᾶλλον ἐξέβαινε τὰ πατρῷα magis ac magis discederet a patriis ritibus, & pe-
τῶν ἐθῶν, καὶ ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐφθείρετο τὰ πάλαι regrinis studiis veterum instituta corrumperet
κατεσκευασμένα, ἀπαρεγχωρήτως ἔχοντα, ἐξ ὧν ἡ μικρὰ καὶ inviolabilia: quo tempore permagna facta est
πρὸς τὰ αὐθις χρόνον ἠθικὴ ἐπιδοχὴ ἐμελλήθη, ἀμελητέντων bonorum morum in deterius inclinatio, labante
ὅσα πρότερον ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν ἦγε τοὺς ὄχλους. πρῶτον disciplina, qua antehac populus solebat contine-
μὲν γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν ἀθλημάτων κατεστήσατο καὶ ri in officio. Ac primum athletica certamina, + fortasse ludi
μουσικὸν, καὶ θέατρον ἐν ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν. αὖθις quinto quoque anno in honorem Cæsaris insti- Actiaci.
τε ἐν τῷ πεδίῳ μέγιστον ἀμφιθέατρον, εἶτα δὴ μετὰ B tuit, theatro Hierosolymis extructo: deinde in c. 21. coll. Ch
ἀμφιθέατρον τὴν πολυτέλειαν, ἣν οὐ πάνυ τοῖς ἰθαγενέσιν ἔθνεσι campo amphitheatrum utrumque sumptuoso o- pium. coll. p
ἀλλότρια. χρῆσίς τε γὰρ αὐτῶν καὶ θεαμάτων τοιούτων ἀπό- pere conspicuum, sed alienum a Judaicis mori- xv. 20: Vid. p.
δοξις, ἃ ὡμολόγηται). τὴν μέντοι παρασκευὴν ἐκείνου bus, apud quos nullus est horum usus, nulla spe-
φιλοτιμοτέρως τῷ τε πενταετηρικῷ σωστικὴν, καὶ καθ- ctaculorum ostentatio. Ille tamen celebritatem
γελάν τι τοῖς πέριξ καὶ συγκαλῶν ὅπῃ δὲ πάντας ἔθνους, hanc nobilissimam esse voluit, denunciatam cir-
οἱ δ' ἀθληταὶ τά τε λοιπὰ τῶν ἀγωνισμάτων ἀπὸ πάσης cumvicinis atque etiam longinquis gentibus,
γῆς ἐκαλοῦντο καὶ ἐλπίδα τῶν προκειμένων, καὶ φύσιν ἀνέξιαν. proposítisque præmiis, magnus undique athle-
συνελέγησάν τε οἱ κορυφαιότατοι τῶν ἐν τοῖς tarum cæterorumque certatorum concursus fa-
ἐπιτηδεύμασιν. ἐκάλουν γὰρ μόνον τοὺς περὶ τὰς γυμνικὰς ἀ- C ctus est, confluxeruntque; exercitatissimi quique in
σκήσεις, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ μουσικῇ διαφερόντως καὶ hoc genere. evocabantur enim magnis præmi-
μελῳδοῖς καλουμένους, προὐτίθει μέγιστα νικητήρια, καὶ διεπρύσθησε πάντας τοὺς ἐπισημοτάτους ἐλ- is non hi tantum, qui gymnicis certaminibus
θεῖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. προὔτρεπε δὲ καὶ τοὺς ἡνιόχους καὶ dant operam, sed musici etiam præstantes, & qui
συνωρίδι καὶ κέλητι ἐκ μικρᾶς δωρεᾶς. καὶ vocantur thymelici: necnon quadrigarii ac
πάνυ ὅσα καὶ πολυτέλειαν ἢ σεμνοπρέπειαν παρ' ἑκάστοις ἐπῄδασε, φιλοτιμίᾳ δὲ ἀφράστῳ τὴν ἐπίδειξιν. trigarii, & qui singulis equis celetizontes cursum
ἐξεμιμήσατο. τὸ γὰρ μέσον θέατρον D peragunt: magna contentione regis, ne quid de-
περιφανῆ κύκλῳ πεποίηκεν καὶ σφόδρα, ἐκ τροπαίων τῶν sideraretur, quod usquam in hoc genere sit spe-
ἐθνῶν ἃ πολεμήσας ἐκείνος ἐκτήσατο, χρυσῷ τε ἀπέφθῳ ctabile. Theatrum ipsum per circuitum titulis
καὶ ἀργύρῳ πάντων αὐτῷ πεποιημένων. τὰ δ' εἰς erat ornatum Cæsaris, & trophæis devictarum ab
ὑπηρεσίαν οὐδὲν ἔτως ἰδεῖν, ἔτ' ἐνδήτους τιμίου, ἔτι σκεύης illo gentium, auro atque argento collucentibus.
λίθων, ἃ μὴ τοῖς ἑρωμένοις ἀγωνίσμασι συνεπιδείκνυτο. θηρίοις δὲ ἐκ πολλοῦ ἐγίνετο, λεόντων τε πολλῶν quod vero ad instrumentum & apparatum atti-
αὐτῷ συναχθέντων καὶ τῶν ἄλλων ὅσα καὶ τοῖς ἀλκαῖς net, non vestes pretiosissimæ, non gemmæ rarita-
ὑπεραλλόντως ἔχει καὶ τῇ φύσιν ἐξαίσιόν τι πρᾶγμα. τούτων te insignes deerant in his spectaculis: conqui-
αὐτῶν τισὶ πρὸς ἄλληλα συμπλοκὴ καὶ μάχαι πρὸς sitis etiam feris plurimis, leonibus, cæterisq; vel
αὐτοῖς τῶν καταγνωσθέντων ἀνθρώπων ἐπιτηδεύοντο. robore spectandis, vel aliquo naturæ miraculo.
τοῖς μὲν ξένοις, ἐκπλήξεις ὁμοῦ τῆς δαπάνης καὶ ψυχα- hæ modo inter se modo cum damnatis homini-
γωγίαι τῶν περὶ τοὺς θέατρα κινδύνων, τοῖς δ' ἐπιχωρίοις E bus committebantur: quæ peregrinis quidem
φανερὰ κατάλυσις τῶν πατρίων ἐθῶν. ἀσεβὲς μὲν γὰρ οὐκ spectatoribus plurimum admirationis simul atq;
ἐδόκει θηρίοις ἀνθρώπους ἐξαλλάττειν τοὺς delectationis afferebant, indigenis vero prorsus
θεσμούς. πάντων δὲ μᾶλλον ἐλύπει τὰ τρόπαια, δοκοῦντα ad dissolutionem patriæ disciplinæ tendere vide-
θεσμοὺς εἶναι τοὺς τοῖς ὅπλοις περιειλημμένους, ὅπερ μὴ bantur. nihil enim magis impium existimabant,
πάτριον ἦν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα σέβειν, οὐ μετρίως ἐδυσχέραινον. quam ex spectandis hominibus cum bestiis com-
ἐλάνθανον δὲ τὸν ἡρῴδην σκυθρωπάζοντες, καὶ βίᾳ μὲν ἐπάγειν ἄκαιρον ᾤετο. κατωμίλει paratis voluptatem crudelem captare homines:
δ' αὐτοὺς καὶ παρηγόρει, τὴν δεισιδαιμονίας ἀφαιρεῖσθαι. absurdum æque, peregrinis artibus mutare in-
ἐμὲν ἔπειθεν. ἀλλ' ἐπὶ δυσχερείᾳ ὧν ἐδόκουν ἐκεῖνοι stituta domestica. Sed nihil tam molestum fuit
πλημμελεῖν, ὁμοθυμαδὸν ἐξέβοων, εἰ καὶ πάντα F quam trophæa: quæ cum putarent armis conte-
δοκεῖν οἷός τε μὴ φέρειν εἰκόνας ἀνθρώπων ἐν τῇ πόλει, τὰ τρόπαια λέγοντες. ἐδόκουν γὰρ πάτριον αὐτοῖς. ἡρῴδης ctas imagines, quarum usus interdictus est no-
δὲ παραχρῆμα ὀργῇ θρασεῖ καὶ μὴ ῥᾳδίως ἂν μεταπεισθεὶς, εἰ μὴ τύχοιεν παρηγορίας, καλέσας αὐτῶν τοὺς stris legibus, indignissime eas ferebant. a quibus
ἐπιφανεστάτους, εἰς τὸ θέατρον παρῆκεν, καὶ δείξας τὰ cum eos sic abhorrere Herodes animadverteret,
τρόπαια, τίποτε δοκεῖ αὐτοῖς ταῦτα εἶναι ἐπύθετο. τῶν δ' ἐκ- per vim nihil agere voluit, sed blandis alloquiis
κρουσάντων ἀνθρώπων εἰκόνας, ἐπιτάξας ἀφαιρεθῆναι τὸν conabatur hanc superstitionem eximere. nihil
ἐπιχώριον κόσμον, ἐπιδείκνυσιν αὐτοῖς γυμνὰ τὰ ξύλα. τὸ δ' εὐθὺς ἐπισυληθέντα, γέλως tamen movebantur, sed credentes eum graviter
καὶ τάλιγον εἰς ἀλάχυσιν ἐδωκήθη, τῷ καὶ πρότερον αὐτοὺς ἐν εἰρωνείᾳ τι θεᾶσθαι τὰς κατασκευὰς τῶν G peccare, uno ore exclamant: etiam si reliqua o-
ἀγαλμάτων. ἔτον δὲ τὸν τρόπον αὐτὰ ὠδυκρυσμένα mnia ferre oporteat, non laturos se intra urbem
hominum imagines: sic trophæa vocabant: hoc
enim nefas esse. Herodes vero videns eos tur-
batos, & sine satisfactione non facile cessuros,
accitis ad se præcipuis ex illo numero, in
theatrum adductis, rogabat eos, ostensis tro-
phæis, quidnam hoc esse putarent. cumq; recla-
massent, hominum esse imagines, jubet detrahi
ornatum appositítium, & ostendit nudos stipites.
quo facto in risum vertitur indignatio, concepta
ex suspicione imaginum. atque ita sedato mul-

sitrudinis tumultu, pleriqve jam mutati æquo animo ferebant omnia. quidam tamen ne sic quidem destiterunt externos mores abominari, veriti, ne ex hac mutatione seqveretur magnum aliquod reipublicæ incommodum: putaverintqve sui officii, labanti disciplinæ publicæ vel capitis periculo succurrere, nec pati Herodem quicquam contra receptos mores inducere, & pro rege hostem agere. ex his decem cives conjuraverunt, contempto periculo, sicasqve vestibus texerunt: & in his unus cæcus, ob indignitatem eorum, quæ audierat, non tam paratus ad agendum aliquid, quam ad patiendum, si quid assertoribus patrii moris accideret, cujus exemplo non mediocriter confirmati sunt cæteri. Hi, communicatis consiliis, in theatrum vadunt, sperantes nec ipsum regem improvisum impetum suum evasurum, aut certe multos ex aulicis ejus stipatoribus opprimendos: & vel hoc sibi fore mortis solatium, si illum, violatæ religionis ergo in populi invidiam adducerent. Et illi qvidem quasi duces se cæteris præbentes hæc facere statuerant. quidam vero ex his, quos Herodes ad perscrutanda & indicanda talia disposuerat, rem totam expiscatus, regi theatrum ingresso aperit. is non ignarus, quantum odiorum sibi quotidie concitaret, recipit se in regiam, & nominatim conjuratos accersit: qui comprehensi in ipso facinore, & scientes nullum esse effugium, decreverunt præsentem necessitatem ferre forti animo. nihil enim inficiati interrito vultu sicas protulerunt, profitentes se recte ac pie conjurasse, non propter privatos affectus, aut sui commodi gratia, sed pro disciplina publica, quam nemo bonus violare, ne morte quidem sibi intentata, sustineat. hæc illi cum magna confidentia pro se attulissent, a regiis abducti per omnes cruciatus necati sunt. nec multo post delator eorum invisus omnibus, a quibusdam interfectus frustatim concisus est & objectus canibus, idqve multis inspectantibus: nemo tamen hoc factum prodidit, donec post longas ac molestas Herodis inquisitiones a conscii quibusdam mulierculis per tormenta expressa est confessio. tum vero autores ejus facinoris cum totis familiis plectebantur, plebe nihilominus interrita, & parata leges defendere, ni majore cohiberetur potentia. qvod animadvertens rex omni ope obviam ivit eorum conatibus, ne forte hac rerum novitate ad apertam defectionem adducerentur. cum igitur duas arces munitas in urbe haberet, unam, in qua ipsius erat regia, alteram vero juxta templum, Antoniam a se nominatam, visum est tertiam quoque munire Samariam, mutato nomine Sebasten, quæ foris totam gentem contineret in officio, abest a Hierosolymis itinere unius diei, ad urbanos etiam tumul-

τὸ πλῆθος, ὃ τὸν ἑρμῆν διὰ ἐπερῶν ἦσαν ἐξ ὀργῆς διακείμενοι· οἱ πολῖται μὲν εἶχον ὡς μεταβεβληκὼς, καὶ μὴ χαλεπαίνειν ἔτι. τινες δ' αὐτῶν, ἐπεμέμφοντο τὴν δυσχρέειαν τῶν οὐκ ἐξ ἔθους ἐπιτηδευμάτων, ὃ τὸ παλαιὸν ἐπὶ τὰ πάτρια μεγάλων ἡγεμόνες ἐπανάγειν καλῶν. ὅσῳ γὰρ ἀπὸ ἤθεος ἐπὶ καινοτομίαν ἔρχεται μᾶλλον, ἢ δοκεῖν ἐξαλλαττομένης αὐτοῖς τῆς πολιτείας, φοβερὸν ἡρώδην ποιεῖς βίαι ἐπεισάγοντα τὰ μὴ ἐξ ἔθους ὄντα, καὶ λόγῳ μὲν βασιλέα, τῷ δ' ἔργῳ πολέμιον φανερὸν ἅπαντες ἔσεσθαι. ὧν ἕνεκα σωφρονισθέντα πάντα κίνδυνον ὑποδύεσθαι δέκα τῶν πολιτῶν ἄνδρες, καὶ ξιφίδια τοῖς ἱματίοις ὑποδησάμενοι· ἦν δ' αὐτῶν εἷς τυφλὸς, ἀλλ' οὐ πρόθυμος ἦν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ τῆς ἀναξιοπαθίας ἕνεκα ἧς ἤκουσε, καὶ τὸν διεφθαρμένον τοὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς σωφρονισθέντα, ἔχειν ὡς συνεργήσοντά τι καὶ λίαν εἰς τὸν ἐπιχείρησιν ἱκανὸς, ἀλλ' οὐ πρόθυμος κατεπείθησαν αὐτὸν παθεῖν εἴ τι κακοῖς συμβαίνει δυσχερές. ὡς τε μὴ μετρίαν τὸν ὁρμὴν τοῖς ἐπιχειρήσουσι δι' αὐτὸν ψεύδος. ταῦτα γνόντες δὴ σωφρονήσαντες εἰς τὸ θέατρον ἐχώρουν. ἐλπίσαντες μὲν δὴ αὐτὸν ἡρώδην ἀφυλάκτως ποιήσειν τῶν δ' ἀφανῶς, πολλὰς δ' εἰκῆ μὴ τυγχάνοντες σκεύας, τῶν ἐπὶ αὐτῷ ἀναιρήσειν ὠόμενον. ἐπεὶ δ' αὐτοῖς ἀρκέσειν οὐκ ἔδοξεν, εἰς ἔννοιαν ὧν ὁ βασιλεὺς ἐξυβρίζειν ἔδοκει τὸ πλῆθος, ἐπ' αὐτὸν ἐκεῖνον ἀγαγεῖν. ἐκεῖνοι μὲν ἐπαναστάντες, ὅτι τοιαύτης ἦσαν ἐπιθυμίας. εἰς ὃ τὸν ἐφ' ἡμέρᾳ πολυπραγμονεῖν καὶ διαπέμπειν τὰ τοιαῦτα τεθνημένων ἐξόρμησεν ὅλῃ τὴν ἐπιθέσει, εἰς τὸ θέατρον εἰσιέναι μέλλοντι τῷ βασιλεῖ κατεμήνυσεν. ὁ δ' ἀγὼν ἀνοίκειον ὠήθη τὸν λόγον, εἰς τε τὸ μισεῖν ἀφορῶν ὁ συνήδει ἑαυτῷ τὸν πλείονων αὐτῷ, καὶ τὰς παρασκευὰς τὰς ὑπὲρ τοῖς καθέκαστα γινομένας, ἀναχωρήσας εἰς τὸ βασίλειον, ἐνόμισε τὸν ἐν τοῖς αἰτίοις σκαλεῦσαι. προσπεσόντων δ' αὐτῷ τῶν ὑπηρετῶν αὐτόφωροι λαμβανόμενοι, τὸ μὲν ὡς οὐκ ἂν ἀφύλακτον ἦδεσαν, ἐπεκόμπουν τὸν ἀναγκαίαν καταφρονεῖν τελευτῆς, τὸ μηδὲν ὑφιέναι φρονήματος. ἐγὼ συνεπαντῶντες δὴ ἀρνησάμενοι τὸν πρᾶξιν, ἀνέδειξαν ἤδη κρατοῦντες τὰ ξίφη. διωμολογήσαντες δὲ καλῶς καὶ σὺν εὐσεβείᾳ τὸν συνωμοσίαν αὐτοῖς ψεύδος, κέρδος μὲν ἡδενὸς, δὴ οἰκείων ἕνεκεν παθῶν, τὸ δὲ πλέον ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἐθῶν, ὃ πᾶσι φυλάττειν ἢ θνήσκειν περὶ αὐτῶν ἄξιον. τοιαῦτα μὲν ἐκεῖνοι, τῇ προσαρτήσει τῆς ὑπὸ βελῆς ἐμπεφρήσαντες μένοι, δείκτων αὐτοῖς τὰ βασιλικὰ ἤγοντο, καὶ πᾶσαν αἰτίαν ὑπομένοντες διεφθάρησαν. μετὰ πολὺ δὲ τὰ τούτων μηνύσαντα κατὰ μίσος ἁρπασθέντες τινὲς οὐκ ἀπέκτειναν μένον. ἀλλὰ καὶ μελέτης διελόντες, πρὸ θέατρον κυνῶν. ἐωράτο δὲ πολλοῖς τὰ πολιτῶν τὰ γινόμενα, καὶ κατεμήνυσεν οὐδείς, ἕως ἡρώδῃ μικρότερον ἢ φιλονείκων πεισθέντων τῶν ἑρμῆνων, ἐκβασανισθῆναι γυναῖκες τινὲς ὁμολογήσασαι ἁλῶναι εἰδόσι. τὰ μὲν συνεργησάντων, ἐβούλετο τιμωρίαν πανοικὶ τῶν προπετῶν αὐτῶν ἐπιθεῖναι. ἡ δὲ ὀπιμονὴ τοῦ πλῆθος καὶ τὸ τῆς πρὸ τῶν νόμων πίστεως ἀκαταπλήκτον, ἐῤῥᾴδιον ἐποίει τὸ ἡρώδῃ, ἐμὴ μὴ πλείονος ἀσφαλείας κομιστῶν. καὶ διέγνω πάντων τὸν ἐπιφανῆ τὸ πλῆθος, ὡς μὴ νεωτερίζοντων, φανερὸν ψεύδεσθαι τῇ ἀποστάσει. ἐξωχυρωμένης δὲ αὐτῷ τῆς πόλεως μὲν ἐπὶ τῆς αὐλῆς ἐν ἡπείρῳ, ὃ ἱερὸν τῇ θεῷ τὸ φρούριον ὀχυρότητι τὸ καλούμενον Ἀντωνίαν τὸ κατασκευασθὲν ὑπ' αὐτοῦ, τρίτην πανταχῇ τῆς λαῷ τὴν σωτηρίαν ἐνόησεν ἐπιτείχισμα, καλέσας μὲν αὐτὴν Σεβαστὴν, οἰόμενος δὲ τῆς χώρας ὧδε ἐλαττον. ὀχυρωθῆναι τὸν τόπον, ἀπέχοντα μὲν ἱεροσολύμων μιᾶς ὁδὸν ἡμέρας, ἐνεργήσειν δὲ ὄντα καὶ

κωμικὴ

κωλύειν. ἦν τε τῶν ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τῇ πολεμικῇ χρήσιμον. τῷ ἐθνει παντὶ φρούριον ἐνωκοδόμησεν, τὸ πύργος μὲν καλούμενον στρατωνος πύργον, ἡγεμονίαν δ' ὑπ' αὐτὸ προσαγορεύθεν. ἔν τε τῷ μεγάλῳ πεδίῳ τὸ ἐπιλέκτων ἱππέων ὡς αὐτὸν ἀποκληρώσας, χωρίον ἐνέκτισεν ἐπὶ τῇ γαλιλαίᾳ γαβάλα καλούμενον. καὶ τῇ περαίᾳ τὼν ἐθνῶν ἐπὶ. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς καθ' μέρος ἀεὶ πρὸς ἀσφάλειαν ἐξευρίσκων, καὶ λαμβάνων φυλακῆς τὸ πᾶν ἔθνος, ὡς ἥκιστα μὲν ἀπ' ἐξουσίας, εἰς τὰς παραχὰς προπίπτειν, αἷς καὶ μικρὰ κινήματος ἐγγενόμενα συνεχῶς ἐξεῶντο, λανθάνειν ἢ μηδ' εἰ ὠδαινοῖεν, ἐφεστηκότων ἀεὶ τινῶν τηλοῦ οἳ καὶ γινώσκειν καὶ κωλύειν ἐδύναντο. τότε ἢ τὴν σαμάρειαν ὥρμησεν μὲν περιτειχίζειν, πολλὰς μὲν τῶν συμμαχησάντων καὶ τὰς πολέμους, πολλὰς ἢ τῶν ἑτέρων συμπολίζειν ἐπιτηδεύσας, ἐπὶ τε φιλοτιμίᾳ δὲ νέον ἐγείρειν, καὶ ἅμα τὸ πρότερον ὄσον ἐν ταῖς ἐπιστήμαις ἦσαν, καὶ μᾶλλον ὅτι πρὸς ἀσφάλειαν αὐτῷ τὸ φιλότιμον ἐπιτηδεύετο. τῷ τε προσηγορίαν ἐπηλλαξε, σεβαστὴν καλῶν, καὶ τῆς χώρας ἀρίστην οὖσαν τῷ πλησίον, κατεμέρισε τοῖς οἰκήτορσιν, ὡς ἐπ' ἄμεινον εὐδαιμονίαν σωίοντες οἰκεῖν, καὶ τείχει κατέρρωσε τὴν πόλιν περιβαλὼν, ὅτε δὲ χωρίᾳ πρόσοντες εἰς ἐρυμνότητα κατασκαλεύσμενον, καὶ μέγεθος οὐχ ὡς τὸ πρῶτον, ἀλλ' ὥστε μηδὲν ἀποδεῖν τῶν ἑλλογιμωτάτων πόλεων περιλαμβάνων. σταδίους γὰρ ἦσαν κ'. ἐντὸς ἢ καὶ μέσῳ, τριῶν ἡμισταδίων τὸ μῆκος ἀνῆκε, παντοίως κεκοσμημένον, καὶ ναὸν ἐν αὐτῷ μεγέθει καὶ κάλλει τῶν ἑλλογιμωτάτων ἤρεν, ὅτι τοῖς καθ' μέρος ἅπασιν ἐκράτει κοσμοῦν τὴν πόλιν. τὸ μὲν ἀναγκαῖον τῆς ἀσφαλείας ὁρῶν, καὶ τῇ τῶν πρόσθεν ἐρυμνότητι φρούριον αὐτῇ πιέμενον ἐπὶ τῇ μείζονι. τὸ δ' ὄπτεπες, ὡς ἂν ἐκ φιλοκαλεῖν, καὶ μνημεῖα φιλανθρωπίας καταλιπεῖν ἐν ὑστέρῳ.

tus compescendos opportuna. Aliam etiam toti genti ceu arcem imposuit, olim Stratonis turrim dictam: ipse Cæsaream appellari maluit. In magno etiam, quem vocant, campo, forte lectis equitibus, castellum condidit, & in Galilæa Gabalam, Esthmonitim in Peræa. His arcibus ad tutelam regni per totam regionem opportune, dispositis, adempta est vulgo, leviſſimis quibusque causis mobili, tumultuandi materia: parato ad quoscunque clancularios conatus remedio, dum in propinquo semper sunt, qui vel præcaveant, vel recens ortos compescant. In primis autem Samariam cincturus mœnibus, dedit operam, ut tam e milite auxiliari, quam e finitimis gentibus plurimos in ejus civitatis corpus congregaret, partim propter templum, quod ibi dedicare statuerat, partim quo illustriorem eam faceret, sed maxime, quia prætextu magnificentiæ securitatem rebus suis hoc pacto procurabat. Urbi, abrogato vetere, novum nomen Sebastes imposuit, agrosque ejus natura feraces habitatoribus divisit, ut mox ab initiis essent locupletes: firmissimum deinde murum circumdedit, natura etiam loci acclivioris adjutus, & præter veterem ambitum tantum spatii complexus, ut nulli celebrium urbium cederet. erat enim viginti stadiorum circuitus. in ejus meditullio fanum, sesquistadii amplitudine esse voluit, modis omnibus ornatissimum, in quo templum extruxit cum quovis alio pulchritudine & magnitudine conferendum: reliquas etiam urbis partes procedente tempore magis ac magis excolere studuit, securitatem captans ex firmitate loci, quo pro arce uti voluit, pulchritudine vero loci suæ liberalitatis ac magnificentiæ monumentum relicturus ad posteros.

Κεφάλαιον ιβ'.

Περὶ λιμοῦ καὶ τῆς ἰουδαίαν γενομένης.

CAP. XII.

De fame, quæ in terram Judæam incubuit.

Κατὰ δὲ τὸν μὲν αὐτὸν ἐνιαυτὸν ιγ' ὄντα τοῦ ἡρῴδου βασιλείας, πάθη μέγιστα τὴν χώραν ἐπέβαλεν. εἴτε δὴ θεοῦ μηνίσαντος, ἢ καὶ τοιούτοις ἀπαντήσαντος κακοῖς. πρῶτον μὲν γὰρ αὐχμοὶ διωνεκεῖς ἐγένοντο. ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἄκαρπος ἡ γῆ, μηδ' ὅσους κατ' αὐτὴν ἔθρεψεν ἀναβλαστάνειν φέρουσα. ἐπῆγε δὲ καὶ διαίτης καὶ τὴν ὕδατος τῶν στομάτων ἐξαλλαττομένης, νόσοι τε σωμάτων καὶ πάθος ἦδη λοιμικὸν ἐκράτει διωνεκῶς ἀντιφορίζομένων αὐτοῖς τῶν κακῶν. τότε γὰρ ἠπορίας θεραπείας καὶ τροφῆς, ἐπέτεινεν ἐς τὸν ἀρχαμένην ἰσχυρῶς τὸν λοιμώδη νόσον, ἥτε φθορὰ τῶν ὅτως ἀπολλυμένων, ἀφθονία καὶ τὰς θείσας εὐθυμίας, ἐπεὶ προσαρκεῖν ταῖς ἀπορίαις ἐξ ἐπιμελείας οὐκ ἦν. φθειρόντων γὰρ μὲν τῶν ἐπ' ἔτος καρπῶν, καὶ τῶν ὅσοι πρότερον ἀπέκειντο δεδαπανημένων, ὅδεν εἰς ἐλπίδα χρηστὸν ἀπελείπετο, μᾶλλον ἢ καὶ προσδοκίαν ἐπιτείνοντος δὲ κακοῦ, καὶ ὅδε κατ' ἐνιαυτὸν τὸν ἐνιαυτὸν μόνον. ὡς αὐτῆς ἡμέρας μὲν ὅδεν ἀπόλοιτο, ἀπολωλέναι ἢ καὶ τῶν θείντων τὰ σπέρματα, μηδ' ἕτερον ἀνεῖσης τῆς γῆς. ἦτε ἀνάγκη, πολλὰ μὲν τοὺς χρείας ἐκάνυργε. καὶ τὰς ἀπορίας οὐκ ἐλάττους ἐναγκάσαινεν αὐτῷ τῷ βασιλεῖ πρὸς τὴν παροῦσαν χρῆσιν ἐξευρίσκειν: ac ne Herodi quidem amplæ facultates suppetebant,

XI. a. 24. Chriſp. ant. Judaic. c. 2. pag. 5

dum fraudatur agrorum reditibus, absumpta in ædificationem urbium vetere pecunia: adeoqve omnia variis malis vastabantur, ut vix esset, cui succurri posset. ad hæc accedebat populare in regem odium, quod fere soleat calamitatum culpa in eos rejici, penes qvos est regimen reipublicæ. Cogitabat tamen aliqvam medelam afferre tam difficili tempori, sed modum vix expediebat, qvod nec finitimi res ad victum necessarias venderent, eadem pressi inopia, nec pecuniarum tantum supereſſet, qvantum posset omnibus sufficere. attamen videns opus esse, ut omnes ad ferendam opem consilia conferrent, quicquid erat in regia supellectilis tam aureæ qvam argenteæ, id totum concidit, nec laudatorum artificum parcens operibus, nec vasis ad usum necessariis. inde confectam pecuniam mittebat in Ægyptũ, qvam tum Petronius obtinebat pro Cæsare. is licet obrutus multitudine ob talem necessitatem ad se confugientium, tamen qvia privatim amicus erat Herodi, & servatos cupiebat ejus subditos, præaliis eis concessit frumenti exportationem, tam in emendo quam in evehendo adjuvans, ita ut maximum momentum ad gentis salutem in eo fuerit. Porro Herodes, advecto frumento, & approbata populo sua diligentia, non solum mutavit aversorum a se animos, verum etiam eximiam laudem beneficentiæ & providentiæ retulit. Nam primum his, qvi sibiipsis frumentum qværere non poterant, divisit omnibus accuratissime dispensans. Deinde qvia multi erant, qui propter senium vel aliam debilitatem cibos parare non valebant, his qvoqve providit, adhibitis pistoribus, ut in promptu alimenta haberent. Qvin & adversus hyemis asperitatem providit, ne qui periclitarentur inopia vestium, absumptis pecoribus, & lanis aliisqve tegmentis deficientibus. Ubi vero etiam huic necessitati prospectum est, propinqvis qvoqve Syrorum urbibus solicitudinem impendit, distributis ad sementem faciendam frugibus, quod sane & ipsi fuit commodum, terra mox uberem referente gratiam, ut omnibus alimenta suppeterent. & quamprimum segetes messi maturæ factæ sunt, ad quinquaginta millia hominum, qvos ipse aluerat, dimisit per agros: atqve ita res pene perditas restituit sua diligentia, non mediocriter sublevatis etiam finitimis, qui eisdem laborabant difficultatibus. nemo enim ejus opem imploravit, quem non pro ipsius dignitate adjuverit: sed & castella & urbes, & ex plebe qui gravabantur numerosiore familia, ad illum confugientes necessitati inveniebant remedium: ita ut revocatis ad rationem, quæ in exteros tantum insumpserat, reperta sint frumenti cororum decem millia. corus autem capit decem medimnos Atticos. intra regni vero sui pomœria octoginta millia cororum expensa sunt. quæ quidem ejus cura & tam opportune collata gratia, tantum apud Judæos valuit omnium sermone celebrata, ut positis odiis, quicquid hactenus vel administrando regno, vel transgrediendis patriis ritibus peccaverat, li-

A λῶ, τ τε φόρων ἐς ἐλάμβανεν ἀπὸ τ γῆς ἀφῃρημένῳ, καὶ τὰ χρήματα δεδαπανηκότι πρὸς φιλοτιμίαν ὧν τὰς πόλεις ἐπεσκεύαζεν, ἐῶ τε ἀδὲν ὅτι καὶ βοηθείας ἄξιον ἐδόκει, προσκατφλῆφότ ϑ κακῶ, ϛ μῖσ ϑ εἰς αὐτὸν ἀπ τῶν ἐρχομένων. τὸ γὰρ σπ εὐπαίτευτον, φιλαύτιον ἀεὶ τ ἀ προσηκότων. ἐν τούτοις διενοεῖτ βοηθῆν τῷ ἡγεμόνι, χαλεπὸν δ' ἐῶ, ὅτε τῶν πλησίον ἐχόντων ἀποδιδόναι σιτία, τῷ μηδ' αὐτὸς ἐλάττω πεπονθέναι, χρημάτων τὰ σπ ὄντων εἰς καὶ δυνατὸν ὀλίγων ἐπὶ πολλοῖς εὐπορηθῆναι. καλῶς μὲν τοι νομίζων ἔχειν πάντας εἰς τὸ βοήθειαν μὴ ἀμελεῖν, τὸν ὅταν κόσμον ἐν τοῖς βασιλείοις αὐτὸς σωπήσειεν ἀργυρίου καὶ χρυσίου, μήτε τῆς ἐν ταῖς κατασκευαῖς ἐπιμελείας, μήτ' ἔτι τ χρῆ τιμίων ἐῶ, τότε φειδόμ ϑ ἐπιμπε δ' ἐπ' αὐγούστου τὰ χρήματα, πεντωκισχίλια ἀρχὰς ἀπὸ ἡμισυρ ϑ εἰληφότ ϑ. ὅτ ϑ σπ ὀλίγων ἐπ' αὐτὸν καταφυγόντων ἀφ' ὧν αὐτὸς χρείας, ἀφ' B τε φίλ ϑ ὢν ἠρώδη, καὶ ἀφσώσασθαι θέλων τοὺς παρ' αὐτὸν, πρῶτος μὲν ἔδωκεν ἐξαγαγ τὸν σῖτον, εἰς ἅπαντα δ' κατὰ τὸν ὠνὸν καὶ τὸν ἐκπλοῦν συμήργησεν, ὡς μέγα μέρ ϑ ἡ τῶν ψυχῶν σωτηρία ταύτης τ βοηθείας. ὁ γὰρ ἡρώδης τότων ἀφικνουμέναν, ἐν ἀφορμῇ τῷ ἐπιμέλειαν τῷ αὐτ προσθεὶς, ἃ μόνον ἀντιμετήσησε τὰς γνώμας τῶν πρότερον χαλεπῶς ἐχόντων, ἀλλὰ καὶ μεγίστῳ ἐποίησατ τῷ ἐπιδείξῳ τῆς C εὐνοίας, καὶ τῆς προσπασίας. πρῶτον μὲν γὰρ ὅσους οἷόν τε καὶ δι' αὐτῶν τὰς τροφὰς σκοπεῖν, ἕνεμε δ' σῖτε τῷ ἐκπλεῖν ἀκριβεστάτῳ μισθῷ ϑ. ἔπειτα πολλῶν ὄντων οἳ χ' χήρας ἢ τινὰ προσῶσαν ἄλλην ἀσθένειαν ἀχ ικανῶς εἶχον αὐτῆς ὠφελεῖσθαι τὰ σῖτα, προύνοήσατο λεπτοπιὰς, καὶ παρέχων ἐρίμους τροφάς. ἐπιμέλειαν δ' καὶ ἃ μὴ διαχειμάσαι μ' κινδύνων αὐτὰς, ἐποήσατ, συγκατειληφυῖα καὶ τῆς περὶ τὰς ἐσθῆτας ἀπορίας, ἐφθαρμένων καὶ παντάπασι D ἐξαναλωθέντων τ βοσκημάτων, ὡς ὅτε ἐρίων εἶναι χρῆσιν, ὅτε τ ἄλλων σκεπασμάτων. σκεμαθέντων δ' αὖτ καὶ τούτων, τῆς πλησίον ἤδη πόλεσιν ἐπιβάλλετ τὰς ὠφελείας παρέχειν, αὐτέρματα τοῖς ἐνσυρίοις διδάς. καὶ ὅτ' ὤνησεν ἀχ ἧττον αὖτ, εὐθὺς τε χυθείσης εἰς εὐφορίαν τῆς χάριτ ϑ, ὡς ἅπασιν ἱκανὰ τὰ περὶ τὰς τροφὰς γῆθεν. τὸ δ' σύμπαν ἀμφὶ περὶ τὸν γῆν ἐπιφανέντ ϑ, σπ ἔλαττον ἢ ἐμεγάλυνας ἀνθρώπων, ἐς αὐτὸς ἐθρεψεν εἰς τὸν χώραν διέπεμψε, E καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ κακωθεῖσαν αὖτ τὸν βασιλέαν, ὑπὸ πάσης ἀτυχίας ἀναλαβών, ἐχ ἧκισα καὶ τὰς πέριξ ἐν ταῖς αὐταῖς κακοπαθείαις ὄντας, ἐπικουφίσεν. οὐ γὰρ ἐϑ' ὅς τις ὑπὸ χρείας ἐντυχὼν, ἀπελείφθη μὴ βοηθείαν εὑρεθεὶς κ' τὸν ἀξίων. ἀλλὰ καὶ δῆμοι ϛ πόλεις, καὶ τῶν ἰδιωτῶν ὅσοις ἀπορία ἀφ' τοιούτων περίστασθαι συνετύγχανεν, ἐπ' αὐτὸν καταφεύγοντες, ἔχον ὧν ἐδεήθησαν. ὡς τε ψευδάμενον λεγόμενον, F τὰς μὲν ἐξω τῆς ἀρχῆς δοθέντας, σίτου κόρους μυρίους. ὁ δ' κόρ ϑ δύναται μεδίμνους ἀττικοὺς ι. τοὺς δ' εἰς αὐτὸν τὸν βασιλειαν περὶ ὀκτακις μυρίους, ταύτῳ δ' αὐτὸς τὸν ἐπιμέλειαν καὶ τὸν τῆς χάριτ ϑ εὐκαιρίαν, ὅτως ἐν αὐτοῖς τε τοῖς ἰουδαίοις ἰσχύσαν συνέβη, κ' ἀφελοῦσθαι τοῖς ἄλλοις, ὡς τε τὰ μὲν παλαιὰ μίσει κινηθέντα ἀφ' τῶ ἀχαριστότατον ἔνια τῶν ἐθῶν καὶ τῆς βασιλείας, ἐξαιρεθῆναι ϑ πάντος ἔθους,

αὐτικα-

ἀντικατάλλαγμα ἡγοῦνται, τὸ ἐν τῇ βοηθείᾳ τοῦ δύνα- A benter obliviſcerentur, bene compenſatum putantes ejus liberalitate, qua uſi ſunt hoc difficillimo tempore. nec minor vel gratia vel gloria parta eſt apud exteros, ut per hæc mala non mediocriter nomen regis illuſtratum ſit, & qvantum damni domi acceptum eſt, tantum foris ad celebritatem nominis accreverit. Cum enim in alienis neceſſitatibus tantam oſtendiſſet magnanimitatem, omnes, non qualis ante fuiſſet, reputabant, ſed qvalem tum recens experti fuerint. Eodem tempore & auxilia miſit Cæſari, quingentos ſelectos e ſuo ſatellitio, qvos Ælius Gallus duxit in expeditionem Arabicam, eorumqve ſæpe forti opera uſus eſt. Rebus igitur in priſtinam felicitatem reſtitutis, regiam in ſuperiori urbis parte ædificavit, extructis ædibus ampliſſimis, exornatisqve auro & marmoribus & ſubſelliis, C ut magnum virorum numerum poſſent capere: domibus etiam pro cujusqve dignitate appellatione indita, ut una diceretur Cæſaris, Agrippæ altera. Conjugem deinde duxit amore correptus, ne diſtraheretur vagis voluptatibus. occaſio autem novarum nuptiarum fuit hæc: Erat inter Hieroſolymitanos cives Simon Boethi Alexandrini filius, ſacerdos cum primis nobilis, habebatqve filiam omnium ejus ætatis pulcherrimam: cujus forma cum vulgi ſermonibus celebraretur, primum fama illius Herodes permotus eſt, deinde conſpectæ amore captus noluit uti ſua potentia, ne tyrannice videretur agere, maluitqve in legitimum thorum puellam introducere. Cumqve Simon nec affinitate tali, nec tamen contemptu dignus videretur, qvo cupiditati ſuæ ſatisfaceret, id qvod æqvius viſum eſt, elegit, ut videlicet honoris acceſſione eum ornaret. mox igitur Jeſu Phabetis filio pontificatum abrogat. & ſucceſſorem ei dat Simonem, atqve ita affinitatem cum illo contrahit. Peractis deinde nuptiis, novum caſtellum condit, quo loco Judæos olim profligavit, dum pelleretur armis Antigoni. diſtat autem a Hieroſolymis circiter ſexaginta ſtadiis, natura firmum, & ad excolendum idoneum. collis enim eſt leniter acclivis, attollens ſe in manufactam altitudinem, habens mammæ ſpecie circumferentiam: eſtqve diſtinctus teretibus turribus: aſcenſu arduo, qui perducentos gradus lapideos ſcanditur. intus autem diverſoria ſunt regia, magnis impenſis ſtructa, tam ad firmitatem, quam ad pulchritudinem: & in pede collis habitationes ſpectatu digniſſimæ, tum propter alia, tum propter aqvæductus egregios, magno ſumptu e longinqvo perductos. circumjacens planicies ædificiis referta eſt ad juſtæ urbis magnitudinem, cui collis ille vice arcis imminet. Ita omnibus ordinatis ex ſententia, nullos amplius in regno ſuo motus timuit, duobus potiſſimum modis ſubditos in officio continens: timore ſuppliciorum, qvæ nemini remittebat, & liberalitate, qva providebat publicis neceſſitatibus: communiebatqve ſe accuratiſſime, qvaſi incolumitas ſua pertineret etiam ad rempublicam. Civitatibus ſe comem-

XII.

& humanum præbebat, dynastas per occasionem colebat, ad conciliandam sibi eorum gratiam munificentissimus, qvod innatam haberet magnanimitatem regiam. Ita factum est, ut, cum apud omnes esset gratiosus, magnis rerum suarum incrementis augeretur. Hæc tamen ambitio studiumqve demerendi Cæsarem cum Romanis potentioribus causa fuit, ut multum a patriis institutis decederet, & leges divinas violaret, dum in honorem eorum urbes condit, & templa extruit, licet non in solo Judaico. hoc enim illi nequaquam laturi erant, quod nefas sit nostris statuas ac effigies more Græcorum colere. Qvapropter extra eorum regionem tales urbes collocabat, excusans se Judæis, quod non sponte, sed potentiorum jussu hæc faceret: & interim Cæsarem Romanosqve tanto magis sibi devinciens, quod in eorum honorem a patriis consvetudinibus sustineret discedere. Sed præcipuus scopus erat utilitas propria, & studium memoriæ propagandæ ad posteros, ita ut in condendis & exornandis urbibus nullis sumptibus parceret.

καὶ φιλανθρώπως, καὶ τὰς δυνάστας ἐθεράπευεν εὐκαιρείας, ὧν ἑκάστοις ἐδωρεῖτο, μείζας τὰς χάριτας ἐμποιῶν ᾗ τὸ μεγαλόψυχον φύσει τε βασιλικὸν εὐπρεπῶς ἔχων. ὡς αὐτῷ πάντα ἀπὸ πάντων αὐξεσθαι πρὸς τὸ πλέον ἀεὶ προχωρούντων, ὥστε ἢ τὸ εἰς ὅτι φιλοτιμίας ᾗ τὸ θεραπεύειν, εἰ βούλοιτο καίσαρα ᾗ φίλους ἢ μείζων τὰς πόλεις δυναμένους, σκεδάννυσθαι τὴν ἡδονὴν παρεκάλει, ἐπὶ πολλὰ τὸ νομίμων ἀλλαχαράττειν, πόλεις τε κτίζων ἐπὶ τῷ φιλοτιμίας ᾗ ναοὺς ἐγείρων, οὐκ ἐπὶ τῆς ἰουδαίων. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐνεῖχον τὰ τοιαῦτα ἀπηρθρωμένων ἡμῖν, ὡς ἀγάλματα ἢ τύπους μεμορφωμένους τιμᾶν πρὸς τὸ ἑλληνικὸν τρόπον. τὸ δὲ ἔξω χώρων ᾗ τοὺς πόλεμον ἐπισκοπάζειν. ἰουδαίοις μὲν ἀπολογούμενος, μὴ καθ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἢ πρὸς ἐτέρων ταῦτα ποιεῖν. καίσαρι δὲ ᾗ ἑαυτῷ, τὸ μηδὲν τῶν οἰκείων ἧττον τῶν ἐκείνων τιμᾶς ἐσχάτως χαριζόμενος. αἷς μέντοι τὸ σύμπαν αὐτὸ σχαζόμενος, ἢ φιλοτιμούμενος μείζω τὰ μνημεῖα τῆς ἀρχῆς τοῖς αὐθις ἀπολείπειν. ὅθεν ᾗ πρὸς τοὺς ἐπισκοπὰς τῶν πόλεων ἐκείνῃ τῷ, ἢ πόλεις ἐς ὅτι δαπάνας ἐποιεῖτο.

CAP. XIII.

Cæsarea conditur.

ERgo qvum animadvertisset in maritimis locum condendæ urbi opportunissimum, cui pridem Stratonis turris nomen fuerat, & formam ejus magnifice descripsit, & ædificiis marmoreis totam exornavit accuratissime, tam regiis palatiis, qvam privatorum civium ædibus. & qvod fuit omnium operosissimum, portum a tempestatibus tutum addidit, magnitudine Piræo parem, stationibus instructum & diversoriis, admirandum structura, eo qvod propter loci naturam omnis materia tantæ fabricæ alibunde magno sumptu convehenda fuerit. Sita est hæc urbs in Phœnice, qva in Ægyptum præternavigatur, Dora inter & Joppen, littorales urbeculas, non satis portuosas, qvod Africo sint oppositæ. hic enim procellosis flatibus arenas in littus provolvens, nullam stationem qvietam esse patitur, ita ut plerunqve naves mercibus onustæ, in salo ancoras jacere necesse habeant. Hanc locorum incommoditatem correcturus, circulum portus circumduxit, qvantum putaret magnæ classi recipiendæ sufficere: & in viginti ulnarum profundum prægrandia saxa demisit, qvorum pleraqve pedum qvinquaginta longitudinis, latitudinis vero octodecim, altitudine novempedali fuerunt, qvædam etiam majora alia. Hæc moles in mare jacta brachium ducentos pedes longum efficit, cujus spatii dimidium oppositum est frangendis fluctibus: inde procymation Græce dictum: reliqvum sustinebat murum lapideum distinctum turribus, qvarum maximæ & pulcherrimæ nomen Drusus a Druso Cæsaris privigno, immaturo fato defuncto. Inerant & crebri fornices nautarum diversoria. Excensus deinde lato ambitu totum portum cingebat, locus ad inambulandum animi causa jucundissimus. Os autem portus patet versus septentrionem

Κεφάλαιον γ'.

Κτίσις καισαρείας.

ΚΑτειδὼν ᾗ πρὸς τῇ θαλάττῃ χωρίον ἐπιτηδειότατον δέξασθαι πόλιν, ὃ πάλαι στράτωνος καλεῖτο πύργος, τῆτε διαγραφῇ μεγαλοπρεπῶς ἐπεβάλετο, καὶ τοῖς οἰκοδομήμασιν ἀνίσας ἅπασαν σὺν παρέργως, ἀλλ' ἐκ λιθικῆς πέτρας, ᾗ διακόσμων βασιλείοις τε πολυτελεστάτοις, ᾗ διαίταις πολυτιμοῖς. τὸ ᾗ μέγιστον καὶ πλείστην ἐργασίαν παρασχὸν, ἀκλύστῳ λιμένι, μεγέθει μὲν ᾗ τὸν πυραικὸν, καταγωγὰς δ' ἐν- δον ἔχοντι καὶ διαπερεῖς ὑφέρμους, τῇ ᾗ δομῇ παρεῖλεπτον ὅτι μηδ' ἐκ ἑνὸς τόπου τὴν ὑπηδειότητα τῆς μεγαλουργίας εἶχεν, ἀλλ' ἐπεισάκτοις ᾗ πολλοῖς ἐξετελειώθη ταῖς δαπάναις. κεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλις ἐν τῇ φοινίκῃ, ᾗ τὸν εἰς αἴγυπτον παράπλουν, ἰόππης μεταξὺ καὶ δώρων. πολισμάτια ταῦτ' ἐστὶ παράλια, δύσορμα διὰ τὰς κατὰ λίβα προσβολὰς, ὑπὸ τὰς ἐκ τοῦ πόντου θύνας, ὅπὶ τὴν ἠϊόνα σύρουσαι, καταγωγὰς οὐ μετρίως διδόασιν, ἀλλ' ἔστιν ἀναγκαῖον ἀποσαλεύειν τὰ πολλὰ τὰς ἐμπόρους ἐν ἀγκύραις. ὅθεν τε δύσθεν τῆς χώρας διορύσσομεν, καὶ παρέπεμψε τὸν κύκλον ὃ λιμένα· ἐφ' ὅσον ἰσχὺν αἱ παρχαὶ πρὸς τῷ χέρσῳ μεγάλοις σώλοις ἐνορμοῦσαι, λίθους ὑπὸ μεγέθους καθείσι τὸ βάθος εἰς ὀργυιὰς ἑκατὸν, οἱ πλείους ἦν ποδῶν ἢ ἦσαν τὸ μῆκος, ᾗ πλάτος ὀκτὼ ἐλάττονι ἢ, τὸ βάθος ᾗ θ'. τούτων οἱ μὲν μείζους, οἱ ᾗ ἐλάττους. ἡ ᾗ ἐνδόμησις ὅσῳ ἐνεβάλετο ᾗ τῆς θαλάττης σ' πόδας. τούτων τὸ μὲν ἥμισυ. προβέβλητο κυμαγωγίας ὡς ἀπομάχεσθαι προεικλωμένον σφὶ τὸν κλύδωνα. προκύματα γοῦν ἐκαλεῖτο. τὸ ᾗ λοιπὸν, ἐφεῖχε λίθινον τεῖχος πύργοις διειλημμένον, ὧν ὁ μέγιστος δροῦσος ὠνομάζετο πάνυ καλόν τι ἔρεισμα, τῷ προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπὸ δρούσου τοῦ καίσαρος προγόνου τελευτήσαντος νέου. ψαλίδες ᾗ ἐνεπεπείλητο συνεχεῖς καταγωγὰς τοῖς ναυτίλοις. τὸ ᾗ πρὸς αὐτὸ ἀπόβασις πλατεῖ κύκλῳ προεστέφανωτο πάντα λιμένα, προέπιπτος τοῖς ἑλουσιν ἡδίστος. ὃ ᾗ ἑστηκὸς, καὶ τὸ σῶμα πεποίητο πρὸς βορρᾶν, ὡς ἀνέ-

a. 23. ante C. N.

ἐς ἀνέμων αἰθριώτατον. βάσις ἢ δ' ὑπὸ πᾶσαν ὁλκὸν παντὸς, A ventorum sereniſſimum: crepido vero totius
εὐωνύμου μὲν εἰσπλέοντων, πύργῳ καὶ αὐτὴ περικλειομένη ambitus, a ſiniſtra quidem portum intrantibus
ὅτι πολὺ στερρῶς ἀντέχειν. κεῖται δὲ ἐκ δεξιᾶς ἢ δύο λίθοι με- turris eſt lato margini inſiſtens, ad firmius reſi-
γάλοι. κατὰ δὲ ἑκάτερα πύργῳ μείζους, ὀρθοὶ ἢ καὶ συνεζευγμένοι. ſtendum fluctibus: a dextra autem duæ colu-
περίκειται ἢ κύκλῳ τὸ λιμένα, λειοτάτῃ λίθῳ κατεσκευῇ, συνεχὴς οἰκήσεις, mnæ lapideæ conjunctæ turri ex adverſo ſitæ, pa-
κατὰ δὲ τὸ μέσον κολωνός τις, ἐφ' οὗ νεὼς κάλλιστος ἁπάντων τῶν ἐκ λέγε- res celſitudine. Circum portum ædes continua-
ται, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν, ῥώμης, τὸ δὲ, καίσαρος, ἥτις πόλις αὐτὴ, καισάρεια καλεῖται, καλῆς τε B ta ſerie marmore politiſſimo extructæ ſunt, ex-
ὕλης καὶ λαξικοῦ τεύχους. κεῖται δ' ὑπὲρ αὐτὴν ὑπόνομοί τε καὶ λαῦραι, πραγματείαν οὐκ ἐλάτ- tante in medio tumulo, in quo templum Cæſaris
των τῶν ὑπερκειμένων ἔχουσαι. τούτων αἱ μὲν, κατὰ συμμετρίαν διαστήματα, φέρουσιν εἰς τὸν λιμέ- a longe conſpicuum adnavigantibus, & in eo
να καὶ τὸν θάλατταν. μία δ' ἐγκαρσία, πάσας διατέμνουσα, ὡς τάς τε ὄμβρους ὑμάρως καὶ τὰ λύματα ſtatuæ, Romæ altera, altera Cæſaris, unde nomen
τῶν οἰκητόρων συνεκδίδοσθαι, τοῦ τε θαλάττου ὅταν ἐσωθεν ὑπερβάλλῃ διαφέρειν, καὶ τὸν σύμπασαν Cæſareæ, urbi tam materia quam artificio ſtru-
συγκλύζειν πόλιν. κατεσκεύασε δ' αὐτῇ καὶ θέατρον ἐκ πέτρας, καὶ τοῦς τοῦ νότου δ' λιμένος ἔπεσθεν ἀμφιθέατρον, πολὺν ὄχλον ἀνθρώπων δέχεσθαι C cturæ conſpicuæ, cloacis etiam ſubterraneis non
δυνάμενον, καὶ κείμενον ὑπτιοδείως, ἀποπλέουσιν εἰς τὸν θάλατταν. ἡ μὲν δὴ πόλις, οὕτως ἐξετελέ- minus mirandæ: quæ paribus diſtantes interſti-
σθη δωδεκαετῆ χρόνῳ, καὶ τὰς ἐργασίας οὐκ ἐγκα- tiis in mare exeunt, una transverſa dirimente,
μεντος καὶ τὰς δαπάνας ἐπαρκέσαντος δ' βασιλέ- ut imbrium & purgamentorum proluvies faci-
ως. ὑπὸ τούτου δ' ὢν καὶ τῆς σεβαστῆς ἤδη πεπλι- lius in mare deferatur, & marini æſtus, quoties
σμένης, ἐγνω τοὺς παῖδας αὐτοῦ πέμπειν εἰς ῥώμην ἀλέ- accedunt, ſubintrare poſſint, & totam urbem
ξανδρον καὶ δρισόβολον σωτὰ δ' ὁμήρους καίσαρι. τού- ſubluere. Extruxit etiam theatrum e ſaxo, &a
των ἀνελθόντων καταγωγὴ μὲν ἦν ὁ πολίωνος οἶκος, meridionali portus latere amphitheatrum capa-
αἰδοῦς τε μάλιστα, ἀπουδαζόντων θεῖναι τὸν ἡρώδου φί- ciſſimum, unde late proſpectus patet in maria.
λιον, ἐφ' ᾧ τε καὶ τοῖς καίσαρος κατηγοροῦσι. καὶ Atqve hæc omnia duodecim annorum ſpatio
δ' ἐδέξατο μετὰ πάσης φιλανθρωπίας τοὺς παῖδας, ſunt abſoluta, rege nec labori parcente nec ſum-
καὶ διδόντων ἡρώδη τὸν βασιλείαν ὅτῳ βούλεται βε- ptibus. Hac jam altera urbe poſt Sebaſten con-
βαιοῦν τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων, καὶ χώραν ἔτι τὸν τε D dita, decrevit Romam mittere filios Alexandrum
τραχῶνα καὶ βατανέαν καὶ αὐρανίτιν. ἔδωκε ἢ & Ariſtobulum, ut ſalutarent Cæſarem: eratqve
δικαιωτάτην αἰτίαν. ζηνόδωρός τις ἐμεμίσθωτο τὸν eis paratum hoſpitium apud Pollionem Herodis
οἶκον δ' λυσανίου. τοῦτο τὸ μὲν κατὰ τὰς προσόδους ſtudioſiſſimum, licebat tamen etiam Cæſaris uti
οὐκ ἦρκει. λῃστήρια ἢ ἔχων ἐν τῷ τραχῶνι, πλείω hoſpitio. Excepit enim adoleſcentes ſumma hu-
τῶν προσόδων ἔφερεν. οἰκοῦσι γὰρ ἄνδρες ἐξ ἀπονοίας manitate, fecitqve Herodi poteſtatem, ut arbi-
ζῶντες τὰς τύχας, οἳ τὰ δαμασκηνῶν ἐληίζοντο. καὶ tratu ſuo, e filiis qvemcunqve vellet, hæredem
ζηνόδωρος ἔτ' ἐγγύς, καὶ αὐτὸς τῶν ὠφελείων σκοι- regni deſignaret, aucto prius nova acceſſione
νεῖ. κακῶς ἢ πάσχοντες οἱ πλησιόχωροι, ἀάρων καὶ Trachonitidis, Batanææ, & Auranitidis, tali de
καπῶν δ' ἠμεμόνουν, καὶ γραφὴν ἠξίουν καὶ- causa: Zenodorus quidam conduxerat ditio-
σαρα δ' ζηνόδωρον τὴν ἀδικίαν. κἀκεῖνος ἢ, ἀνενε- nem Lyſaniæ, nec contentus his proventibus in
χθέντων τούτων, ἀνέγραφεν ἐξελεῖν τὰ λῃστήρια, τὴν E Trachone fovebat latrocinia, inde quoque cap-
χώραν ἡρώδῃ προσνέμων, ὡς ἀφ' τῆς ἐπιμελείας tans compendium. incolæ enim locorum eo-
τῆς ἐκείνου, μηκέτ' ἂν ὀχληρῶν τῶν περὶ τὸν τραχῶ- rum libenter rapto vivunt, aſſveti prædas ex Da-
να ὑπομενόντων τοῖς πλησίον. ἁδὲ γὰ ῥᾴδιον ἦν ἐπι- maſcenis agere. eos Zenodorus adeo non veta-
χεῖν αὐτοῖς, ἐν οἷσι τὸ λῃστεύειν πεπαιμένοις, καὶ βί- bat, ut lucrorum etiam eſſet particeps. ab his
ον σὐκ ἄλλοθεν ἔχοντες. ἔτι γὰ πόλις αὐτοῖς, ἔτε κτῆ- male vexati propinqvorum agrorum coloni, Va-
σις ἀρχῶν ὑπῆρχε, φυγαὶ ἢ κατὰ τῆς γῆς καὶ σπήλαια, καὶ κοινὴ μὴ τ βοσκημάτων διαστα. μεμηχά- rum provinciæ præſidem qverelis obtundebant,
νηται ἢ καὶ συναγωγὰς ὑδάτων καὶ προσόδους F poſtulantes, ut Zenodori injurias per literas ſi-
σιτίων, καὶ διώκοντας πλεῖον ἐξ ἀφανῆς ἀντέχειν. ἀρ- gnificaret Cæſari. Ille reſcripſit expugnanda eſ-
χὴ τοῦ ὁδοιστεύειν καθ' ἕνα, παρερχομένων, τὰ δ' se latronum receptacula, & regionem eam diti-
ἔνδον ἀπίστως μεγάλα. καὶ στοὰς δ' ὑπογείους ἐξειρ- oni Herodis contribuendam: ſic enim fore, ut
γασμένα, τὸ δ' ὑπὲρ τὰς οἰκήσεις ἐδαφος οὐχ ὑ- ejus providentia caveretur in poſterum, ne Tra-
ψηλὸν, ἀλλ' οἷον ἐξ ὀπιπέδου. πέτρα ἢ τὸ σύμ- chonitæ vicinis ullas exhiberent moleſtias. alio-
πᾶν σκληρὰ καὶ δύσοδος, εἰμὴ τρισὶν χώροις τοῖς ἐξ quin difficile erat eos compeſcere jam aſſvetos
ὁδηγίας. ἁδὲ γὰ αὐτοῖς κατ' ὀρθὸν, ἀλλὰ πολλὰς ἑλικας ἐξελίσσοντας, πύκνις ἐστιοῦ τῶν εἰς τοὺς πλησίον his artibus victum quærere: ut qui nec oppida
haberent, nec agros, ſed in ſpeluncas ac cunicu-
los more ferarum refugia. habebant autem pa- G
ratam aquæ & cibariorum copiam, ut externa vi
petiti poſſent ſatis diu bellum in latebris trahere.
Specus enim illi aditus habent anguſtos, nec ni-
ſi unum poſt alium hominem admittentes,
ſed intus ſunt ampliſſimi, &, ſupra quam cre-
das, capaces, plano ſolo deſuper tecti. nam
totus is locus conſtat petra aſpera, & non faci-
le meabili, niſi aliqvo ducente per ſemitas: quæ
non per directum feruntur, ſed multis mæan-
dris flexuoſæ ſunt. incolæ quoties propinqvos

populari non datur, ipsi inter se exercent latrocinia, nihil sibi non permittentes. Eam regionem postqvam Herodes accepit a Cæsare, adhibitis ducibus ad eos penetrans; maleficia coercuit, & circumvicinis securitatem peperit. Zenodorus autem partim invidia, partim dolore ademptæ possessionis permotus, Romam ad accusandũ Herodem profectus est: nihil tamen efficere potuit.

XIII. Interea in Asiam Agrippa mittitur, administraturus transmarinas provincias pro Cæsare. eum quod esset amicissimus, Herodes apud Mytilenen cum salutasset, in Judæam reversus est. Cæterum Gadarenses quidam Agrippam adeũt, Herodem accusaturi, quos ille ne auditos quidem ad regem vinctos remisit. Arabes etiam jamdudum infensi Herodi tum aperire cœperunt inimicitias, idqve de causa, ut tum videbatur, satis probabili. Zenodorus enim, desperatis rebus suis, Auranitidem ditionis suæ partem illis locaverat quinquaginta talentis annuis: quam quia donatio Cæsaris complectebatur, non patiebantur auferri, modo excursionibus ac vi eam sibi vindicantes, modo contendentes de jure possessionis apud judices pelliciebant etiam ad se egenos milites, qui miserorum more meliora sperant ex rerum novitatibus. Hæc cum mature Herodes cognovisset, maluit tamen bonis rationibus occurrere quam hostiliter, ne daret occasionem novis motibus. Decimoseptimo demum ejus regni anno Cæsar venit in Syriam: moxqve Gadarensium plurimi cœperunt clamare in Herodem, gravem eum dictitantes ac tyrannicum, instigati huc potissimum Zenodori criminationibus: qui interposito jurejurando pollicitus erat, non prius se destiturum, quam quovis modo efficeret, ut illi a dominatione regia liberati attribuerentur ad provinciam Cæsaris. ab hoc persvasi clamitabant, idqve aliquanto audacius, quia ne illos quidem pœnas dedisse videbant, quos rex deditos ab Agrippa acceperat. erat enim, si quis alius, erga suos inexorabilis, ab alienis vero acceptas injurias libenter contemnebat ac remittebat. Cum igitur de vi & rapinis ejus, violatisqve ac dirutis templis quererentur, Herodes quidem nihil territus, paratus erat causam suam dicere: Cæsar vero comiter illum tractabat, nihilo alienatior propter tumultuantem multitudinem. & prima quidem die, qua congressi sunt, facta est horum mentio, deinde vero interruptum est hoc negotium. Gadarenses enim videntes, quorsum Cæsar & amici ejus tenderent, & certis conjecturis timentes, ne dederentur Herodi, sequenti nocte alii se jugulaverunt, alii præcipitaverunt tormentorum metu: quidam etiam in flumen se jacientes necaverunt: atqve ita cum seipsi prædamnare viderentur, sine mora Cæsar Herodem absolvit. accessit huic & alia non mediocris felicitas. Zenodorus enim, præcordiis ruptis, sanguine multo per secessum profluente, apud Antiochiam

κακουργημάτων σκωλύοντο, καπηλήλων ἰῶ ὁ
ληστείας τρόπων, ὡς μηδὲν ἀνομίας ἐν ἐκείνῳ λελῆφ
λαβὼν ὁ τῷ χάριν ἡρώδης ὧδε καίσαρ,
παρελθὼν εἰς τὴν χώραν, ὁδηγῶν ἐμπειρίαν, τ
πονηρευομένους αὐτῶν κατέπαυσε, καὶ τοῖς περὶ αὐ
τὸ εἰρηνικὸν παρέσχεν. ὁ δὲ ζηνόδωρος ἀχθόμενος π
τὸν μὲν ὅλον τῆς ἐπαρχίας ἀφαιρέσει, μᾶλλον δὲ κ
φθόνῳ τῷ ἀρχικῷ ἡρώδου μετειληφότος, ἀνήλ
εἰς ῥώμην κατηγορήσων αὐτοῦ. κἀκεῖνος μὲν ἀπε
κτος ἀναστρέφει. πέμπεται δὲ ἀγρίππας τῶν πε
ἰονίᾳ διαδοχος καίσαρι. ἐν τούτῳ δὴ μιτυλήνῃ χ
μάζοντι συντυχὼν ἡρώδης, ἐῶ γὰρ εἰς τὰ μάλιστα φί
λος καὶ σωτήρ, εἰς τὴν ἰουδαίαν πάλιν ἀναστρέφει.
γαδαρέων δέ τινες ἐπ' ἀγρίππαν ἦλθον κατηγοροῦν
τες ἡρώδου, καὶ τούτους ἐκεῖνος οὐδὲ λόγου αὐτοῖς δοὺς,
ἀναπέμπει τῷ βασιλεῖ δεσμίους. οἵτε ἄραβες καὶ πάλαι
δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν ἡρώδου διεκε-
κίνουντο, ἐπασάζειν ἐπεχείρουν αὐτῷ τὰ πράγματα
τότε, καὶ μετ' αἰτίας ὡς εὐλογοπερῆς. ὁ γὰρ ζηνό-
δωρος ἀπογνώσκων ἤδη τὸ καθ' αὑτὸν, ἐφῆπτο τῆς ἐπ
αρχίας μέρος τῇ τὴν αὐρανίτην αὐτοῖς ἀποδόσθαι πα
λάντων πεντήκοντα. ταύτης ἐμπεριεχομένης τῇ δωρεᾷ
καίσαρος ὡς μὴ δικαίως ἀφαιρεθείη, διημφισβη-
τουν, πολλάκις μὲν τοῖς καταβρόμοις, καὶ τοῖς βιαίοις
θέλουν, ἄλλοτε δὲ καὶ πρὸς δικαιολογίαν ἰόντες. ἀνέπει-
θον δὲ καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν τραπητῶν, οἳ δυσμενεῖς ἦσαν,
ἐλπίζοντες ἀεὶ καὶ πρός τι νεωτερισμὸν ἐνδιδόντες, ᾧ
μάλιστα χαίρουσιν οἱ κακῶς πράττοντες τὸν βίον. ταῦτα
ὁ μακροῦ γινώσκων ἡρώδης, ὅμως οὐκ εἰς τὸ δυσ-
μενὲς, ἀλλ' ἐξ ὑπολογισμοῦ παρηγόρει, τοῖς παραχαῖς
οὐκ ἀξιῶν ἀφορμὰς ἐνδιδόναι. ἤδη δ' αὐτοῦ τῆς βασι-
λείας ιζ παρελθόντος ἔτους, καίσαρ εἰς συρίαν ἀφίκε-
το. καὶ τότε τῶν γαδαρέων κατηγορούντων οἱ πλεῖστοι,
κατέβαινον ἡρώδου, βαρὺ αὐτὸν ἐν τοῖς ὑπάγμασι
καὶ τυραννικὸν εἶναι. ταῦτα δὴ ἀπεπλύνων, μᾶλλον
μὲν ἐγκειμένου καὶ διαβάλλοντος αὐτὸν ζηνοδώρου, ὁ
δὲ ἀρχόντος ἔρκος, ὡς οὐκ ἐγκαταλείψει μὴ πάν-
τα πρόσω ἀφελέσθαι μὲν τῆς ἡρώδου βασιλείας, πρόσ-
θησιν δὲ τῇ διοικήσει τῇ καίσαρος. τούτοις ἀναπει-
σθέντες οἱ γαδαρεῖς οἱ μικρὰν καταβολὴν ἐπιποιοῦντο,
θράσει δὲ μηδὲν τοῦ ἀγρίππα διαδοθέντας ἐν
τιμωρίᾳ γενέσθαι, διαφέντος ἡρώδου καὶ μηδὲν κακὸν
εἰργασμένου. καὶ δή τις ἄλλος ἐδόκει δυσαρέστητος
μὲν ὑπὸ τοῖς οἰκείοις, μεγαλόψυχος δὲ ὑπὸ τοῖς ἀλλο-
τρίοις ἁμαρτάνειν ἀφιέναι. κατηγορουμένων οὖν
nuncians filios post se regnaturos, primum Antipatrum, deinde ex Mariamne natos Alexandrum & Aristobulum. Interim debere omnes se unum respicere, & pro rege habere atqve domino, non obstante senectute, qvæ ad regendum propter longam experientiam magis est idonea, præsertim non deficientibus aliis facultatibus qvibus & subditi in officio continentur, & liberi. milites qvoqve cum suis ducibus, si se unum respiciant, felicem vitam acturos absqve ullis perturbationibus. His peroratis, dimisit concionem, quibusdam recte visus dixisse, qvibusdam secius. injecta enim æmulatione inter filios, res omnino spectare ad aliqvam mutationem videbantur.

CAP. IX.

Herodes qvinqvennale certamen ob absolutam Cæsaream celebrat.

PEr idem tempus perfecta est Cæsarea, decimo anno postqvam ædificari cœpta est, regni vero anno octavo supra vigesimum, Olympiade centesima nonagesima secunda, in ejus dedicatione magna fuit celebritas, & apparatus facti sunt sumptuosissimi. exciti enim sunt ad certamen artifices musici, & athletæ gymnicorum certaminum. ad hæc gladiatorum ac ferarum comparatus magnus numerus, & quicqvid hujus generis in precio est tam Romæ quam apud gentes cæteras. Consecratum est autem hoc qvoqve certamen Cæsari, instaurandum per singula qvinqvennia. Hunc omnem apparatum rex suo sumptu magna ambitione undecunq; curavit convehi, multa in hoc conferente etiam uxore Cæsaris Julia, & mittente permulta pretiosa ex Italia, ut, omnibus computatis, sumptus ad qvingenta talenta accederet. Congregata igitur ingenti multitudine spectaculorum gratia, legationes, quæ a diversis populis mittebantur ob acceptа beneficia, omnes excepit diversoriis & mensis & continuis hilaritatibus, dum hominum frequentia spectaculis se totos dies oblectat, noctu vero conviviis & ostentatione magnificentiæ, cum insigni laude magnanimitatis regiæ. in omnibus enim studebat, ut posteriora qvæqve majorem admirationem sui facerent: feruntqve ipsum sæpe Cæsarem & Agrippam dixisse, quod major quam pro præsenti ditione esset Herodis magnanimitas, qui dignus videretur totius Syriæ atqve Ægypti imperio. Post hanc celebritatem & festos dies aliud oppidum extruxit in campo, qui dicitur Capharsaba, electo ad hoc agro aquoso & plantis idoneo, amne circúfluente ipsum oppidũ, & luco circumdante pulcherrimarum arborum. hanc a suo patre Antipatro denominavit Antipatrida. deinde castellũ matrem suã nomine referens supra Hierichunte condidit, cui Cypron vocabulum imposuit, communito egregie, & instructo amœnis domiciliis. nec fraterni affectus

oblitus, memoriæ illius dedicavit ædificia pulchercima, primum turrim Pharo non minorem in ipsa urbe, in defuncti monumentum Phasaelium vocatam, propugnaculum urbis munitissimum. deinde ejusdem nominis oppidum circa vallem Hierichuntinam condidit, qua itur ad septentrionalia: quo factum est, ut circumqvaqve situs ager, ante a pene desertus, diligentius coleretur ab habitatoribus, Phasaeliticus inde appellatus. Quin & reliqvam ejus beneficentiam enarrare perdifficile fuerit, quanta contulit in urbes tam Syriæ qvam Græciæ, & ubicunqve illum peregrinari contigit. plurimas enim adjuvit, aut extructis publicis operibus, aut sicubi incepta pendebant propter inopiam, pecuniis in absolutionem eorum erogatis. Inter hæc præcipua sunt, quod Rhodiis Pythium templum suo sumptu exædificavit, & ad compingendas naves multa argenti talenta præbuit. Nicopolitanis urbem ad Actium a Cæsare cond tam habitantibus, majorem partem publicorum operum suis perfecit impendiis. Antiochensibus urbem maximam habitantibus, secante mediam ejus longitudinem platea, hanc ipsam utroqve latere ornavit porticibus, & viam ejus subdivalem lapide polito stravit, non tam ad ornamentum urbis qvam ad incolarum commoda. Ludos etiam Olympios non satis respondentes suæ celebritati propter inopiam, adjuvit, attributis annuis reditibus, quo splendidius & sacrificia fierent, & alia, quæ ad decorandum tam freqventem conventum pertinent: pro qua munificentia perpetuus agonotheta declaratus est. Hic alius quispiam miretur in uno homine tantum diversitatem ingenii. Si enim spectemus ejus liberalitatem ac beneficentiam, qua erga omnes usus est, non possumus non dicere eum natura beneficentissimum: e diverso, si injurias ejus & sævitiam in subditos etiam conjunctissimos consideremus, fateri cogemur hominem fuisse durum, inexorabilem, & ab omni alienum modestia. atq; ita pugnantes inter se voluntates habuisse videbitur. Ego vero aliter credo, & utruinqve ab una causa profectum existimo. Eo enim, qvod honoris esset cupidissimus, & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiam, sicubi spes esset aut in præsens laudis, aut in posterum memoriæ: qvare qvod esset supra facultates sumptuosus, cogebatur molestus esse subditis. nam cum in alios erogaret plurimum pecuniæ, necesse erat eam aliqvando male qværere. Deinde sciens se ob eas injurias invisum subjectis, eas offensas lenire, videbat difficile, neq; enim poterat, nisi vellet reditus minuere. itaq; abutebatur suorum odio in suum commodum. nam si quis illorum non per omnia servitutem toleraret, aut videretur velle dominationē ejus excutere, in tales impotenter sæviebat, non aliter qvam in hostes, nullo cognatorum aut amicorū discrimine, qvod

μνημεῖα. Διὰ τῶν γεγυμνωμένων πρὸς αὐτὸν φιλοτιμίαν ἀνετίθει τὰ καλλίστα, πύργον ἐπ' αὐτῆς τῆς πόλεως ἀναξήρους, οὐδὲν ἐλάττω δ' ἢ τὸν Φάρον, ὃν προσηγόρευσεν Φασαήλιον, ἀσφάλειάν τε τῇ πόλει μέγιστα, καὶ μνήμης τοῦ τετελευτηκότος Διὰ τῶν προσηγορίων. ἐμώνυμον δ' αὖτῳ, καὶ πόλιν πρὸς τῷ αὐλῶνι τῆς ἱερεμχουντίνης ἔκτισεν, ἀπόντων ἢ βορέαν ἄνεμον, ὃ δὴ τῶν περὶ χώραν ἔμηρον ἅπασιν ἐνεργετεῖν ἐπιφέρει τοὺς ἐπιμελείας τ' οἰκητόρων, Φασαηλίδα, καὶ τοὐπὶ σκάλα. τὰς δ' ἄλλας εὐεργεσίας ἄπορον εἰπεῖν, ὅσας ἀπέδωκεν τοῖς πόλεσιν, ἔντε συμφορᾶς, καὶ ἢ τὴν ἑλλάδα, καὶ παρ' οἷς ποτ' ἂν ἀποδημήσας τύχοι. καὶ δ' πλείστας λειτουργίας, καὶ δημοσίων ἔργων κατασκευάς, χρήματα τοῖς δεομένοις ἔργοις εἰς ἐπιμέλειαν τ' περιττῶν σκελετοποτῶν, ἄφθονα χαρίσασθαι δοκεῖ. τὰ δὲ μέγιστα, ἐδημοσιώσατο τ' πεπραγμένων αὐτῷ, ῥοδίοις μὲν τὸν πύθιον ἀνέξησεν οἰκείοις ἀναλώμασιν, καὶ παρέσχεν χρημάτων πολλὰ τάλαντα πρὸς ναυπηγίαν. νικοπολίταις δ' τοῖς ἐπ' ἀκτίῳ κτισθεῖσιν ὑπὸ καίσαρος τὰ πλεῖστα τ' δημοσίων συγκατεσκεύασεν. ἀντιοχεῦσι δ' τῆς ἐν συρίᾳ, μεγίστῃ πόλιν οἰκοῦσιν, διὰ μέσης τέμνει πλατεῖα, ταύτῃ αὐτῇ στοὰς παρ' ἑκάτερα, καὶ λίθῳ τὴν ὑπαίθριον ὁδὸν ξέσας καταστρέσας, πλεῖστον εἰς κόσμον, καὶ τῷ τ' οἰκούντων εὐχρηστίαν ὠφέλησεν. τὸν δὲ μεμὶ ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, πολὺ τῆς προσηγορίας ἀδοξότερον ὑπὸ ἀπορίας διαπεσόντα, ἐπιώπησεν ἐπιδιδοὺς, χρημάτων προσόδοις καλαῖς, καὶ πρὸς θυσίας, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον ἐκπεμπομένοις τῇ πανηγύρει. Διὰ δὴ ταύτην τὴν φιλοτιμίαν διὰ παντὸς ἀγωνοθέτης ἐπ' αὐτῷ τοῖς πλείστοις ἀνεγράφη. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις, ἐπέρχεται θαυμάζειν τὸ δοκοῦν τῆς ὑπὸ τῆ φύσῃ προαιρέσεως. ὅταν μὲν γὰρ εἰς τὰς φιλοτιμίας, καὶ τὰς εὐεργεσίας ἀποβλέψῃ, ἃς ἐκέχρητο πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἄν τις αὐτὸν καὶ τ' ἐλαττον τελεμνήστων ἡγήσῃ μὴ σωφρονεῖν εὐεργετικώτατη κεχρῆσθαι τῇ φύσῃ. ὅταν δ' εἰς τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἀδικίας, ἃς εἰς τοὺς ἐρχομένους, καὶ τοὺς οἰκειοτάτους ἐπεδείξατο βλέψῃ, καὶ καταμάθῃ τὸ σκληρὸν καὶ τὸ δυσπαραίτητον δ' τρόπου, νικηθήσεται δημοῤῥοῆσαι δοκεῖν, καὶ πάσης μετριότητος ἀλλοτριον. ἔνεστι καὶ διάφορον τινα καὶ μαχόμενον ἐπ' αὐτῷ νομίζειν δεῖν τῇ προαιρέσει. ἐγὼ δ' ἔχ ἕτως ἔχειν, μίαν αἰτίαν ἀμφοτέρων τούτων λαμβάνω. φιλότιμος γὰρ ὢν, καὶ τοιοῦτος πάσης ἡμῶν ἰσχυρῶς, πρὸς μεγαλοψυχίαν, εἴπερ μνήμης εἰς αὖθις ἢ τὸ παρὸν εὐφημίας ἐλπὶς ἐμπέσοι. τῆς δ' δαπάνας ὑπὲρ δυνάμιν ἀφόρου. διὰ γὰρ ἀνάγκης ἐπὶ χαλεπὸν ἐνεγκεῖν τοὺς ὑποτεταγμένους τὰ γὰρ ἐς ἃς ἐδαπάνα πολλὰ μισθώματα, κακὸν πρεσβὺ ἐξ ὧν ἐλάμβανε ἐπῆν. ὁ σωφρονῶν ἐφ' οἷς ἠδίκει τοὺς ὑποτεταγμένους μισεῖν ἑαυτὸν, τὸ μὲν ἐπανορθοῦν τὰς ἁμαρτίας οὐ ῥᾴδιον ὑπολαμβάνων. οὐδὲ γὰρ εἰς τοὺς προσόδους λυσιτελεῖ διὰ φιλονεικίαν δ' τὴν δύσνοιαν αὐτῷ ἐνεργείας ἀφορμὴν πισύνῃ. ὡς μὲν οὖν τὰς οἰκείας εἴ τις λογῷ μὴ θεραπεύοιτο δοῦλον ἑξομολογούμενος, ἢ δέξειν εἰς τὴν ἀρχὴν πεφαγμένων, ὀχικανὲς ἑαυτῷ κρατεῖν ἐγίνετο, καὶ διεξῆλθον ὁμοῦ συγγενεῖς, καὶ φίλους, ὡσαπλε-

πολεμίους τιμωρέμενον, ἐκ δὲ μόνον ἑαυτὸν τιμᾶν ἐπιτρέπων τοῖς πολίταις ἁμαρτίας ἀναλαμβάνων. μαρτύρομαι δέ μοι τοῦτο δὴ πάντας ὅτι μέγιστον ὤφελε αὐτὸν εἶναι, καὶ τὰ γενόμενα καὶ τὰς κρίσεις καὶ ἀγωνίσματα καὶ τὰ ἄλλων φίλων τιμᾶς. οἷς γὰρ ἐπεράπτυεν τοὺς κρείττονας, τούτοις καὶ αὐτὸς ἤθελε γενέσθαι, καὶ τὸ κάλλιστον ὧν ὤετο παρέχειν, τὴν ἐμοῦ ἐπιθυμίαν ἐδήλου. τοῦτο μὲν οὖν Ἰουδαίων ἔθνος ἥλιστα τοῖς νόμοις ὡς πάντα τὰ τοιαῦτα, καὶ συνήθισεν τὸ δίκαιον αὐτὸ ἑαυτοῖς δόξαι ἠσκηκέναι, διόπερ οὐκ ἐᾷ αὐτὸ κεχαρισμένον, ὅτι μὴ δυνατὸν εἰκόσιν, ἢ ναοῖς, ἢ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, κολακεύειν τὴν βασιλέως τὸ φιλότιμον. αὐτὰ μὲν αὐτὴ μοι δοκεῖ τὴν ἡδονὴν ὡς μὲν τοὺς οἰκείους, καὶ συμβόλους ἁμαρτίας, ὡς εἰ τοὺς ἔξω, καὶ μὴ ὡσαύτως εὐεργεσίας.

A solus vellet honorari ab omnibus. Qvam autem honoris cupidus fuerit, colligere licet ex his ipsis honoribus, qvos ille Cæsari & Agrippæ cæterisqve ejus amicis exhibuit. volebat enim exemplo esse suis, ut qvemadmodum ipse præstantiores coleret; sic etiam coleretur ab omnibus, & hoc pacto satis declarabat cujus rei natura esset appetentissimus. Sed Judæis per leges patrias non licet hoc modo potentiores colere, qvos necesse est majorem rationem justi & æqui habere qvam officiorum talium: quibus satis incommodum erat, qvod non possent statuis & templis demereri regis gratiam, & similibus adulationibus explere insanam cupiditatem glorioſi hominis. Atqve hæc mihi causa videtur, cur Herodes erga familiares & consiliorum participes iniqvior, erga exteros & alienos tanto beneficentior fuerit.

B

C

Κεφάλαιον ί.
Πρεσβεία τῶν ἀπὸ κυρήνης καὶ ἀσίας ἰουδαίων πρὸς καίσαρα.

CAP. X.
Judæorum Cyrenensium & Asiaticorum ad Cæsarem legatio.

Τοὺς δὲ κατὰ τὴν ἀσίαν ἰουδαίους, ἐπὶ ὅσους ἡ πρὸς κυρήνῃ λύπη κατέσχεν σκληρῶς αἱ πόλεις, τὸ μὲν πρότερον βασιλέων ἰσονομίαν αὐτοῖς παρεχημένων, ἐν ᾗ τῷ τότε δι' ἐπηρείας ἐχόντων τῶν ἑλλήνων αὐτούς, ὡς καὶ χρημάτων ἀφαίρεσιν πολλὴν καὶ καταβλάπτειν ἐν τοῖς ἀπὸ μέρους. πάσχοντες δὲ κακῶς, καὶ πέρας οὐδὲν εὑρίσκοντες τῶν ἑλλήνων ἀπανθρωπίας, ἐπρεσβεύσαντο πρὸς καίσαρα, καὶ περὶ τούτων. ὁ δ' αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ἰσοπολιτείαν ἔδωκεν, γράψας τοῖς κατὰ τὰς ἐπαρχίας, ὧν ὑπετάξαμεν τὰ ἀντίγραφα μαρτυρίαν τῆς διαθέσεως ἣν ἔχων ὑπὲρ ἡμῶν ἄνωθεν οἱ πρόγονοι. Καῖσαρ σεβαστὸς ἀρχιερεὺς, δημαρχικῆς ἐξουσίας λέγει. ἐπειδὴ τὸ ἔθνος τῶν ἰουδαίων εὐχάριστον εὑρέθη, οὐ μόνον ἐν τῷ ἐνεστῶτι καιρῷ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, καὶ μάλιστα ὅτι ἐμοῦ πατρὸς αὐτοκράτορος καίσαρος θεοῦ τὸν δῆμον τῶν ῥωμαίων, ὅτε ἀρχιερεὺς αὐτῶν ὑρκανὸς, ἔδοξέ μοι καὶ τῇ ἐμῇ συμβουλίᾳ μὴ ἀρχαιοπρεπῆ γνώμην δημοῦ ῥωμαίων, τοὺς ἰουδαίους χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις θεσμοῖς καὶ τῶν πατρώων αὐτῶν νόμων, καθὼς ἐφύλαττον ἐπὶ ὑρκανοῦ ἀρχιερέως θεοῦ ὑψίστου, πέμπειρα εἶναι εἰς ἱερόσολυμα, καὶ ἀναπέμπεσθαι εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ ἀποδίδοσθαι αὐτὰ τοῖς ἀποδοχεύσιν ἱεροσολύμων, ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς εἰς σάββατον, ἢ τῇ πρὸ παύτης παρασκευῇ, ἀπὸ ὥρας ἐνάτης. ἐάν τις φωραθῇ κλέπτων τὰς ἱερὰς βίβλους, ἢ τὰ ἱερὰ χρήματα, ἐκτὸς σαββατείου, ἐκτὸς ἀνδρῶν εἶναι αὐτῶν ἱεροσύλων, καὶ τὸν βίον αὐτοῦ ἐνεχθῆναι εἰς τὸ δημόσιον τῶν ῥωμαίων. τοῦτο ψήφισμα τὸ δοθέν μοι παρ' αὐτῶν, κατὰ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, ἧς ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ κατὰ γαΐου μαρκίου κήνσωρίνου, καὶ ὅτι τὸ διάγραμμα, κελεύω ἀναθεθῆναι ἐν ἐπισημοτάτῳ τόπῳ ἵνα γνῶσι μοι καὶ ὅσοι τῆς ἀσίας ἐν ἀργύρῳ. ἐὰν δέ τις ᾠδήν τι τῶν προειρημένων, δώσει δίκην ἐν μετρίᾳ. ἐπελογράφηθη ἐν τῷ καίσαρος ναῷ. Καῖσαρ πορβανὸς φλάκκῳ χαίρειν. ἰουδαίοι ὅσοι κατ' οἰκίαν εἰσὶν οἱ ἀρχαίαν συνήθειαν εἰσφέροντες χρήματά τε ἱερὰ φέροντες, ἀναπέμπειν εἰς ἱεροσόλυμα, ἀκωλύτως δὲ ταῦτα ποιεῖσθαι. καὶ ταῦτα καίσαρ. ἀγρίππας δὲ ἐν αὐτοῖς ἔγραψεν ταῖς τῶν ἰουδαίων τὸν τρόπον τοῦτον. Ἀγρίππας

Asiatici autem & Cyrenenses Judæi multum affligebantur ab earum regionum civitatibus, qui cum a priscis regibus accepissent jus civitatis ex æqvo cum cæteris, tunc multas injurias a Græcis patiebantur, qvasi exportarent pecunias, & essent noxii reliqvis civibus. Cumqve Græci nec finem nec modum injuriarum facerent, coacti sunt per legatos de eis apud Cæsarem conqveri. is rescripsit ad provincias, placere, ut Judæis servetur æqvale jus cum aliis. cujus rescripti exemplar subjicimus, qvo testatius fiat, qvomodo erga nos affecti fuerint imperatores veteres: Cæsar Aug. Pont. Max. Trib. potestatis ita censet: Qvoniam Judæorum gens semper fida & grata fuit pop. Rom. non nunc tantum, sed superiori etiam tempore, præcipue patri meo Imp. Cæsari, sub Hyrcano pontifice: placet mihi de communi jurati senatus sententia, Judæos uti propriis ritibus ac legibus, sicut utebantur tempore Hyrcani Pont. Dei Max. & fanis eorum jus asyli manere: licereqve eis votivam pecuniam per certos homines mittere Hierosolyma: neq; cogi ad præstanda vadimonia sabbatis, aut pridie sabbatorum post horam nonam in parasceve. Qvod si qvis deprehendatur furari sacros libros, aut sacram pecuniam ex locis eorum religiosis, hunc teneri sacrilegii, & bona ejus addici ærario Rom. pop. Suggestionem etiam eorum oblatam mihi per C. Martium Censorinum, pro ea pietate, qva omnes homines complector, jubeo cum hoc decreto dedicari in illustri loco, qvem universa Asia meo nomini consecravit apud Argyram, qvod si qvis contra decretum ausus fuerit, non mediocri pœna mulctabitur. Inscriptũ est columnæ in templo Cæsaris: Cæsar Norbano Flacco S. Judæis ubicunq; gentiũ degentibus sacram pecuniam ex veteri instituto Hierosolyma mittere, nemine prohibente, liceat. Hæc Cæsar. Agrippa qvoq; pro Judæis scripsit in hunc modum: Agrip-

pa Ephesiorum magistratibus senatui & pop. S. A Pecuniæ sacræ, quæ Hierosolyma mitti solet more patrio, procurationem ac tutelam penes Judæos esse volo in Asia: & si qvis sacram Judæorum pecuniam furatus ad asyla confugerit, eum inde abstractum dedi ad pœnam Judæis, quo jure abstrahuntur sacrilegi. Syllano etiam magistratui scripsit, ne Judæi sabbatis cogantur ad præstanda vadimonia: M. Agrippa Cyrenæorum magi- B stratibus & senatui S. Judæi Cyrenenses, pro quibus jam Augustus scripsit Flavio Libyæ præsidi, aliisqve ejus provinciæ magistratibus; non esse vetandos mittere ex more sacram pecuniam Hierosolyma: conqvesti sunt nunc apud me, vexari se improborum quorundam sycophantiis, & vetari hoc facere prætextu qvorundam tributorum, quæ tamen non debentur. Hos ego suo juri suisq; moribus relinqui jubeo. & si qua in ur- C be pecunia sacra intercepta est, eam per delectos ad hoc idoneos Judæis restitui. C. Norbanus Flaccus Procos. Sardinorum magistratibus Sal. Cæsar mihi scripsit, jubere se neminem Judæorum vetari juxta patrium morem collectas pecunias Hierosolyma mittere. quare ego quoque vobis scribo de hac re, ne vos lateat tam mea voluntas quam Cæsaris. Nec aliter Jul. Antonius D Procos. rescripsit. Ephesiorum magistratibus senatui ac pop. S. Asiam habitantes Judæi Febr. Idib. reddenti mihi jus apud Ephesum indicaverunt, Cæsarem Aug. & Agrippam concessisse sibi uti patriis legibus & moribus, primitiasqve suo quemque arbitratu pietatis ergo conferre, deportandas absqve impedimento ad templum Dei maximi: rogaveruntqve, ut ab illis concessa E meo consensu rata habeam. Quare scire vos volo, me quoque juxta Cæsaris & Agrippæ decreta permittere, ut, quicquid volunt, juxta patrium morem, nemine prohibente, faciant. Hæc decreta in hoc apposuimus, ut, quoniam scripta nostra in Græcorum manus perventura sunt, ostenderē eis, jam inde majorum ætate hunc honorem nobis habitum, ne prohiberemur per potestates F publicas uti patriis moribus, imo illorum consensu, religione concessa Deum coleremus. qvæ quidem eo crebrius inculco, ut flectam gentes exteras, & odium nostri, cujus nullam rationem habent idoneam, eorum animis eximam. nam, moribus nulla gens eisdem utitur perpetuo, sed oppidatim fere in his fit mutatio. Justitia vero omnibus hominibus ex æqvo competit, res utilissima tam Græcis qvam barbaris, cujus maxima G in nostris legibus habetur ratio, nosq; omnibus, modo eas inviolatas servemus, caros ac amicos potest reddere. qvamobrem rogatos omnes volumus, ut non tam nos ob diversum vitæ genus horreant, qvam complectantur ob virtutis studia. Hæc enim communis est omnibus, & sine hac non potest humana vita consistere. nunc ad historiæ contextum redeo.

πας ἐφεσίων ἀρχουσιν, βουλῇ, δήμῳ, χαίρειν. τὰ εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν ἱεροσολύμοις ἀναφερόμενα ἱερὰ χρήματα, τῷ ἐπιμέλεσθαι, καὶ φυλακῇ, βούλομαι τοὺς ἐν ἀσίᾳ ἰουδαίους πιστεύεσθαι καὶ τὰ πάτρια. τοὺς τε κλέπτοντας ἱερὰ χρήματα τῶν ἰουδαίων καταφεύγοντας εἰς τὰ ἀσυλίας βούλομαι ἐκπορεύεσθαι, καὶ ὡδοδιδόσθαι τοῖς ἰουδαίοις, ὧν δικαίως ἐκποροῦσιν οἱ ἱερόσυλοι. ἐγραψεν καὶ σιλανῷ τὸ στρατηγῷ, ἵνα σάββασιν μηδεὶς ἀναγκάζῃ ἰουδαῖον, ἐγγυας ὁμολογεῖν. Μάρκος ἀγρίππας κυρηναίων ἄρχουσιν, βουλῇ, χαίρειν. οἱ ἐν κυρήνῃ ἰουδαῖοι οἵτινες καὶ πρότερον ἤδη ὁ σεβαστὸς ἔπεμψεν εἰς τὴν λιβύην στρατηγὸν τότε ὄντα φλάβιον, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους τοὺς τὰ ἐπαρχίας διοικοῦντας ἵνα ἀνεμποδίστως ἀναπέμπωσι τὰ ἱερὰ χρήματα εἰς ἱεροσόλυμα, ὡς ἐστιν αὐτοῖς πάτριον, ἐνέτυχον μοι νεανίαι τινὲς συκοφαντῶν ἐπηρεάζοντες, καὶ ὡς ἐν παραφάσει τινῶν μὴ ὀφειλομένων κωλύοιντο. οἷς ἀποκαθιστάμενος καὶ μηδένα τρόπον ἐνοχλεῖσθαι, καὶ ἔτινων ἱερὰ χρήματα ἀφῃρέσθαι τὰ πόλεων τοὺς εἰς ταῦτα ἀποκεκριμένους, καὶ ταῦτα διορθώσασθαι τοῖς ἐκεῖ ἰουδαίοις κελεύω. Γάιος νορβανὸς φλάκκος ἀντύπατος ταμίαις ἀρχουσιν χαίρειν. καθὼς μοὶ ἔγραψεν κελεύων μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἰουδαίους, ὅσοι ἂν ὦσιν καὶ τὸ πάτριον αὐτῶν ἔθος συναγαγόντες χρήματα, ἀναπέμπειν εἰς ἱεροσόλυμα. ἔγραψα οὖν ὑμῖν ἵν' εἰδῆτε ὅτι κἀγὼ καθὼς βούλομαι γίνεσθαι. ἀδὲν ἧττον καὶ ἰούλιος ἀντώνιος ἀντύπατος ἔγραψεν. ἐφεσίων ἄρχουσιν, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. οἱ ἐν τῇ ἀσίᾳ κατοικοῦντες ἰουδαῖοι ἰδίοις φερεσαίοις δικαίοις τινὲς μοι ἐν ἐφέσῳ ἐπέδειξαν καὶ σοὶ τὸν σεβαστὸν καὶ ἀγρίππαν συγκεχωρηκέναι αὐτοῖς χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις νόμοις καὶ ἔθεσιν, ἀπαρχάς τε ἃς ἕκαστοι αὐτῶν ἐκ τῆς ἰδίας προαιρέσεως εὐσεβείας ἕνεκα τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀναπομπῆς συμπορεύομένους, πεῖσαι ἀνεμποδίστως. ἤτω τε ὅπως καὶ ἐγὼ ὁμοίως τοῖς ὑπὸ σεβαστοῦ καὶ ἀγρίππα δοθεῖσιν τῷ ἐμῷ γνώμῃ βεβαιώσω. ὑμᾶς οὖν βούλομαι, εἰδέναι ἐν τοῖς σεβαστοῦ καὶ ἀγρίππα βουλήμασιν, συνεπιτρέπειν αὐτοὺς χρῆσθαι καὶ πεῖσιν καὶ τοῖς πάτρια χωρὶς ἐμποδισμοῦ. ταῦτα μὲν οὖν παρεθέμην ἐξ ἀνάγκης, ἐπειδὴ μέλλουσιν αἱ ἡμέτερων πράξεων ἀναγράφειν τὸ πλέον εἰς τὰς ἑλλήνας ἰέναι, δεικνύς αὐτοῖς ὅτι πάσης τιμῆς ἄνωθεν ἐπιτυγχάνοντες, οὐδὲν τῶν πατρίων ἐκωλύθημεν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων πράττειν, ἀλλὰ καὶ συνεργοὺς μαθημάτων τῆς θρησκείας ἔχοντες καὶ τῶν εἰς τὸν θεὸν τιμῶν, πεισθημεν πολλάκις αὐτῶν τῷ μνήμῃ ἐπιφανεστάτῳ τὰ ψυχὴν καὶ τὰς ἐμπεφυκυίας ἀλογίσους ἡμῶν τε κἀκείνοις μίσους αἰτίας ἐκτεμόμενοι. ἔστιν μὲν γὰρ οὐδὲν ἐπιχώριον, ὃ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ χρῆται καὶ πόλεις, οὐδ' ὅπου πολλῆς ἐγχωριότητος τῆς διαφορᾶς. τὸ δίκαιον δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐπιτηδεύει λυσιτελέστατον, ὃν ἕλληνές τε καὶ βαρβάροις οὗ τολεῖσιν οἱ παρ' ἡμῖν νόμοι λόγον ἔχοντες ἅπασιν ἡμᾶς εἰ καθαρῶς ἐμμένοιμεν αὐτοῖς, εὐνοεῖς καὶ φίλους ἀπεργάζονται. διὸ καὶ ταῦτα παρ' ἐκείνων ἡμῖν ἀπαιτητέον, καὶ δέον οὐκ ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν ἐπιτηδευμάτων οἰεσθαι τὸ ἀλλότριον, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸς καλοκἀγαθίαν ἐπιτηδείως ἔχειν. ἔστι γὰρ κοινὸν ἅπασιν, καὶ μόνον ἱκανὸν διασώζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων βίον. ἐπανίημι δὲ ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας.

Κεφά-

Κεφάλαιον ιά.

Ως ὄσπρων χρημάτων ἡρώδης κατῆλθεν εἰς τὸν δαβίδου τάφον.

CAP. XI.

Herodes opus habens pecuniæ ſepulcrum Davidis ſubiit.

Ὁ γὰρ ἡρώδης πολλοῖς τοῖς ἀναλώμασιν, εἴς τε τὰς ἐξω, καὶ τὰς ἐν τῇ βασιλείᾳ χρώμενος, ἀκηκοὼς ἐπ' ἔτους ὡς ὑρκανὸς ὁ πρὸ αὐτοῦ βασιλεὺς, ἀνοίξας τὸ δαβίδου τάφον δεσμοῦ λάβοι, τεσσαράκοντα μυριάδα, χειμῶνι πολὺ τοῦ εἰκότος ἰσχυρῷ καὶ ἐπὶ δυναμένοις εἰς ἅπαν ἐπαρκέσαι τοῖς χορηγίαις, ἐκπλήσσεσθαι μὲν ἐποίας εἶχεν τοῦ ἐπιχειρήσειν. ἐν ᾧ τοῦ τότε νυκτὸς ἀνοίξας τὸν τάφον, εἰσέρχεται πρᾶγματος ἀσήμου ἥκιστα μὲν ἐν τῇ πόλει φανερῶς εἶναι, παρειληφὼς ὅμως τοὺς πιστοτάτους τῶν φίλων. ἀποθέσιμα μὲν οὖν χρήματα καθάπερ ὑρκανὸς, οὐχ εὗρεν, κόσμον δὲ χρυσοῦ, καὶ κειμηλίων πολλῶν, ὧν ἀνείλατο πάντα. πλοῦτον δ' οὐκ ἔσχεν, ἀλλὰ μελετήσας μὲν τοῦ ἔρευναν, ἐνδοτέρω τε χωρεῖν, καὶ τῆς θήκας, ἐν αἷς λέγεται δαβίδ, καὶ σολομῶν τὰ σώματα. καὶ δύο μὲν αὐτοῦ τῶν δορυφόρων διεφθάρησαν, φλογὸς ἔνδοθεν ἐκπεσούσης ἀπροσδοκήτως ὡς ἐλέγετο. φόβος δ' αὐτὸν ἔχει, καὶ δέος ἱλαστήριον μὴ μᾶλλον τῆς πέρας ἀπὸ τοῦ τόπου κατεσκεύασατο πολυτελὲς τῇ δαπάνῃ. τοῦτο καὶ νικόλαος ὁ κατ' αὐτὸν ἱστοριογράφος μέμνηται καὶ σκιάσματος, οὐ μὴν ἐπικατῆλθεν, οὐκ εὐπρεπῆ τοῦ πρᾶξιν ἀπειρήκοτος. διατελεῖ δὲ καὶ τἄλλα τὸν τρόπον χρώμενος τῇ χαρᾷ. ζῶντι γὰρ ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ οἷον αὐτῷ κεχαρισμένως ἐκείνῳ, καθ' ὑπηρεσίαν ἀνέγραφεν, μέσα ἁπλοῦν τοῦ τοῖς εὐκλειαν αὐτῷ φερόντων. πολλὰ δὲ τοῦτ ἐμφανῶς ἀδίκων ἀντικαλασκεύαζων, καὶ μὴ πάσης ἀγαθῆς ἀπικρυπτόμενος, ὅς γε καὶ τὸν μαριάμμης γάμον, καὶ τοῦ παίδων αὐτῆς ὡμῶς τῷ βασιλεῖ πεπραγμένον, εἰς εὐπρέπειαν ἀναλαμβάνομεν, ἐκείνης τε ἀσελγείαν, καὶ τῶν νεανίσκων ἀπόνοιαν κατασκευάζων. καὶ διατέλεκεν τῇ γραφῇ, τὰ μὲν πεπραγμένα δικαίως τῷ βασιλεῖ, ὑστερότερον ἐγκωμιάζων, ἀτὰρ ἢ τῶν ὠφελημένων ἐπισκιάσμενος ἀπολογούμενος. ἐκείνῳ μὲν οὖν, πολλοῦ ἄν τις ὡς ἔφην ἔχοι τοῦ συγγνώμην. ἀνίσειαν τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ συνεργίαν τῷ βασιλεῖ πάντων ἐπιστεῖτε. ἡμεῖς δὲ καὶ γένους ὄντες ἀγχοῦ θ' ἑξ ἀσαμωναίων βασιλέων, καὶ διὸ καὶ τιμῇ τοῦ ἱερωσύνῃ ἔχοντες, τὸ ψεύσασθαί τι ὑπὲρ αὐτῶν εὐπρεπὲς ἀσφαλῆ φόβος, καθαρῶς καὶ δικαίως ἐκτίθεμεν τὰς πράξεις, πολλὰς μὲν τῶν ἐγγόνων τὸ ἐκείνου βασιλεύοντας ἐπιδιόρθωσιν ἔχοντες, τοῦ δ' ἀληθείαν τῶν ἐκείνων τεθνηκότες, ἵνα ὅτε δικαίως ἐγκεκωμίωται τε παρ' αὐτῆς ἐκείνοις ὀργῆς τυγχάνειν. ἡρώδης δὲ διὰ τοῦ ἐπιχείρησιν ἵνα ἐποιήσατο τοῦ τάφου, χεῖρον ἐδόκει πράττειν ἐν τῆς καὶ τοῦ οἰκίαν, εἴτε δὴ μήνιμα τοῦ ἐπιδόντος εἰς ἀμάλιαν, καὶ τῶν ἑτέρου ἐκείνῳ, πολλῶν γένεσθαι τῶν ἀνηκέστων ἐξελθεῖν συμφοράς, εἴτε καὶ τὸ τύχης ἐν ἐκείνοις τὸ ἐπίδειξιν ποιουμένης, ἐν εἴς τι καὶ τοῦ αἰτίαν εὐημερὸν οὐ μικρὰν πίστιν παρέσχε δὲ διὰ τοῦ ἀσέβειαν αὐτῷ τὰς συμφορὰς ἀπλωτηκέναι. ἔστις γὰρ ἦν ὥσπερ ἐμφυλίου πολέμου καὶ τοῦ αὐλοῦ, καὶ μίσει τῶν ἀλλήλους ἀνυπερβάλλοντες τῶν διαβολῶν. ἐστρατηγὰ δ' ἀεὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν ἀντιπάτρος, δεινὸς ὢν, ἔξωθεν μὲν, ὑποκαλλεῖν αὐτοὺς ταῖς αἰτίαις, αὐτὸς δὲ πολλάκις ἀπολογουμένου ὑπὸν λαμβάνων, ἵν' ἢ τὸ δοκοῦν εὔνουν πίστιν αὐτῷ τῶν τὰς ἐπιχειρήσεις ὧν ἐδόκει. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ποικίλως ἐκπεριελήλυθεν τὸν πατέρα μὲν ὑπὲρ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἅπαντα πράττειν αὐτὸς πεπεισμένος. ὁ δὲ

HErodes multum pecuniarum domi forisq; profundens, audito, qvod Hyrcanus, qvi ante eum regnavit, recluſo Davidis ſepulcro tria millia talentorum argenti extuliſſet, ſupereſſeq; multo plura, qvæ poſſint qvantumvis magnis ſumptibus ſufficere, multo tempore animum habuit idem aggredi. Tunc vero noctu apertum ſepulcrum ingreditur, cum prius accurate cáviſſet, ne hoc reſciret populus, aſſumptis tantum amicorum fidiſſimis. depoſitas tamen pecunias non invenit ſicut Hyrcanus, ſed mundi pretioſi & aureorum ornamentorum vim magnam inde ſuſtulit, his invitatus ad diligentius ſcrutandum, interius proceſſit usqve ad conditoria corporum Solomonis ac Davidis, ubi duos ſatellites amiſit, erumpente (ut fertur) ex adytis flamma contra progreſſos temere. qvo caſu territus exivit, & tactus religione, ad expiandum ſe in aditu ſepulcri monumentum e candido marmore condidit ſumptuoſiſſimis impendiis. ejus operis & Nicolaus illius temporis ſcriptor meminit, ſed non item de deſcenſu regis, præter decorum id factū exiſtimans: idqve more ſuo fecit. Vivi enim regis hæc auribus dedit, captans gratiam, & ea tantum attingens, qvæ ad gloriam illius pertinere viſa ſunt. qvin & multa ejus aperte injuſta facinora aut alia ſpecie affícta fucavit, aut, qvantū potuit, occultare ſtuduit: qvandoqvidem etiam crudelitati in Mariamnen ac filios ſpecioſam cauſam aſtruere conatur: illam impudicitiæ, hos inſidiarum patri paratarum inſimulans: & hoc toto opere facit perpetuo, qvæ recte ac juſte rex geſſit, nimiis extollens laudibus, contraria vero diligenter excuſans. Sed illi ob qvam dixi cauſam, danda venia, non tam ad poſteritatis cognitionē, qvam ad gratificandum ſuo regi ſcribenti. Nos vero qvi & generis propinqvitate Aſamonæos reges contingimus, & ſacerdotii honore fungimur, turpe ducentes mendacium, incorrupte res geſtas exponimus, ſalva reverentia poſterorum regis illius, qvi etiam nunc rerum potiuntur, majorem tamen veritatis rationem habentes cum ipſorum qvoqve venia. Cæterum Herodis domus poſt violatum ſepulcrum cœpit labi in deterius: ſive diris ultricibus in eam partem incumbentibus, qvæ jam ante male habebat: ſive forte fortuna talis calamitas incidit in ea tempora, ut merito videri poſſit impietatis præmium. Diſſidium enim erat in aula bello civili ſimile, & odia mutua concertantia calumniis. Sed inter omnes eminebat Antipatri contra fratres artificioſa machinatio, qui per alios involvens illos falſis criminationibus, ipſe patrocinium eorum ſæpe ſimulabat, ut approbata ſua benevolentia facilius juvenes clam poſſet opprimere: atq; talibus verſutiis circumveniebat patrem, ut putaret hūc ſolū incolumitatis ſuæ curam gerere, qvapropter

etiam Ptolemæum procuratorem ſuum rex Antipatro commendavit, & cum matre ejus omnia communicavit conſilia, adeo ut nihil non horum arbitratu gereret, & infenſum eum redderent his, quos exoſos regi eſſe ipſorum intererat. Mariamnes vero filii rem indies ferebant ægrius, propter nobilitatem indignantes ſuo loco ſe dimoveri ac deterioribus cedere, & tantum non in ordinem redigi. Quin & uxores ipſorum eisdem laborabant paſſionibus; quarum altera Alexandro nupta, Archelai filia, Glaphyra odio mutuo proſeqvebatur Salomen, tum propter mariti amorem, tum quod inſolentius ſe erga filiam ejus gereret. ea nupta erat Ariſtobulo, quam ille ſibi honore æquari ferebat muliebriter. atqve hac altera contentione accedente, ne Pheroras quidem regis frater alienus erat a diſcordia. habebat enim privatam cauſam ſuſpicionis & odii. Inciderat in amorem ancillæ propriæ tam inſanum, ut oblatam ſibi a rege in conjugium filiam faſtidiret, contentus ancillæ complexibus. Id ægerrime tulit Herodes, videns germanum affectum a ſe tot beneficiis, & pene regni ſocium, non reſpondere pietate mutua, & infortunatum ſe fratrem exiſtimans: & cum non valeret Pheroram ad æquiorem mentem reducere, puellam collocavit cum Phaſaeli filio. procedente deinde tempore ratus jam deferbuiſſe fratris cupidines, conqueſtus de repulſa, alterius conditionem ei detulit, quæ Cypros nomine dicta eſt. Tum Ptolemæus Pheroræ conſulit, ne pergat fratrem contemnere, & ab amore turpi reſipiſcat, propter quem ſtultum ſit privare ſe regis amicitia, & in ejus vicem odium ac tranqvillitatis jacturam incurrere. Ille intelligens hoc ſibi utile, quod jam ante calumniis appetitus veniam a rege conſecutus fuerat, mulierem jam filii matrem ex ſe factam ablegat: & regi pollicetur ducturum ſe filiam ejus alteram: condixitqve diem trigeſimum ad celebrandas nuptias, jurejurando interpoſito, nihil ſibi poſthac cum ablegata fore commercii. elapſo autem præfinito tempore, in tantum amori ſuccubuit, ut non ſtaret pollicitis, & rurſum revolveretur ad priſtinam mulieris conſvetudinẽ. Ibi tum Herodes non amplius potuit iram tegere, ſed ſæpe jaciebat voces quasdam, ſigna alienati a fratre animi: nec deerant multi, qui per occaſionem hunc ejus affectum foverent calumniis. Jamq; nec dies abibat, ulla nec hora, quin aliqvid ei novarum turbarum accideret, commiſſis inter ſe neceſſitudinibus quas natura volebat eſſe cariſſimas: Nam & Salome infenſa Mariamnes filiis, ne filiam quidem nuptam Ariſtobulo adoleſcentum alteri ſinebat frui caritate mutua, pelliciens ad effutienda & prodenda ſecreta conjugũ colloqvia: & ſi quid, ut aſſolet, offenſiuncularum incideret, exacerbans multis ſuſpicionibus. qvo factum eſt, ut ſecreta eorum expiſcaretur omnia, & puellæ quoq; juvenem exoſum redderet. illa vero in matris gratiam ſæpe narrabat, quod illi, quoties ſoli eſſent, crebram mentionem Mariamnes facerent, & odioſe de patre loqverentur.

A καὶ πολεμῶνα, ὃς ἦν αὐτῷ διοικητὴς τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων ἀντιπάτρῳ συνίστη, καὶ μετὰ τῆς ἐκείνου μητρὸς ἅπερ τ' ἐπιτηδεύοντων ἐβουλεύετο, καὶ τέλος πάντα, ἦσαν ἅτοι, καὶ πράττειν ὅσα θέλοιεν, καὶ πρὸς δύσνοιαν ἄγειν τὸν βασιλέα τῶν ἔξωθεν οἷς ἐδόκει συμφέρειν. οἱ δ' ἐκ τῆς μαρεάμμης χαλεπώτερον ἀεὶ διετίθεντο, καὶ τὴν ἀτιμίαν τὴν ἀπ' οἰκείας ὄψεως ἔφερον παρεώσμενοι, καὶ τάξιν ἀπιστέρων ἔχοντες. οἵγε μὲν γυναῖκες, ἡ μὲν ἀλεξάνδρῳ συνοικοῦσα θυγάτηρ ἀρχελάου

B γλαφύρα, μισοῦσα ἔσχεν εἰς τὴν σαλώμην, κατὰ τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα ἀξίωσιν, καὶ ἣ πρὸς τὴν ἐκείνης θυγατέρα δοκεῖν ὑπερφανώτερον ἀξιοῦσα. συνῳκεῖτο μὲν γὰρ ἀριστοβούλῳ, τὴν δ' ἰσοτιμίαν αὐτῆς, ἀναξιοπαθοῦσα γλαφύρα. δευτέρας δὲ ταύτης ἐρῶν ἐμπεπλωκὼς, ἀδελφὸς ἦν βασιλέως ἀδελφὸς φερώρας ἔξω παρεχῆς λόγου, ἰδίαν δὲ σπουδὴν σπουδάζων καὶ μίσους ἔσχεν.

C ἐμπεπλώκει μὲν γὰρ εἰς ἔρωτα δεινὸς ἄνθρωπος αὐτῷ γυναικὸς, ἣν ἦγετο δὲ τῆς ἀνθρώπου μεμηνότως ὅτι παῖδον κατ' ἔρωτα, ὡς αὐτῷ καὶ τῆς δ' βασιλέως ἐγκυμονησάσης θυγατρὸς, τὴν μὲν ὑπερφανῆσαι, πρὸς δὲ τὴν δούλην τὸν νοῦν ἔσχεν. ἦχθετο δὲ ἀπιμαθὴς ἡρώδης τῷ πολλὰ μὲν διεργετῆσαι τὸν ἀδελφὸν, δωρεαῖς δὲ καὶ κοινωνὸν ἔχειν τῆς βασιλείας, ἀχάριστον εἰς τὰς ἀμοιβὰς ὁρῶν, καὶ τῷ πρόσωπῳ δυσυχέως ὤφετο. καὶ τὴν μὲν κόρην μὴ τυχὼν φερώρα διηγάγε, παιδὶ φασαήλου δίδωσιν. αὐτὸς δὲ χρόνου διελθόντος οἰκείᾳ ἤδη παρεκμακέναι τὴν ὀργὴν τὴν ἀδελφῷ, πρὸς τὰ πρώτων ἠτιᾶτο, καὶ τὴν δευτέραν ἠξίει λαμβάνειν, κύπρος δὲ ὀνομαζέτο. φερώρα δὲ συμβουλεύει πολεμῶνα ἤδη πάνυ μὲν τῆς εἰς τὸν ἀδελφὸν ἀτιμίας, καταβαλεῖν τὸν ἔρωτα. καὶ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι δούλης ἡττᾶσθαι, ἀποστρέφειν μὲν αὐτὸν τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς βασιλέως, ἄδηλον δὲ κτᾶσθαι νέῳ παρεχῆς καὶ μίσους πρὸς αὐτὸν καθίσασθαι. ταῦτ' ἐκεῖνον εἰδὼς λυσιτελήσοντα, τῷ καὶ πρότερον ἐν ἀφροδίτου γλυκὺς ἦν ἤδη καὶ παῖδα ἐξ αὐτῆς ἔχων, ἀποπέμπει. βασιλεῖ δὲ ὁμολογήσας τὴν δευτέραν αὐτοῦ θυγατέρα, καὶ τριακοστὸν ἡμέραν συνέθετο γάμου, συνεπομνύμενος ὡς οὐδὲν ἔτι κοινώνημα πρὸς τὴν ἀποπεμφθεῖσαν ἔσται. διελθουσῶν δὲ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν, πρὸ τοῦ τὸν ὡμολογημένων, πάλιν δὲ ἀφίστηλεῖν ὅτι τὴν πρώτην. ταῦτα φανερῶς ἤδη τὴν ἡρώδου ἐλύπει, καὶ πρὸς ὀργὴν ἦγε. ἦσαν οὖν λόγοι τινὲς ἀεὶ ὠθιζόμενοι παρ' αὐτῷ, καὶ πολλὰ τὴν ὀργὴν δ' βασιλέως ἀφορμὴν τ' κτ' φερώρᾳ ἀφίστηλῶν ἐποιοῦντο. διέλειπεν δὲ οὐκέτι τις ἡμέρα δι' ὥρας, καθ' ἣν οὐ τρέμειν αὐτῷ συνέβαινεν, ἀλλ' ἀεί τι προσέπιπτεν ἡμῶν ἀγωνισμάτων συγχύων φιλοτίμως εἰς ἀλλήλους πεπιημένων. ὅτο μὲν γὰρ ἡ σαλώμη χαλεπὴ δύσνους ἅπασι τοῖς ἐκ μαρεάμμης, ἀδελφὴ τὴν ἑαυτῆς θυγατέρα συνοικοῦσαν ἀριστοβούλῳ θατέρῳ τ' νεανίσκων τῇ δ' γάμου πρὸς ἐκείνον εὐνοϊκὰ ἔχοντα, λέγειν ἔπι λαλήσαν κατ' ἰδίαν ἀναπεύθεσθαι καὶ μεμνῆσθαι ἑαυτῆς, καὶ τοῖς προσκρούσμασιν, οἷα συμβαίνει, πολλὰς ὑποψίας εἰσέρχουσα. διὼν αὐτὴ μὲν, ἅπαντα τὰ κατ' ἐκείνους ἐμάνθανεν, δύσνους δὲ τῷ παῖδα τοῦ νεανίσκου πεποιήκει. χαριζομένη δὲ ἐκείνῃ τῇ μητρὶ πολλάκις ἔλεγεν ὡς μέμνηται μὲν ἰδίζοντος ἐκείνου τῆς μαρεάμμης, ἐσυγήκασι δὲ τὸν πατέρα,

συνεχῶς

D quoties ſoli eſſent, crebram mentionem Mariamnes facerent, & odioſe de patre loqverentur.

σωνεχὲς ἢ Ἀλεξικλεῖσιν εἰ τύχοιεν αὐτοὶ ποτὲ τῆς ἀρχῆς, A minarenturqve, si principatus ipsis contingeret,
τὰς μὲν ἐκ τῶν ἄλλων γυναικῶν παῖδας ἠρώδη γεγυμ-
μένους, κωμογραμματεῖς καταλήσειν. ἁρμόσει γὰρ εἰς
ταυτὶ γένναν τὸ νεῦν ὀλιγωρεῖν αὐτῶν, καὶ τοὺς
παῖδας ἐπιγδασμένους. τὰς δὲ γυναῖκας εἰ ποτὲ καὶ
τυχὸν εἴδοιεν ἐκ μητρῴας κόσμου μετειληφυίας, ἀντὶ
τῆς παρούσης ἁβρότητος, ἀπειλεῖν ὡς τρίχεσιν ἠμ-
φιεσμένας καὶ σκληρουμένας, μηδὲ τὸν ἥλιον βλέπουσας.
ταῦτ' ἀκούσας ἀπηγγέλλετο Ἀλὲ τῆς σαλώμης τῷ βα- B bat: qvæ ille tametsi permoleste ferret, emenda-
σιλεῖ, καίπερ ἥκιστα ἡκέως μὲν ἀλγύνῶς, ἐπειρᾶτο δ' διορ-
θοῦν. σκληρὸς δὲ ταῖς ὑποψίαις, καὶ χείρων ἀεὶ γι-
νόμενος ἅπασιν ἐκ πάντων ὀπισθεν. ἐμέλλε μὲν ἄλλα τό-
τε μὲν ὀπειλήξας τοῖς παισὶν, ἀποδομησαμένων ἐκ
τὸν κύριον ἐγένετο, τοῖς δ' ἐξῆς πολὺ χείρων προσ-
έπιπτεν. ὁ γὰρ Φερώρας ἐλθὼν πρὸς τὸν ἀλέξανδρον,
ἐκκλᾶται τῶν ἀρχελάου θυγατέρα γλαφύραν ὡς ἐθηλώ-
σαιμὶν, σαλώμης ἔφη λεγούσης ἀκηκοέναι, τὸν ἠρώδου
παῖδα ἐκ τῆς γλαφύρας ἔρωτος, καὶ δυσαπαλλάκτως C ex Salome, Herodem ardenter amare Glaphy-
ἔχειν αὐτὸ τῶν ὀπιθυμιῶν εἶναι. ὅτ' οὖν σκῆψιν ἀκού-
σας, τοῦ τε νεάτητος, καὶ ζηλοτυπίας ἐξεκαίετο. καὶ τὰ
μὲν τιμὰς εἰς τὸν παῖδα γινόμενα παρ' ἠρώδου,
πολλάκις ἢ ἦσαν αἱ τοιαῦται φιλοφρονήσεις, ὅπερ τὸ
χεῖρον ἐλαμβανεν ἐξ ὑπονοιῶν Ἀλὲ τῶν σκεπτόντα λό-
γον. ὧν σκαιρήσαν τε τὸν ὀδυνῶν ἕ πράγματος,
ἀλλὰ εἰλῶν πρὸς τὸν πατέρα, καλαμένους τὰ ὑπὸ
ἕ Φερώρα ῥηθέντα μὴ δακρύων. ἠρώδης ἢ πολὺ D concoqvere, sed adito patre, cum lacrymis ei
μᾶλλον σκληρὸς ἐμέμηνε, καὶ τὸ σὺν αἰχμῇ τῆς
Ἀλβόλης ἐψόφησεν ἕ Φέρων, ἐπεπόρακτο, ἕ πολ-
λάκις μὲν ὠδύρετο τὸ πονηρὸν τῶν οἰκείων, οἳ εἰς αὐτὸς
ἠμέμηνε, οἷων τυγχάνοι. μεταπέμπει ἢ τὸν Φερώραν,
ἕ πρόσωθεν, καὶ ἅτε ἀπάντων εἰπὲν, εἰς ἕν τὸ τῆς ἀμέ-
ρας ἢ πρώτης ἦλθες ἀχαριστίας, ὡς τοιαῦτα μὲν πρὸ
ἡμῶν νοῆσαι, τοιαῦτα ἢ λαλεῖν; ἆρ' οὐχ ὁρῶ τὸν πρό-
αιρεσιν ὡς ἐβλασφημίας ἐσοχασμένον, τὰς τοιάσδε E tuum propositum, quod non convitio tenus hæc
λόγους τοῦ παιδὶ προσενεγκας, ὅπως ἔλαθες ἢ κ φάρμα-
κον αὐτὰς πιόμενον ἕ ἐμῆς ἀπωλείας; τίς γὰρ ἂν εἰ
μὴ δαιμόνων ἀγαθῶν ἔτυχεν ὥσπερ ἔτ' ὁ παῖς, ἐκ ἐ-
σχετ' τὸν πατέρα μὴ τίσασθαι Ἀλὲ τοιαύτῃ ὑποψίᾳ; πό-
τερον ἢ λόγον εἰς τὸ ψυχεῖον, ἢ ξίφος εἰς τὴν δεξιὰν ἐμβα-
λεῖν αὐτῷ δοκεῖς κ ἕ γενομένοις; τί δέ σοι βέλτιον, τὸ
μισῆσαι τὸ αὐτὸ, κ τὸ ἀδελφὸν αὐτοῦ, πρὸς μόνῳ τὸ κατ'
ἐμὲ βλασφημίαν, εὐνοίαν ὑποκρίνασθαι, κ σῶσαι τὸν τότων
λόγων, ἃ τῆς ἀσεβείας ἕνα κ νοῆσαι, κ Ἀλαλῆσαι; ἐρρέ F ris, in me tantum calumniando simulans bene-
κακίστε εἰς διέργειαν ἕ ἀδελφὸν γενόμενος. ἕ σοὶ μὲν ἡ
συνείδησις αὐτὴ συνέσται, ἐγὼ ἢ νικῶν ἀεὶ τὰς ἐμὰς, μὴ
ἀμυνόμενος κατ' ἀξίαν, κ μείζονας διέργειν ἢ τυχεῖν.
ἔστιν δίκαιοι. τιμᾶσθαι μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς. Φερώρας ἢ ἐπ'
αὐτοφώρῳ τῇ μοχθηρίᾳ ἁλὼς, σαλώμην ἔφη ταῦτα
συνθέσθαι, κ παρ' ἐκείνης εἶναι τοὺς λόγους. ἢ ἢ ὡς μόνον
ἤκουσεν, ἐτύγχανεν ἢ παρὼν, πλησίον ἀνέδοσεν, ὡς ἐ-
δεῖν ἐκ αὐτὸ τοῦτο, ἕ ὅτι Ἀλὲ ἀρχῆς ἐστιν ἅπασιν εἰς μῖ- G deprehensus teneretur, Salomes ait hoc esse com-
σος ἀγαγὼν αὐτὸ βασιλέως, κ πάντα τρόπον ἀπελεῖν δι' ἐ-
κεῖνον εὐνοιαν ὧν ἔχει πρὸς τὸν ἠρώδην ἀεὶ περιγινόσκου-
σαν τοὺς κινδύνους, ἐν ἢ τῷ παρόντι καὶ μᾶλλον ὑπὲρ
βουλεύεσθαι. μόνη γὰρ ἀναπεισθεῖσα τὸν ἀδελφὸν
ἐκβάλλειν ὧν ἔσχε γυναῖκα, λαμβάνειν ἢ θυγατέρα
τοῦ βασιλέως, εἰκότως τοῦ σκεύους μεμισηκὸς. τοιαῦ-
τα λεγούσης, ἕ πολλάκις μὲν ὑπορατομένης τὸ τριχῶν,
πολλάκις ἢ τυπτούσης τὰ στέρνα, ἡ μὲν ὄψις ἔσχεν πρὸς
τὸν ἀφανῆν πλάσιν, ἡ ἢ κακοήθεια ἕ τρόπου τοῦ ἐν
oblectabat muliercula, filiam regis duceret, & hanc esse causam odii. hæc illa loqvente, simulqve
capillos sibi vellente, & pectus plangente, species qvidem negantis erat verisimilis, sed mala mens

dissimulabatur gestu fictitio. Pheroras autem medius tenebatur, ne prætextum quidem ullum sui facti inveniens, cum non inficiaretur se dixisse, & audisse eadem persvadere non posset. ea perturbatio non sine altercatione duravit aliquandiu. tandem rex pertæsus & fratrem & sororem ablegavit: collaudataq; filii temperantia, & quod hos sermones ad se detulisset, admodum sero ad curam corporis se contulit. Post hanc contentionem male audiebat Salome, qvod videretur autor hujus calumniæ: & uxores regiæ male ei volebant, quod scirent morosam & variabilem, & pro tempore nunc inimicam, nunc benevolam. Semper igitur aliquid contra eam Herodi occinebant, arrepta occasione ex casu quodam fortuito. Erat Arabum rex Abodas, homo segnis & otio deditus: negotia vero ejus administrabat Syllæus, vir callidus, ætate florens & corporis specie. hic cum propter quædam negotia ad Herodem venisset, contemplatus una cœnantem Salomen, animum ad eam adhibuit: compertoqve esse viduam, venit cum ea in colloquium. illa, quæ deterius quam ante tractabatur a fratre, & nonihil tacta forma juvenis, non abhorrebat a nuptiis: & cum per eos dies frequentarentur convivia, existebant multa non mediocria signa, quod consensus & mutuus amor inter eos intercederet. Hæc uxores regi non sine derisione referebant. Herodes autem hoc non contentus, sciscitabatur ex Pherora, & jubebat eum inter cœnam observare, quomodo erga se invicem affecti sint. ille renunciavit, quod nutibus & mutuis aspectibus satis indicarent, quo tenderent. Post hæc Arabs jam suspectus abiit. elapsis deinde duobus aut tribus mensibus, hanc ipsam ob causam reversus, & collocutus de hac re cum Herode, postulavit, ut Salomen sibi collocaret. fore enim ei hanc affinitatem utilem propter Arabum commercia, quorum principatum & deberi sibi, & jam magna ex parte contigisse. De quo cum ille ad sororem retulisset, percontando, an ei nubere sit animus, mulier facile assensum præbuit. postulantibus deinde, ut Syllæus accenseretur in Judæorum religionem, & tum demum uxorem duceret, alioqui non esse licitum: ille facere hoc non sustinuit, lapidandum se dicens a popularibus, si faceret: atqve ita re infecta discessit. ex eo tempore Pheroras Salomen insimulavit intemperantiæ, ac magis etiam uxores regiæ, dicentes eam consvevisse cum Arabe. Et puellam, quam fratri desponsatam ille domesticæ mulierculæ illecebris victus recusavit ducere, Herodes in sororis gratiam collocaturus Salomes de filio nato e Costabaro, mutavit sententiam persvasus a Pherora, negante adolescentem amaturum talem socerum propter patris sui cædem, & æquius censente, ut ipsius filius eam ducat, successurus in tetrarchiæ dominium. quod ubi is persvasit, impetravit prioris offensæ veniã. mutatis igitur sponsalib. puella data est nuptũ adolescentulo, addita centum talentorum dote. Nec interim cessabant turbæ domesticæ, imo augebantur etiã

A τῆς ἡμερήσιος ὑπόκρισιν ἀπεσήμηνεν. ὁ δ' Φερώρας εἰς μέσον ἀπελήφθη, μηδὲν εὐχρηστον εἰς ἀπολογιαν ἔχων, ἐπεὶ καὶ ὡμολογηκὼς, ἀκοῦσαι δ' ὁ πεπόμφει. ἐγένετο δ' ὅτι πολὺς ἦτι σύγχυσις, καὶ ἡ τῶν λόγων εἰς ἀλλήλους ἄμιλλα. τέλος δ' ὁ βασιλεὺς τόν τε ἀδελφὸν, καὶ τὴν ἀδελφὴν μεμψαμενος, ἀπέπεμπτο, καὶ τὸν ἦθον ἐπῃνέσας τῆς ἐγκρατείας, καὶ ὅτι
B θεραπείαν τοῦ σώματος ἐζήτει. τοιαύτης δ' τῆς μαχης ἐμπεσούσης κακῶς ἤκουεν ἡ σαλώμη, παρ' αὐτῆς δὲ ἐδόκει κεκινῆσθαι τὰ περὶ τὴν Δόξολλαν, αἵτε δ' βασιλέως γυναῖκες ἦχθοντο φύσει δυσχερεστάτῃ οὔσῃ, καὶ γινομένην ἄλλοτ' ἄλλοις κατὰ καιρους ἔχθειν καὶ φίλειν. ἔλεγον οὖν ἀεί τι περὶ τὴν ἡρῴδην κατ' αὐτῆς, καὶ τί συμπεσὸν ὅτι μεῖζον ἤγαγον τὴν εἰς ἔτι παρόρησιαν. ἐπὶ μὲν δὴ ὁ τῆς Ἀραβίας βασιλεὺς ὀδόδας ἀπράγμων καὶ νωθὴς τὴν φύσιν, σύλλαιος
C δ' αὐτὰ διώκει τὰ πολλὰ, δεινὸς ἀνὴρ, καὶ τὴν ἡλικίαν νέος. ἔστι καὶ καλὸς. ἔτυχε χρείας οὖν τινος ἐλθὼν ὡς τὸν ἡρῴδην, συνδειπνῶν εἶδε τὴν σαλώμην, καὶ τὸν νοῦν ἔσχεν περὶ αὐτῆς. γνώσιμον δ' ὅτι καὶ χάρας ἔτυχε παρ' αὐτῆς ἐλέγετο. σαλώμη δ' καὶ χάρον ἦ πάλαι Φερομήνῃ ἀνδρὶ τῷ ἀδελφῷ, καὶ τὸν νεανίσκον οὐκ ἀπαθῶς ὁρῶσα, περὶ τὸν γάμον ἐμήνυε, καὶ
D μεζόνων φοιτώντων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐνέφαινέ τι καὶ μὴ μέτρια, τῆς ὄψεως ὁμολογίας. ταῦτα δ' αἱ γυναῖκες ἀνέφερον τῷ βασιλῇ, Δοξολλᾶνα τὸν ἀδικημοσύνῃ. ἡρῴδης δ' καὶ αὐτὸς ἐπεστρωτώμενος, καὶ τηρῶν ἤκουεν αὐτῶν τὸ δεῖπνον, πῶς τὰ πρὸς ἀλλήλους ἔχοιμασιν. ὀπτῆν δ', ἀπήγγελλεν ὅτι καὶ νεύμασιν, καὶ βλέμμασιν, οὐκ ἄδηλα τῆς ἐρωτὸς εἴη ἀμφοτέροις. μὴ ἔτι, ὁ μὲν ἔρως ὑπόπτως ἐῶν ἀπῆει. Δοξολιπὼν δ' δύο μῆνας ἢ τρεῖς ἔρχεται πάλιν ὡς ἐπ' αὐτόπτου, καὶ λόγους ἡρῴδῃ προσφέρων, ἀξιῶν αὐτῷ τὴν σαλώμην δοθῆναι πρὸς γάμον. ἐσταδὴν δὲ οὐκ ἀλυσιτελὲς τὸ κῆδος ὑπάρξειν τῆς τῶν Ἀράβων ἀρχῆς, διὸ αὐτῷ καὶ νεῶν ἤδη πλεῖναι δυνάμει, καὶ μᾶλλον ὀφείλειν. ἔδ' δ' ἡρῴδης τὸν λόγον εἶναι φέροντα, καὶ τὴν γνώμην τῆς ἀδελφῆς, εἰ πρὸς γάμον ἐτοίμως ἔχοι, ταχέως μὲν ἐκείνη προσήκατο. σύλλαιος δ' ἀξιωσάντων αὐτὸν ἐγγραφῆναι τοῖς Ἰουδαίων ἔθεσιν, καὶ τότε γαμεῖν, ἄλλως δὲ οὐκ
F εἶναι δυνατὸν, ἀχθομένους, ἀλλὰ καὶ καταλιθοῦσθαι πρὸς τῶν Ἀράβων ἐπῶν, εἰ τοῦτο πράξειεν, ἀπαλλάττεται. σαλώμην οὖν ὅτι Φερώρας ἤδη διέβαλλεν ἐς ἀκρασίαν, καὶ μᾶλλον αἱ γυναῖκες, λέγουσαι κοινωνίαν αὐτῇ ἠρῦσθαι πρὸς τὸν Ἄραβα. τελευτῶντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ παρενεγκόντος ὁ βασιλεὺς, δι' ὁ μὲν Φερώρας οὐκ ἔλαβεν ὡς ἐκείνην ἤτημένος τῆς γυναικὸς, αὐτόθεν σαλώμης ἐς τὸν γάμον οὐκ ἀκροᾶσθαι ἠνέσθην, ὥρμητο μὲν ἐκείνου παυσόμενος. μεταπεσόντος δ' ὕστερον Φερώρα τὸν νεανίσκον οὐκ εὐγνώμονα ἐσταδὴν λέγοντος, Δι' τὸν ἀπώλειαν δ' πατρὸς, καὶ δικαιότερον εἶναι, λαβεῖν τὸν αὐτὸν παῖδα τῆς τετραρχίας ἔνδια Δοιάδοχον. ὕστερ δ' σπεύδειν ἠτεῖτο, καὶ μετέπεσεν ἔτως. ἐκείνη μὲν οὖν ἀντιμεταθέσης τῆς ἐγγύης, ἐγαμεῖτο τῷ Φερώρα μειρακίῳ, Φέρνλαν ὀνόματι ἑκατὸν τάλαντα δ' βασιλέως. οὐκ ἀνέτο δ' τὰ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀεὶ, καὶ μείζους τὰς παρεσχὰς λαμβάνοντα. καὶ συμπίπτει τοιοῦτον

ἐξ αἰτίας μὲν οὐκ ἀτυχεποῦς, χωρῆσαι δὲ πρόσω καὶ A a turpibus initiis progressæ usqve ad calamitates triſtiſſimas. Erant in deliciis Herodi propter formam eunuchi tres, unus a poculis, alter ab epulis, tertius cubicularius; quorum opera etiam in feriis regni negotiis uti eſt ſolitus. hos quidam ad regem detulit corruptos eſſe ab Alexandro filio, accepta magna vi pecuniæ: & quæſtionibus examinati, ecquid cum illo habuiſſent consvetudinis, rem faſſi ſunt: præterea nullius tentati contra patrem facinoris ſe eſſe conſcios; admotis deinde acrioribus tormentis, victi neceſſitate, miniſtris magis magisq; in gratiam Antipatri ſævientibus, ajunt Alexandrum innatum contra parentem odium alere: hortatumq; eos, ut Herodem defererent jam inutilem, faciemtemq; fucum ætati, & ſenium diſſimulantem tincto capillicio. qvin potius ſibi adhiberent animum potituro vel invito patre regno debito, expectarentqve brevi dignitatem primariam. jam enim non tantum generis prærogativam ſibi ſuffragari, ſed inſtructa etiam ad invadendam dominationem omnia, ſtatutos pro ſe multos duces militum, multos amicos regios, paratos quidvis vel agere vel pati in ipſius gratia. His auditis, Herodem totum ira & timor occupat, qvod filii verba & contumelioſa viderentur, & minacia: utroq; igitur exacerbatus verebatur, ne qvid gravius contra ſe conflatum eſſet, qvam ut eodem temporis momento poſſet cavere & occurrere. qvamobrem non auſus palam inqvirere, & per dimiſſos clancularios rem gerebat, omnes ſuſpectos juxta habens atqve inviſos, & in ſuſpicionibus etiam de immeritis ſecuritatem ſuam collocans: qvarum adeo nullus erat finis, ut, qvo quisq; ei conjunctior eſſet, eo magis timeretur, ut tanto ad nocendum potentior. Cæteros, cum qvibus ei nulla intercedebat familiaritas, vel nominari a delatore ſat erat, moxqve ad ſuam ſecuritatem pertinere putabat illorum interitus. Poſtremo etiam domeſtici, anxii de incolumitate propria, in ſeipſos verſi ſunt, tutiſſimos rati, qui alios prævenirent calumniis, certiſſimumq; hoc ad ſalutem remedium: qui mox voti compotes hoc ipſo aliorum in ſe conciebant invidiam, videbanturq; merito retaliandi, & ſic accipiendi, ut ipſi tractaſſent alios. Jamq; etiam privatas ſimultates hoc modo exercebant: moxq; deprehenſi eadem patiebantur, occaſione contra inimicos utentes pro laqveo, qvo paulo pōſt ipſi comprehendebantur. Rex enim velox erat ad pœnitentiam, eo qvod multos non convictos tolleret: qvod tamen non in hoc proderat, ne ſimilia poſthac faceret, ſed contentus erat delatores eorum pari multaſſe ſupplicio. Tantum erat tunc in aula regia perturbationum ac formidinum. Multis etiam intimis amicis denunciavit, ne vel in conſpectum ſuum venirent, vel intra limina palatii, maxime his, qui fiducia meritorum hactenus ei reverendi fuerant. Andromacho enim & Gemello veteribus amicis, & qui plurimum regem tam legationibus qvam conſiliis juverant, filiosqve ejus inſtituerant, & majorem cæteris habebant fiduciam,

amicitiam renuntiavit: alteri, quia Demetrio e- A
jus filio Alexander utebatur familiariter. Gemello vero, quod ipsum sciret favere juveni. nam & inter educatores ejus ac eruditores fuerat, & Romanæ peregrinationis comes hæserat. Nec dubium est, qvin gravius aliquid in eos libenter statuisset, ni obstaret virorum claritas: qvare contentus est tum ablegatis ademisse autoritatē, ut, posita proborum hominum reverentia, de- B baccharetur licentius. Horum porro omnium malorum fax erat Antipater, qvi, ex qvo primum tempore patrem animadvertit formidinibus obnoxium, consiliorum ei socium se adjungens, accendebat hominis sævitiam: & tunc videbatur egregie fungi officio, si daret operam, ut quicunqve reniti possent tollerentur de medio. Tunc igitur, pulso Andromacho & reliqvis amicis liberioribus, primum rex, qvotqvot putabat Alexandro fidos, examinavit tormentis, num cujus tentati contra se ficinoris essent conscii. illi vero immoriebantur cruciatibus, qvod nihil haberent dicere. atqve hoc acrius incumbebatur qvæstionibus, qvod præter opinionem nullum deprehendi posset ne excogitatum qvidem maleficium. Et Antipater callidus artifex interpretabatur, tortos a veritate malle, qvam a fide erga D dominos & amicos discedere, urgebatqve, ut secreta perqvirerentur, apprehensis pluribus. Tandem unus e multis tormenta non ferens ait se non semel audisse juvenem dicere; qvoties laudaretur a proceritate staturæ, aut sagittandi peritia, cæterisq; virtutibus eximiis, hæc a natura ornamenta sibi magis concessa quam beneficia. patrem enim præ invidia his offendi omnibus. E quapropter, quando simul inambulent, contrahi se industria & submitti, ne appareat procerior, & in venatoriis jaculationibus illo præsente destinata non ferire, qvod norit genitoris ingenium non ferentis laudari filium. Hæc verba dum expendantur, intermissis tormentis, adjecit, conspirasse eum cum fratre Aristobulo, ut in venatione patri insidias struerent, quibus si ille esset oppressus, tum regnum postulaturus Romam per- F fugeret. Inventæ sunt etiam juvenis literæ ad fratrem scriptæ, conqverentis de patre, non recte factum, qvod Antipatro addixisset agros, ex quibus ad eum redirent ducenta talenta annua, tum vero Herodes probabili, ut ipsi videbatur, argumento confirmatus in suspicione, Alexandro comprehenso jubet injici vincula: & rursum incipit sævire, quamvis ne ipse qvidem auditis G satis crederet; neqve enim excogitare poterat, cur deberet ab illis per insidias appeti: & qverelæ illæ pueriles contentiones videbantur, nec verisimile, post manifestum parricidium voluisse eos Romam petere. qvamobrem volens majus aliqvod impietatis argumentum invenire, soliciteqve cavens, ne videretur filium temere damnasse ad vincula, & qvæstioni subjiciens honoratiores Alexandri amicos, non paucos eorum nihil tale confessos interfecit. Cumqve tota regia tumultu, terrore ac tormentis perstreperet, juvenis quidam in tali necessitate constitutus, dixit Alexandrum Romam ad amicos literas misisse, rogantem, ut curarent se accersiri a Cæsare,

τῶν ἐχθρῶν παρῃτήσατο τότε. ἦν μὲν, ὅτι δημότης ὁ παῖς αὐτῷ συνῆν ἐκ παιδὸς Ἀλεξάνδρῳ. μᾶλλον δ' ἐκείνου ὑπεστόμωσεν ὀκνῶν. καὶ γὰρ ἐν ταῖς τροφαῖς, καὶ τῇ παιδείᾳ τοῦ μειρακίου, καὶ τῷ συνῆν τῇ ῥώμῃ συνδιετρίβειν ἀποδήμοις. παρῃτήσατο δ' καὶ τοῦτο, ἡδέως μὲν ἂν καὶ χεῖρον. ἐπεὶ δὲ μὴ κατ' ἀνδρῶν ὀξὺν ἀγῶνα ἔχειν τὴν ἄγρᾳ τοσούτων παρόντων, τέως τι τιμῶν, καὶ τὸ θυμοειδὲς κωλύων ἀμαρτάνοντας τοῦ μειρακίου· ἐν τούτων ἁπάντων αὐτὸς ἀνύπαυτος, ὃς ἐπειδὴ τὸ νεανικὸς τῆς δ' παιδὸς παῤῥησίας καταμαθὼν, ἐπιπλαστοτέρων μὲν συνεδρεύων αὐτῷ προσέκειτο καὶ μᾶλλον ἐδοκεῖ τι περφύειν εἰ τ' ἀντίχειρ ὠμωμένων ἕκαστος ἐξευρεθείη. τὸν μὲν οὖν τ' ἀνδρόμαχον ἀπελαυνόντων λέγω καὶ παῤῥησίας, πρῶτον μὲν ὁ βασιλεὺς ἐρωτᾷ πῶς Ἀλεξάνδρῳ, βασάνοις ἀνενεχθεὶς καὶ κατ' αὐτὸ σιωπῆσαι ἐδόκησεν. οἱ δ' ἀπέθνησκον ἀδὲν ἔχοντες λέγειν. τὸ δ' ἐν Φιλονεικίας αἴτιον, εἰ μή τι πιθανὸν οἶον ἐνοχλοῖ κακῶς ἐμφύσησε. καὶ δεινὸς ἀνύπαυτος τ' μὲν αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀναίτιον εἰς ἐμπειρίαν καὶ πίστιν βλάβαλεῖν, ὑπεραροξύνων δ' ζητεῖν οὐ πλείονα τὸ λανθάνον τ' ἐπιχειρήσεως. καὶ τις ἐν πολλοῖς τῆς βασανιζομένοις ἔφην. ὡς ἐνδεὴς τὸν νεανίσκον λέγοντα πολλάκις ὅταν ἐπαινέσθαι αὐτὸς τύχοι τὸ σῶμα ὡς εἴη μέγας, καὶ τέως τοξικὸς εὐσχολῶν, καὶ πάλαι τοῦτο δρᾶν ἐπιτήδειον ἄπαντες, ὅτι τοιοῦτ' αὐτῷ καλὰ μᾶλλον ἢ περ ἀγαθὰ τῷ τῆς φύσεως ἔσιν. ἀχθεσθὲν δὲ ἐν αὐτοῖς τὸν πατέρα μὴ φθονεῖν. οὗτος τε ὅταν μὲν ἄρα ἀθεράπευτον συνέλλειν αὐτὸν, καὶ καθαίρειν ὡς μὴ μεῖζον ὁρᾶσθ. τοξεύων δ' ἐν τοῖς κυνηγεσίοις ἐκεῖνα παρῆν· λοξοσκοπᾶν βίπλειν. τέως γὰρ φιλοτιμίαν ἀδένειν ἐγγυμνικοτ·, τούτων ἐνδοκιμούντων. βασανιζομένῳ· σιωπᾶν λέγω, καὶ τοσοῦτο μένης ἀνέσ· τοσώματι, τοσοῦτόν τι ὅτι καὶ σιωπᾶν ἔχει τ' ἀδελφὸν ἀριστόβουλον ἐν κυνηγεσίοις λοχήσας φόνευσιν ἐς βασιλέα, ἐπειδὰν ἕτ' αὐτὸς πραχθῇ τέως βασιλεύων αὐτὸς·. εὑρέθη δ' καὶ γράμματα ἃ νεανίσκος τοῦ τὸν ἀδελφὸν, ἐν οἷς ἐμέμφετο τὸν πατέρα μὴ δίκαια πεπονθέναι, ἀνύπατος γὰρ ἂν ἀπονέμοντα τὰ τοῦ δίκαια πολλάντων φέρεσθαι. ἐπὶ τούτοις εὐθὺς μὲν ἐδόξεν τι πιθανὸν ἔχειν ἡ ἐνδὴς ὡς ᾤετο, κ' τῆς τ' παιδαγωγίας. καὶ συλλαβὼν, ἔδησεν τ' Ἀλέξανδρον, αὖθις δ', οὐκ ἀνῆκε χαλεπὸς ὤν, τὸ μὲν δὴ ὡς ἤκουσεν ἄγειν πεπεισμένος, ἀναλογιζόμενος δ' ἄξιον μὲν ὀργῆς ἐξ αὐτῶν ἀδὲν ἐφαίνετ', μεμνημένος δ' καὶ νεανικοῦ καὶ φιλοτιμίας, καὶ τ' κτείνοντα φανερᾶς ἐς τὸν ῥώμην ὁρμᾶν ἀπέγνων. ἠξίου δ' καὶ μὴ ἐν λαοῖς τῆς πόλεως τὸν υἱὸν ὑβρισμένος τηκμηρὸν, καὶ φιλοτιμίας τοῦ μὴ δόξῃ πεφυκότος τῇ δεσμῷ κρατυγωνίαν. τ' δ' φίλων τῶν Ἀλεξάνδρου βασανίζων τοὺς ἐν πόλει, διέφθειρεν αὐτῶν τὸν ὀλίγους, οὐδὲν ἐπιόντας, ὧν ἐκεῖνος ὤετο. πολλῆς δ' τῆς εἰς τὸ πιστὸν ἐπιμελητ· οὔσης, καὶ φόβου, καὶ παρόχης τοῦ περὶ βασιλέα, ἐς τὰς τῶν νεανίσκων, ὡς ἐν ταῖς ἀπάγκαις ἐμίετο, βλαπέμπειν ἔφη τοῖς ἐν ῥώμῃ φίλοις τ' Ἀλεξάνδρου ἀξιοῦντα πληθύειν ἐπὶ τὸν καιρὸν, ἔχειν δὲ αὐτῷ πεῖξιν ἐν αὐτὸν ἐπιβουλεύειν μέλλοντ· μᾶλλον.

honoratiores Alexandri amicos, non paucos eorum nihil tale confessos interfecit. Cumqve tota regia tumultu, terrore ac tormentis perstreperet, juvenis quidam in tali necessitate constitutus, dixit Alexandrum Romam ad amicos literas misisse, rogantem, ut curarent se accersiri a Cæsare,

